Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Hoc in uolumine haec continentur: Pomponii Epistola ad Augustinum Mapheum.

https://hdl.handle.net/1874/461208



Hoc in uolumine hæc continentur.
Pomponii Epiſtola ad Auguſtinum Mapheum.

C. Criſpi Saluſtii bellum catilinarium cum
commento Laurentii uallenſis.

Portii Latronis Declamatio contra. L. Catilinam.

C. Criſpi Saluſtii bellum Iugurtinum cum
commentariis preclariſſimi fratris Ioānis
chryſoſtomi Soldi Brixiani.

C. Criſpi Saluſtii uariæ rationes ex
libris eiuſdem hiſtoriarum exceptæ

C. Criſpi Saluſtii uita:

Romæ per Pomponium emendata:
Brixiæq; per Ioannem Britanni
cum diligentiſſime reuiſa.

Postmi Bernhardo de Haerlem Conſ. Traiectin

AVGVSTINO MAFEO RERVM RO. THESAVRO POMPONIVS LAETVS.

M. Valerius probus unicæ uetustatis amator cum animaduertisset ueteres negligi: & gloria fraudari: cõtra cta multa exemplaria emendare: distinguere: & ãnotare curauit in eoq; se plurimum exercendo laudem nõ exiguam est assecutus. Ego tanti uiri exemplo: impar licet doctrina: & ingenii dotibus id ipsum ali qua ex par te facere conatus sum. Eademq; uia ingressus & tanta undiq; asperitate confusus uix tuto pedem figere: & e sylua egredi potui. Nam cum omnia uolumina corrupta sint: quæ ad nostrã uenere ætatem: nemo qui se no uit attingere audet. Probatus ille dicendi character: quia iam multis sæculis materia defuit: & dicendi exerci tatio Forensis in quandam epidictici generis effigiem uel potius umbram abiit non amplius (ut credimus) reditura interiit: Vnde fit ut magistrum eloquentiæ stilum ignoremus: quo ita deprauati sunt codices iam plumbus annis: ut non ex sententia inuenias nisi fuerint nimium amantes sui: & ex falsa scientiæ persuasio/ ne molesti: qui se intelligere profiteri uelint: ea de causa si quid hoc rudi sæculo elaboraui: qđ minime legen tibus satisfaciat: non me sed tempora lectores accusent: in quibus non emendator modo: sed ne interpres q dem bonus in minimis priscorũ sententiis uulgo inueniri potest: quanq; nihil ea re difficilius est. Quis enim nisi mentis inops se omnia tenere confirmet: ideo si gloriolas in Virgilium legeris sub titulo meo. oro ne fi dem præstes: neq; temerarius sum: neq; audax: neq; eam expositionem unq; tentaui. Ille quisquis est qui falsũ epigramma posuit: sentiet quid profuerit me tanto mendacio prouocasse: semper eius opinionis fui: quod minime ignoras: parum his fore laudis: qui in aliorum dictis sententias aucupantur. Est enim periculosa in/ terpretatio nisi cognitio rerum præcesserit. non tamen inficior esse qui possunt: sed ipse de me loquor: qui conscius meæ imbecillitatis rem arduam & nullius honoris non aggredior. Est & pernitiosa quorũdam la/ bes & macula: ut plus in fronte ostendant q; in recessu ualeant. Præterea multos præcipitat inanis gloriæ spes & libros imprimendi facultas multis sæculis intermissa pauloante reuocata: Deprauantur in curia qua dam codices: lucroq; potius cuius mortales auidissimi sunt q; emendationi consulitur. adeoq; in ea parte pec catur: ut quod existimabatur omnibus esse commodo id præcipue ad linguæ romanæ iacturam: nisi adhi/ beatur diligentia excogitatum esse uideatur. Ex. N. ab hinc annos tris: cum libros Salustii de coniuratione Catilinæ: & de bello iugurthino: & conciones quasdam eiusdem librorum qui desiderantur sæpius repete rem: contractis antiquis exemplaribus inuenimus multa esse addita: multa præposterе commutata. Scri/ psit ille pluscq; requirebat historia numerose: ut ea obseruatione uelut carminis lege seriem uerborum poste ritas tueretur. Sed quis de futuris uitiis aut uirtutibus testari potest. Maiores nostri propter rerum romana rum magnitudinem nunq; existimarunt imperium ita ruiturum: ut ex toto lingua uitiaretur. Fallimur cer/ te nisi putemus ætates omnis uelut hominem conenescere. Emendauimus nihil addendo: detraximus non pauca fide uetustatis admonente. Plæriq; petierunt a me & prope quotidianis conuiciis efflagitarunt: repu/ gnaui semper: & cõtra meos mores quibusdam sum usus nimis austerus: peruicit tandem iure contubet na/ litatis unius communitas. Itaq; Antonio moretto brixiano bonarum litterarum studioso (nam is sæpius i stitit) permisi ut impressoribus suis traderet & sub certa conditione pepigimus: ut interesset qui cognosce/ ret. Homo negocios⁹ & officios⁹ ita faciendum recœpit. Scio Augustine pro tua humanitate & eruditio ne hoc te probaturum. Nam cum soleas diligentiam præsertim in litteris laudare consilium & institutum meum: sum enim uel unus e tuis domesticis qui pro tua ingenitate liberalitate & officio erga litteratos tuis facultatibus æque ac meis utor facile ab omni offensiuncula uindicabis. Vale felicissime.

OMNIS HOMINES: patritia gente Crispus Saluſtius romæ natus poſt rempu. ciuili diſcordia concuſſam quum nulla illius adminiſtrãdæ ratio bonis ſupereſſet: amplius ſe ad ſcribendi ociũ contulit. In quo genere quintiliani iudicio: qui eum Thucididi in hiſtoria eminentiſſimo oppoſuit præcipuam inter eos: q̃ res romanas litterarũ monumentis tradidere eſt laudem adeptus. Etenĩ quo thucydides eſt Herodoto maior: cui ſecundæ tribuuntur partes eo certe hic noſter Liuio præſtantior: quem Herodoto ille cõparat. Accedit & martialis urbaniſſimi poetæ carmen. Hic erit ut perhibent doctorum corda uirorum. Primus romana Criſpus in hiſtoria: quo haud dubie apparet doctorum hominũ iudicio Criſpũ cæteris romanor̃ rerum ſcriptoribus prælatum. Quod ſi tanto rum uirorum teſtimonio primum in hiſtoria locum obtinet: ſumma nos ope niti decet ut p̃clara eius monumenta ſi qua adhuc reſtant: nõ tantum ipſi ſtudio cõdiſcamus ſed ſi fieri etiam poſſit q̃plurimis noſtra induſtria omni ſint ex parte conſpicua: atq; idipſum hoc enixius præſtandum: q; poſt tãtam noſtratium litterarum iacturam: quantam gotthicis temporibus factã fuiſſe conſtat: pauciſſima quædam ueſtigia (ne fragmenta dicam) ac illa ipſa pene euaneſcentia ex locupletiſſima Criſpi ornatiſſimaq; hiſtoria ad hæc tempora peruenere: & quod iniquius ferat aliquis: fuerunt hæc p̃ gymnaſmata quædã (ut græco uerbo) caſtiſſime illius minerui: quæ nobis reliqua cum temporis tum hominum fecit iniuria. Nam q; pleniſſimam Criſpus ſcripſerit hiſtoriam: quæ non res romanas ſolum: ſed externarum etiam gentium ſit complexa abunde conſtat: uerum a Catilinæ coniuratione quaſi ingenii experientiam daturus eam uideri poteſt auſpicatus. q; & ip̃m operis p̃mium haud dubie demõſtrat. cui ad ſtili cõſumationé credibile eſt iugurthæ bellũ ſubieciſſe. Sed quanti illa momneti fuerint quæ prorſus interiere ex his quæ hodie extãt facilis é coniectura. qppe cũ nulla poſſit uirtus in hiſtoria elucere. quũ nõ in hac uel illa meditatiõe facile recognoſcas: ſed quo eius ſunt uirtutes altiores minuſq; uirgo proxime eo maiore nobis ſtudio: ut dixi eſt nitẽdum. ne illæ noſtra uel inertia uel negligẽtia diutius in obſcuro ſint. Etenim q̃ cognitu ſint difficiles. uel ex eo põt intelligi: q; nõ pauci ut uideo in p̃oemii frõte allucinati dãt illi uitiõ quod nefariũ Catilinæ ſcelus ſcripturus: inde potiſſimũ ſit exorſus: ut dixerit animum corpi & ingeniũ uiribus præſtare: uelut nihil magis ab eo quod dicturus erat alienum dici potuiſſe: ſed accurate omnia ac magis erudite q̃ uerbis explicari poſſit. Redditurus nãq; ſui cõſilii rõnẽ q; a rep. digreſſus ſe ad hiſtoriam ſcribendã cõtuliſſet: nulla potuit honeſtior cã demõſtrari q̃ eo ſe cõſilio id feciſſe oſtenderet ut ea parte corporis uteretur quæ potiſſima in homine eſſet. nec ita multo poſt non magis ſe ratiõe q̃ neceſſitate ut id conſilii caperet adduci oportuiſſe demonſtrat. quoniam ambitiõe maliſq; artibus ciuitate corrupta nullus uideretur innocẽtiæ locus huic qui ad eam capiendã accederet relictus. uerum quia præclara ingenia aut domi conſulendo: ſuorumq; facta illuſtrando: aut foris rempublicã adminiſtrando patriæ uideri poſſunt utilia ſublata optimatium adminiſtratione omniq; recte uiuendi ratione mutata: merito unum hoc ſcribendi officiũ quod reliquũ erat: qa & potuit & debuit nõ minori ingenio q̃ pietate patriæ ciuibuſq; ſuis optime de ea bene meritis p̃ſtitit Criſpus.

C. CRISPI SALVSTII LIB. DE CONIVRATIONE. L. SER. CATILINAE.

OMNIS HOMINES Qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animantibus ſumma ope niti decet: ne uitam ſilentio tranſeant ueluti pecora: quæ natura prona atq; uentri obedientia finxit. Sed noſtra omnis uis in animo & corpore ſita eſt. Animi imperio: corporis ſeruitio magis utimur. Alterum nobis cum diis: alterum cum belluis commune eſt. Quo mihi rectius eſſe uidetur ingenii quam uirium:

Præſtare: excellere. Cæteris animantibus: ſcilicet brutis animalibus. Summa ope. ſumma poſſibilita te & uiribus ſummis. nam opis ſignificat poſſibilitatem. Virg. æneidos libro primo. Grates p̃ſoluere dignas Nõ opis eſt noſtræ dido: id eſt poſſibil tatis. Veluti pecora quæ ſilentio uitam tranſeunt. Prona: procliua. Obedientia uentri: quia animalia ſuos appetitus ſequũtur: & tantum præſens tempus conſiderant: nõ aũt futurũ nec præteritum uident. Finxit: formauit. Sed omnis noſtra: quoniã igitur nos diſſimiles cæteris animãtibus eſſe debẽus. uideamus quibus in rebus occupati eſſe debeamus. Duæ autem res ſunt: qbus clari eſſe poſſumus: ſcilicet uel uiribus ingenii uel uiribus corpõris: ſed uideamus utrum magis præpõderet. Noſtra uis: ſcilicet humana. Sita poſita. In animo & corpore: ideſt uiribus animi & corporis continetur. Magis q̃ ſeruitio: animus quidem imperat: corpus autem ſeruit. Alterum: imperium animi. Alterum uidelicet ſeruitiũ corporis. Diis: Nam memoria & intelligentia & prouidentia diuinæ uirtutes ſũt: & diuino quodam numine traditæ ſunt. Commune cum belus: Nam quemadmodũ ſentiunt: & appetunt belluæ: ita homines & ſentire & appetere poſſunt: ſed homines & meminerũt & intelligunt & cæteris p̃ui dent: qđ animantibus protinus negatur. Ergo conſtat animũ quidem cum diis eſſe cõmunem: corpus uero cũ belluis cõmunitatem habere. Quo mihi rectius: Ecce ipſe ſuã ponit ſententiam. Quo mihi rectius. Cum igitur poſſumus magnã nobis gloriam cõparare aut corporis uiribus aut ingenii: ſine dubio debemus

ad gloriam inniti uiribus animi potius q̄ corpis. & uidet mihi rectius. Opibus: auxiliis. Ingenii scilicet uiribus. Qua fruimur. non sine ratione dixit qua fruimur: quia etiam si uita qua utimur longa sit. tñ uita qua fruimur ē breuis: qa utimur rebus usu. fruimur uero fructu: sed in fructu dicitur esse cū aliqd egregium facimus. ergo ille uita fruit' qui uiuendo fructum ex uita capit. ille uero uita utitur qui uiuit: nec aliquid pulchrū facit: itaq; uita qua fruimur breuis esse solet. Fruimur: cum aliquid dignū uirtute efficimus ex quo fructū capimus bene gestæ rei. Efficere longam: si aliquid egregium facimus suscipiamus: ut apud posteros memoria nostri porrigatur. Nam diuitiarum. & quia dubitare posset aliquis quomodo memoria nostri longa fieri possit declarat ipse dicens. Fluxa: labilis. & propterea nō debent homines in his elaborare: nec gloriam quærere in diuitiis inquit & forma nihil diutur num. ideo nihil immortale conseq; possunt atq; perpetuum. Virtus clara: uirtus autē clarum nomen efficere potest. ergo immortale. Sed diu magnum. Nunc aliam ponit dubitationem dubitasse inquit & cætera. 'Certamen: cōtentio. Ne: pro an. Viribus: corporis. s. Nonnulli dicebant uires corporis uictoriam comparare. Alii dicebant ingenium uictoriam facere

opibus gloriam quærere. Et quoniam uita ipsa: qua fruimur breuis est: memoriam nostri q̄maxime longam efficere. Nam diuitiarum & formæ gloria fluxa atq; fragilis est: Virtus clara æternaq; habetur. Sed diu magnum inter mortales certamen fuit: ut ne corporis an uirtute animi res militaris magis procederet. Nā & prius q̄ incipias consulto: & ubi consulueris mature opus est facto. Ita utrunque per se indigens alterius auxilio eget. Igitur initio reges Nam in terris nomen imperii id primum fuit: diuersi pars ingenium: alii corpus exercebant. Etiam tum uita hominum sine cupiditate agitabatur. Sua cuique satis placebant. Postea uero q̄ in Asia Cyrus: in Græcia Lacedæmonii: & Athenienses coepere urbes: atque nationes subigere: libidinem dominādi causam belli habere: maximam gloriam in maximo imperio putare. Tum demum periculo atque negociis compertum est in bello plurimum ingenium posse. Quod si regum atq; imperatorum

Nam prius. & reddit rationem cur homines ita dubitauerint. Nam sine cōsilio factum, nihil ualet: nec cōsilium sine facto multum prodesse potest. & consilium ad uires pertinet. & factum ad corpus. Consulio: pro consulte. ita dicit Seruius apud historicos participium præteriti temporis pro infinito poni solere. Facto: ad corpus. Consulto: ad consilium. Indigens: non plenum est: nec cōsiliū sine facto sequitur: q̄ alterum auxilio alterius indigeat. Eget cō silio alterius. & quia factum consilium & consilium desiderat. nec alterum sine altero esse potest. Igitur initio: superius uidemus quomodo dixerat magnam cōtentionem inter homines fuisse. Vtrum res militaris magis augeatur uiribus corporis an uirtute animi. & concludit utrūq; per se imperfectum esse: alterum alterius auxilio indigere. Nunc dicit quid ex ea re secutum fuerit. Nam dicit homines certasse uiribus corporis: & uirtute animi gloriā comparare. ideo in primis tēporibus alii corpus: alii ingenium exercebāt. Igitur: quia dubitabat plus ne ualeret res militaris uiribus corporis q̄ ingenii uirtute. Igitur: a superiori referatur. Iā in terris: quamobrē dicis reges. Cum iam in terris. & est parenthesis ideſt interpositio. Primū nomē imperii: qa primo oēs qui imperabant: reges appellabantur. Sed postea appellati sunt principes. satrapæ. cōsules. imperatores & tribuni. Imperii: dominationis. Primū fuit: quia reges oēs appellabantur. Diuersi: pulchras: prolepsis: reges diuersi est totum. pars & alii sunt partes &c. Diuersi: id est uaria opinione. Etiā tum: eo quoq; tempore quo reges appellabantur: omnes qui imperitabant: ideſt illis etiam temporibus nōdū libido animos hominum inuaserat: ut cupiditatem regnandi satiare non possent. Cupiditate: scilicet regnandi: uel rerū alienarum. Agitabatur: exercebatur: ducebatur. Sua cuiq; satis placebant. i. suis quisq; cōtētus erat: nec aliena appetebat. Postea uero q̄: primo quidē cū nusq̄ gentes bella gererent. certabant homines: utrum ingenium plus ualeret q̄ uires corporis: sed postq; bella florere cœperunt in Græcia & in asia. tū uero expertū. & experiētia magistra cognitum ē uires animi præstare corporis uiribus. Vero: pro sed. Cœpere subigere. est alia prolepsis. Gœpere: scilicet homines cyrus in asia &c. Subigere: uincere & expugnare. Nationes: gentes. Libidinem dominandi causam belli habere: ut q; nulla alia causa belli nisi q; regnare cupiebant: qa etiā si nullæ interfessissent iniuriæ. Libido dominandi homines ad bellum incitabat. Libidinem: cupiditatem. Maximā gloriam in maximo imperio: uidelicet si quis maximū imperium haberet: hunc apud oēs glorioſissimū eē & clarum. Tum demū: tum deniq; Periculo: belli. Negociis: id est rerum gerendarum. Compertum est: inuentum & exploratum est. Quod si regum: si inquit ea modestia essent reges atq; imperatores in pace qua sunt in bello: res instiores essent: & propterea firmiores: sed cum in bello continentes parci inediæ sitis frigorisatq; caloris: & omnis deniq; laboris patiēt ſſimi sint. Postq; tranquillis iam rebus in pace uiuere cœperunt molliores ac effœminatiores prodigi: ac impatientissimi efficiuntur. hinc est q; mutatis moribus regna etiam mutantur. Hinc est illud Valerii libro septimo. Valerius liuii. Appiū Claudium crebro solitum dicere accæpimus. Negocium populo Ro. melius q̄ ocium committi

non q;

nō q; ignoraret q̄ iucundus tranquillitatis ſtatus eſſet: ſed q; animaduerteret præ potētia imperia agitatiōe rerum ad uirtutem capeſſandam exercitari: nimia quiete in deſidiam reſolui: & ſane negociū nomine horrendū ciuitatis noſtre mores in ſuo ſtatu cōti nuit blandæ appellationis quies plurimis uiciis reſperſit. Virtus animi imperia regum. i. uirtus animi: quā reges & imperatores habent bello. Valerent ualida & firma eſſent. Aequabilius: iuſtius. Conſtantius: firmius: & ualidius ſtabilius: & unum ſequitur ex reliquis: nam quia iuſtiora eſſent humana ideo eſſent firmiora. Humana: hominum. Haberent ſe regerentur. Neq; cerneres: ideſt nōn uideres.

animi uirtus in pace ita ut bello ualeret; æquabilius atq; conſtantius ſeſe res humanæ haberent. Neq; aliud alio ferri: neq; mutari ac miſceri omnia cerneres. Nam imperium facile his artibus retinetur quibus initio partum eſt. Verum ubi pro labore deſidia: pro continentia & æquitate libido atq; ſuperbia inuaſere: fortuna ſimul immutatur cum moribus. Ita imperium ſemper ab optimo quoq; ad minus bonum tranſfertur. Quæ homines arant: nauigant: ædificant: uirtuti omnia parent. Sed multi mortales dediti uentri atque ſomno indocti incultiq; uitam ſicuti peregrinantes tranſiere. Quibus profecto contra naturam corpus uoluptati: anima oneri fuit. Eorum ego uitā mortemq; iuxta exiſtimo: quoniā de utraq; ſiletur. Verum enim uero is demum mihi uiuere: atq; frui anima uidetur: q̄ aliquo negocio intentus:

Aliud alio ferri: ideſt non uideres modo in hunc locum modo in illum tranſferri imperiū.

Neq; mutari atq; miſceri: non uideres mutationem atq; coniunctionem omnium rerum fieri. Miſceri: confundi. Nam imperium: quamobrem non mutarētur imperia quia &c.

His artibus non moderatis artibus: ut ſunt labor: cōtinentia æquitas &c. Quibus artibus: quia honeſtis modeſtiſq; artibus paratur imperium. Artibus: moribus. Nam artes in plurali numero prō moribus ſæpe ponuntur. Initio. ideſt in principio. Partum: adeptum eſt acquiſitum. Verum ubi pro labore. tantam uocabulorum proprietatem hic Saluſtius ponit: ut nullus ſcriptor alius melius pōere uideatur: nec poſſit. Facile hic cognoſcitur quid ſit deſidia qd libido &c. Laborem hoc loco opponit deſidiæ: ergo labor & deſidia ſibi contraria ſunt.

Pro continentia & æquitate libido atq; ſuperbia: hoc loco ponit libidinem continentiæ & æquitatem. Superbia: ergo procul dubio cognoſcitur quid ſit libido: quid continentia: qd æquitas: & quid ſuperbia. Pro labore belli. Deſidia: pacis. Pro labore: metus atq; periculorum. Superbia: licentiæ eſt. Licentia in pace generat ſuperbiam principibus ut quiſq; faciat pro libīdine quod uoluerit. Pro labore deſidia poſtq̄ in locum laboris deſidia: in locum continentiæ libido inceſſerunt. Inuaſere: inceſſere ingruere. Fortuna ſimul: fortuna regnandi. Nam qui pro bonis moribus & labore regnum ceperant: poſtea deſides facti regnum amittunt: & hæc eſt cauſa mutationis. Itaq; imperium: amittit imperium & ad alium meliōrem ſeipſum tranſfertur imperium: Virtuti omnia parent: ideſt uirtuti omnia ſubiecta ſunt. Quæ homines arant & cætera: ideſt uirtus dominatur terræ: dominatur & mari. Quæ homines arant ædificant. ideſt terra. Nauigant maria nihil aliud uoluit dicere niſi uirtutem omnibus rebus dominari. Sed multi mortales: ſuperius uidiſtis quomodo Saluſtius dicebat imperium ſemper a minus bono ad quoſq; optimos trāſferri: & ob eam rem plerumq; mutari regna: nec in eodem ſtatu permanere: & quia bonis artibus comparatum ſit regnum: ideo eiſdem māere perpetuum: ſi uero mutatæ fuerint: imperium facile amitti. Nunc dicit: quanuis omnia uirtuti ſubiecta ſint: tamen multos homines eſſe qui contempta uirtute ſe ocio & uoluptati dederunt &c. Sed aduerſatiua eſt: aduerſatur hoc modo quæq; dixi omnia uirtuti ſubiecta ſint ſed &c. Multi mortales: multi homines. Dediti uentri atq; ſomno: ideſt qui omnes ſuas curas in cibo & ſomno poſuerunt. Nam hi uentri dediti dicuntur eſſe qui ſuos omnes appetitus ſequuntur uel edendi uel bibendi uel alterius uoluptatis comparandæ. Indocti ſine aliqua bona arte. Inculti: ideſt ſine exercitio non exercitati. Indocti: ad animum: inculti ad corpus tranſferre potes: quia nec animum nec corpus aliquo exercuerunt. Peregrinantes: ſicut homines incogniti. Nam quem admodum peregrini ignoti ſunt: ita & hi qui uentri indulgent & ſomno incogniti efficiuntur. Nam peregrinantes dicuntur qui in alienis ciuitatibus uerſantur: & quia in alienis ideo ignoti: & quia ignoti ideo obſcuri. Et ita homines qui tantum uoluptatibus dediti ſunt: in obſcuritate perpetua manent: & obſcuram ignotam q̄uitam conſequuntur: ſicuti peregrinantium nomen ignotum & obſcurum eſt: Contra naturam: quia ſuperius dixit animi imperio: corporis ſeruitiō magis utimur: ergo iſti mutata natura rerum non committunt ut animus corpori imperitet: ſed ipſi corpori obediunt. Corpus uoluptati: non animo ſeruiunt.

Anima fuit oneri: quia animam quaſi ſeruam habuere: ideſt fecerunt animam corpori ſeruire. Iuxta: ſimiliter. Vitam mortem: ideſt tanti precii uitam eorum æſtimo quanti mortem: ſed mortem nullius præcii æſtimo: ergo nec uitam alicuius præcii facio. Quoniam de utraq;: & reddit cauſam: ideſt tam uiui q̄ mortui in perpetuo ſilentio permanent. Verum enim uero: pro ſed. Eſt enim coniunctio expletiua: & ornatus cauſa ponitur: ualet autem tantum quantum ſed. Quaſi dicat: huiuſmodi homines omittamus qui uoluptatibus dediti ſunt. Sed ad hos ueniamus: qui egregium aliquod gerunt. Hi demum probādi ſūt quos

aut corpore aut animo egregium quid facere delectat. Præclari facinoris:quantum ad corpus.ideſt alicuius egregii facti quod corpore geratur. Bonæ artis:ſcientiæ & eruditionis:unum ad res geſtas:alterum ad eruditionis ſcientiam referas. Sed in magna copia rerum &c. Sed cum multe ſint res:quibus homines ſibi laudem poſſunt comparare:aut ui corporis:aut uirtute animi ſibi gloriam quærere debent. Sunt ideſt nõ nulli qui ualent uiribus corporis:alii animi uirtute. Ergo qui ualent animi uiribus egregium gerant facinus qui uero uiribus animi præſtant hi ſcientiæ indulgeant:atq; optimis artibus ſe dedant: copia multitudine. Benefacere reipublicæ:ecce quã tum ad res geſtas. Benedicere quantum ad bonas artes:quia de aliqua re ſcribere: quam aliqs geſſerit:laudabile eſt atq; probatum. Abſurdum:inconueniens. Vel pace:ſcilicet uel bene dicendo. Vel bello benefaciendo. Facere in bello: Scripſere in pace. At mihi quidem. Nunc captat beniuolentiam ab incõmodis ſuis Nam ut ait Cicero a noſtra perſona beniuolentiam colligimus ſi noſtra incommoda proferemus: incõmodum ſuum exponit: cum dicit ſcriptorem qualem ſe magnum laborem ſuſcipere:parum autem gloriæ cõſequi eo q; & cætera ſequũtur ſcriptorem & auctorem :quia plus gloriæ conſequuntur qui faciunt res q̃ qui ſcripſerint eadem. Arduum:difficile. In primis ante omnia. Facta dictis: ideſt tam illuſtrandæ oratione res ſcribendæ ſint quam illuſtres fuerũt. Nam ſi res fuerint illuſtres:& illuſtri &' præclara oratione erũt notandæ: ideſt p qualitate rerum uerba ſunt accommodanda.

Deinde quod:duas alias incommoditates exponit:quæ ſcriptori accidunt:nam & cætera:id eſt laudãt uel reprehendunt & cætera. Vbi: pro poſtq̃ uel quando. Supra ea:ſupra ea quæ facilia factu putat. Ficta:ſimulata. Pro falſis in loco falſitatis falſa exiſtimãt nonnulli.quum plus laudaueris q̃ ipſe ſe facere poſſe exiſtimet.

Sed ego adoleſcentulus:uide quemadmodũ per inductionem ad id peruenit. Saluſtius quod intenderat ſcilicet q; omiſſa reipublicæ adminiſtratione recte ſe ad ſcribendum cõtulerat. Primo quidem dixit apud mortales contentionem fuiſſe utrum res militaris magis præcederet uiribus corporis an uirtute animi. Deinde cum bella geri cœpiſſent cognitum eſſe uires ingenio præſtare. Poſtea uero duobus modis homines claros fieri poſſe:uidelicet:uel in bene gerenda republica:uel in bene dicendo:quæ geſta ſunt. Deinde oſtendit difficile eſſe bene dicere:eo q; ſcriptores aut inuidia & maliuolentia damnari ſolent:aut falſitate. Nunc ergo redit ad ſeipſum dicens:q̃q̃ difficilimum ſit res geſtas ſcribere:ſtatui tamen bene dicendo reipublicæ prodeſſe & eo clarum fieri: Adoleſcentibus: admodum adoleſcens: adhuc teneræ ætatis: Initio:ideſt in principio. A ſtudio litterarum:quia uſq; ad quartumdecimum annum litteris operam dabant:& miranda eſt induſtria romanorum adoleſcentium:qui anteq̃ ad decimumquintum annum peruenirent omnia bonarum artium ſtudia percurrebant: tantum ſtudii ac diligentiæ adhibebant.

Plerisq; ſcilicet adoleſcentes ſunt delati. Ibi:ſcilicet in republica. Multa fuerunt: aduerſa. Pro pudore &c. Ecce q̃ diligenter uocabulorum proprietatem ſeruat Saluſtius:ut legentibus multum prodeſſe uideatur:ſi proprietates uerborum inſpicere uoluerint. nam ſingula ſingulis opponenda ſunt. Nam audacia opponitur pudori:largitio opponitur abſtinentiæ: auaritia opponitur uirtuti:& non ſine cauſa auaritia opoſita eſt uirtuti. Nam qui auarus eſt: nullam unquam uirtutem conſequitur. Auaritia pro uirtute: uirtus eſt generale nomen ad omnes uirtutes:ergo pro uirtute:ideſt liberalitate. Vigebant:floreb ant:& erant in uigore. Quæ:uitia: Aſpernabatur: remõtus & alienus erat. Inſolens malarum artium: inſuetus non ſolens:& eſt conſtructio qua utimur:ſicut dicimus amans uirtutis:& inſolens malarum artium. Tamen inter tanta uitia:excuſat ſe Saluſtius hoc modo duobus modis. Primo cum tanta eſſent mala:quibus occupata & corrupta Reſpublica eſſet:nec me quoq; poteram ſeruare. Præterea iuuenilis ætas erat imbecilla:ut facile corrumpi poſſet malis artibus. Nam iuuenes procliuiores ſunt in uitia q̃ uiri aut ſenes. Tamen quãuis eſſet inſolens malarum artium tanta uitia quibus occupata erat ciuitas. Corrupta ambitione:quia ego quoq; mihi quærebam honores quemadmodum cæteri. Mecum. duæ partes ſunt. Reliqs malis

præclari facinoris :aut artis bonæ famam quærit. Sed in magna copia rerum aliud alii natura iter oſtẽdit. Pulchrum eſt benefacere reipu. Etiam bene dicere haud abſurdum eſt: uel pace uel bello clarum fieri licet: & qui fecere: & qui facta aliorum ſcripſere: multi laudantur. At mihi quidem tametſi haud quaquam par gloria ſequatur ſcriptorem & auctorem : tamen in primis arduum uidetur res geſtas ſcribere. Primum q; facta dictis exæquanda ſunt. Dehinc quia pleriq; delicta quæ reprehenderis:maliuolentia & inuidia dicta putant. Vbi de magna uirtute atq; gloria bonorum memores: quæ ſibi quiſq; facilia factu putat:æquo animo accipit. Supra ea ueluti ficta p falſis ducit. Sed ego adoleſcentulus initio ſicuti plærisq; mortalium a ſtudio ad Rempub. delatus ſum: ibiq; multa aduerſa fuere. Nam pro pudore: pro abſtinentia:pro uirtute:audacia:largitio: auaritia uigebant. Quæ tametſi animus aſpernabatur:inſolens malarum artium: tamen inter tanta uitia imbecilla ætas ambitione corrupta tenebatur. Ac me cum ab reliquis malis moribus

malis moribus:uidelicet ab auaritia:largitione.ab audacia: Honoris cupido.ordo est eadem cupiditas honoris quæ uexabat cæteros fama:inuidia uexabat me. Fama:propter famā.quia fama mea pro inuidia sæpe laborauit. Inuidia:qa quærebā mihi famam:odium & inuidiam populi fugiebam ut suffragiis eius possem ad hunc honorem peruenire q̄ ego quærebam. Igitur ubi igitur:quādo quidem uidebam tot uitiis rē publicam esse corruptam. Vbi:postquam. Animus requieuit:idest postquam animus liberatus ē his miseriis:quas in reipublicæ administratione ferebam:quia ego ambiēdo me subiiciebam populo:ut eius beniuolentiam captarē: & inde mihi suffragia præstaret: & bene miseriis dixit: quia nihil miserius est cupiditate honoris: infimos quosq; precibus rogare. Non fuit consilium: non cepi hoc consilium. Secordia:scilicet animi. Desidia:scilicet corporis. Nam secordia est inertia animi:desidia est inertia corporis.

Terere: cōsumere. Seruilibus officiis:quæ sunt illa seruilia officia: scilicet colendo agrum: & uenando:& qui uenari officium dicunt esse liberale magnopere falluntur. Nam officiū appellatur a Salustio. Sed a quo incœpto:cum me prius rempublicā administratio a studio remouerit:nunc ita reipublicæ corruptio me ad studiū regredi coegit. Eodē:idem studium. Regressus:cum redissem. Ambitio detinuerat:quia ambitione detentus eram. Ambitio: cupiditas honoris.ambire proprie est illud:qđ uulgo dicitur practicare.inde ambitio idest practica honoris. Carptim:mēbratī non perpetuam historiam scribere:sed membratim. Nolui inquit ab urbe cōdita historiam sumere & perpetuam scribere historiā:sed ea tm̄modo excipere quæ mihi memoratu digna uiderentur.

Eo magis:ideo magis.uel tanto magis, statui facere hoc. A spe:non sperabam honores.

Metu:nō timebam ignominiā. Spe: honorum. Metu ignominiæ:quia animus meus liber erat.& nulla ægritudine afficiebatur.

Spe & metu:appositiue. Partibus reipu.uel in ptibus reipub.s. Spe & metu.nā spe & metu continetur omnis respub.uel quia nec huic nec illi factioni fauebam. Igitur:quando idem ex diffentirem: nihilominus honoris cupido eadem: quæ cæteros fama atque inuidia uexabat Igitur ubi animus ex multis miseriis atque periculis requieuit: & mihi reliquam ætatem a republica procul habendam decreui:non fuit cō silium secordia atque desidia bonum otium cō terere. Neq; uero agrum colendo:aut uenando seruilibus officiis intētum ætatem agere. Sed a quo īcœpto studio me ambitio mala detinuerat:eodē regressus:statui res gestas populi Romani carptim:ut quæq; memoria digna uidebantur perscribere:eo magis: quod mihi a spe metu partibus Reipublicæ animus liber erat. Igitur de Catilinæ coniuratione :q̄uerissime potero paucis absoluam. Nā id facinus in primis ego memorabile existimo sceleris nouitate atq; periculi. De cuius hominis moribus pauca prius explananda sunt: q̄ initiū narrandi faciam.

ponit causas quibus adductus me a rep.ad studium litterarū contuli incipiam Catilinæ seditiones p̄scribere.

Absoluam paucis historiam Catilinæ perficiam paucis uerbis.& attentionem captat ab auditoribus: qa dicit breuiter historiam Catilinæ esse peracturum.& etiam quia dicit se de re magna & ingenti esse dicturū: exponit etiam quibus de rebus dicturus sit. Nouitate:magnitudine:nam nouus dicitur magnus.inde nouitas id est magnitudo. Pauca explananda:pauca prius explananda sunt quæ pertinent ad uitam eius. Initium narrandi:priusq̄ incipiam narrare historiam eius. Explananda.declaranda.

Vcius Catilina. Vidimus in fine proemii quomodo nos docuit Salustius quidnam hoc opus scripturus esset.uidelicet Catilinæ seditionem quæ imprimis memoratu digna est:eo q; nouū fuit periculum.& tam ingens fuit scelus q̄ nunq̄ a natura fuerit. Sed anteq̄ de ipsa seditiōe tractare incipiat dicit qui mores antea fuerunt.& qui ætate sua in urbe uigeant.ut oñdat quo genere:& q̄ oportunitate Catilina adductus tantā rē aggredi non dubitauerit. & primo de genere :uita & moribus Catilinæ narrat ut oñdbt quibus de causis ad usurpationē reipublicæ aīum intēderit.deinde digressionem facit:& de antiquis urbis Ro.moribus differit. Nobili genere:patricio genere:quia patricius fuit catilina,uidelicet de gēte Cornelia. Vi corpis & aī.Fuit magna fortitudine & animi & corporis.nam uiis tam animi q̄ corpis recte dicitur. Ingenio malo.& quia animo & corpore plurimū pollebat catilina.ideo malo aīo fuit. Malo,naturaliter:quia a natura malus erat. Prauo:accidentaliter:quia ptereq̄ q; malus erat naturaliter etiā consuetudine p̄uerterat ingeniū. Ab adolescentia:ab ineunte ætate. Intestina:domestica bella. Discordia ciuilis.differentia ē inter bellū domesticum & discordiā ciuilem.nam bellū ciuile ptinet ad uniuersā ciuitatē. uidelicet cū uniuersa ciuitas inter se discors ē.Discordia uero ad priuatos ptinet.itaq; cū uniuersa ciuitas discrepat ñ discordia sed bellū ciuile appellat.hic aūt Catilīa & bello dōestico & discordia ciuili plurimū gaudebat. Cædes:occisiōes q̄ ex bello sequunt.Rapīæ:uictoꝝ q bōis expoliāt. Ciuilis discor.discordia ciuiū.

Ibi.in his supradictis. Exercuit:non solum grata fnere:uerum etiam in illis omnē ætatem suam duxit. Inediæ.i.famis.& dicitur ab in & edo.quasi non edia.eo q̄ non edat.& qui non comedit sine dubio famē suscipit. Algoris:frigoris. Vigiliæ:qa in somnis noctes agebat. Inediæ:qa sine cibo diu permanebat. nec multum detrimenti patiebatur ob illud. Algoris:qa frigus etiam facile tolerabat. Vigiliæ:quia se nimis somno dabat:sed parum admodum. Supra q̄ cuiq̄ credibile est:multo plus q̄ qsquam credeī posset: & ē honestus dicendi modus. Animus audax qa hactenus de corpore dixit:nunc demum de animo dicere incipit. Animus audax:ut magna quæq; pericula aggredi non dubitaret. Subdolus:quia facile unumquenq; falleī poterat. Subdolus latine:græce appellatur ipodolos: q non aperte decipit sed latenter. Varius:qa nunq̄ i eodem proposito mānebat:nunc hoc: nūc illud uolebat. Simulator & dissimulator: declarat: quod dixit subdolus & uarius. Simulator:qui ostendit id esse quod non est. Dissimulator: quia ostendit id non esse quod est. Appetēs alieni sui profusus:ideſt q aliena desideraret:& sua prodigus profunderet:sed non uidetur posse fieri:sed necesse est ita fieri:siquis hoc diligenter considerauerit. nam quia sua profūdit.ideo aliena appetit. Nam prodigus quia sua sibi non sufficiunt aliena appetat necesse est. Ardēs:uehemens. Cupiditatibus:quia quod semel cupere cœperat:tāto ardore inuadebat:aut a nullo coerceri posset. Satis eloquentiæ:quia eloquentissimus erat. Parum sapientiæ:quia nō ualde sapiens erat.& hoc addidit quia nūquam

inediæ.algoris:uigiliæ:supra q̄ cuiq̄ credibile ē. Animus audax:subdolus:uarius:cuiuslibet rei simulator ac dissimulator:alieni appetens:sui prodigus:ardens in cupiditatibus: satis eloquentiæ sapientiæ parum:uastus animus: immoderata incredibilia nimis alta semper cupiebat. Hunc post dominationē.L.Syllæ libido maxima inuaserat reipublicæ capiundæ:neque id quibus modis assequeretur:dum sibi regnum pararet quicq̄ pensi habebat. Agitabatur magis magisq; in dies animus ferox inopia rei familiaris & conscientia scelerum. Q uæ utraq; his artibus auxerat quas supra memoraui. Incitabant præterea corrupti ciuitatis mores:quos pessima ac diuersa inter se mala:luxuria atque auaritia uc-

fine sapientia eloquentia prosuit:sæpius autem obfuit quod etiam Cicero in arte ueteri prolixius ostendit.

Vastus immoderatus.& plus est q̄ si dixisset magnus aut ingens. Nam uastum dicitur quod nulla mensura terminari possit:id est sine modo terminatum. Immoderata: quæ modum non haberent. Incredibilia:quæ nulla ratione consequi posset. Nimis alta quæ ciuilem modum transgrederentur.non quærebant dignitatem principis romani:sed potius dignitatem tyranni qui urbi Romanæ pro arbitrio imperare non posset: uel talem qualem supra mēoraui. Vergilius Mecentius hic est:id est talis. Hunc:catilinam.

Dominationem.L.Syllæ:qui motis partibus reipublicæ aduersariis perpetuam pictaturam assecutus est: qui magistratus quasi regnum erat.nam quemadmodum rex imperabat subditis:& omnia pro uoluntate faciebat:ita dictator omnia pro arbitrio exequebatur.nam cum uocabulū regis in urbe Romana mitius reddere uellent:ad dictaturæ nomen confugerunt.nam eius magistratus regia potestas erat.Primus hic fuit.L.Sylla qui postea Sylla felix est appellatus.& demum pediculari morbo consumptus.Secundus autem iulius Cæsar qui multis uulneribus tandem a senatoribus est interfectus. Libido: cupiditas. & dicitur a libendo tam & si cōsuetudo inoleuit:ut libido in malam partem accipiatur. Nam Salustius libidinem accipit in bonam partem. Capiundæ: pro capiendæ: ideſt occupandæ.tertiæ coniugationis uerba possunt habere participia futuri temporis tam in undus q̄ in endus ut legendus uel legundus.capiundus uel capiendus.sed cauendum est ne id licenter in omnibus participiis faciamus.quia uitiosum esset in uerbis quartæ coniugationis idem facere.quia non dici potest audiundus audiunda audiundum & cætera. Id:scilicet capere rempublicam. Pararet: equitaret. Nihil pensi:nihil considerati:nihil considerationis: translatio sumpta a pensantibus: qui diligenter inspiciunt in quam partem uel aurum uel argentum inclinet.non ponderabat ipse quomodo rempublicam caperet:dummodo cupiditatem suam explere posset. Agitabatur:rationes autem erant in numeræ:quibus Catilina adductus rem hanc tantam capessere uolebat.& quia magnificus erat & pauper: multa scelera perpetrauerat. Indies:quotidie. Ferox:scilicet natura indomitus animus Catilinæ. Agitabatur:incitabatur.impellebatur. Inopia rei.nam cum magnificus eēt & inopia premeretur. quia suis rebus non poterat tueri magnificentiā:alienis necesse erat conseruaret.& ob hanc causam ad reipublicæ usurpationem intendebat animum. Conscientia sceleris:quia sibi conscius erat scelerum:quæ commisit. hæc autem paulopost uidere licebit hoc eodem libro. Nam inter cætera sua scelera hoc potissimum narratur.

Quæ utraque.scilicet inopiam & scelera. Auxerat:cumulauerat. His artibus: uidelicet aliena appetendo:sua profundendo:cupiditatibus imminendo. Præterea: præter q̄ q; ferocitas animi inopia scelera perpetrata incitabunt illum:hoc etiam accidebat scilicet q; & cætera. Corrupti mores:in tanta corruptione morum facilis uidebatur accessus ad usurpationem reipublicæ:quos mores:id est artes. Luxuria & auaritia:appositiue mala. Diuersa inter se:bene dicit. Nam luxuria opes profundit.auaritia opes conseruat. Luxuria uitiosa est superfluitate nimia.auaritia uitiosa est nimia parcitate.ergo proculdubio diuersa sunt inter se.sed tamē qui luxuriæ inseruire uoluerit necesse est ut & auarus sit:qa nisi auarus fuerit nō poterit comparare

parare diuitias:quibus ad patrãdam luxuriam utatur. Res ipsa hortari:sicut apud Ciceronem est. Tria sũt genera narrationum de quibus orator sumit rationem suæ causæ. Primum oratorium quo oratores utũtur uincendi causa. Secundum digressorium. Tertium pœticum. Sed digressorio secũdo genere narrationis uti tur Salustius quod intercurrit nonnunq̃ aut fidei:aut criminationis:aut laudationis:aut alicuius apparatio nis causa. Nam digreditur Salustius ab historia:quã superius cœperat seditionem scilicet Catilinæ: & ad mo

xabant. Res ipsa hortari uidetur: quoniam de moribus ciuitatis tempus admonuit suprare petere:ac paucis instituta maiorum domi militiæq; quomodo rempu. habuerint quantamq; reliquerit: utq; paulatim immutata ex pulcher rima & optima:pessima ac flagitiosissima facta sit diserere.

res ciuitatis narrandos peruenit: Fit autem hæc digressio laudationis:uituperationis:& apparationis causa laudationis ut maiores & priscos illos laudibus exornet qui rempublicã non conseruarunt modo moribus optimis: uerum etiã conseruatam auxerũt: Vituperationis causa: ut homines ætatis suæ uituperet:qui non uirtutibus:sed malis moribus dediti sunt:& rempublicam a maioribus stabilitam ac firmatam labi: & ad interitum peruenire patiantur: apparitionis causa fit:ut se præparet ad id quod dicturus est. Nam de corruptiõe ciuitatis & ab initio urbis Romæ narrare incipit: quomodo populus Roma. se domi militiæq; habuerit & in præsenti habeat: ut his cognitis uerisimile fiat in tanta morũ corruptione animum ad Rempublicam capiendam intendisse Catilinam. Res ipsa uidelicet:quia de corruptione morũ mentionem fecerat:propterea uidetur non incongruũ esse si perstrinxerit ea quæ ante Catilinæ seditionem fuerunt in urbe romana. Instituta maior domi militiæq; id est institutiones quæ domi militiæq; a maioribus cõseruatæ sunt. Domi: in pace. Militiæ: in bello. Habuerunt: comparauerunt. Reliquerunt:scilicet posteris suis immutata paulatim. silabente disciplina præmii. Pulcherrima. i. honestissima:pulcher & honestus sibi inuicem cedunt. Ergo pulcherrima. id est honestissima. Flagitiosissima. id est uitiosissima:& singula singulis opposuit pulcherrima. Flagitiosissima pessima optima:

Rbem Romã sicuti ego accæpi cõdidere atq; habuere initio Troiani:qui Aenea duce profugi sedibus uagabantur incertis. Cumq; his aborigines gẽus hominũ agreste:sine legibus:sine imperio:liberum atq; solutũ. Hi postq̃ in una mœnia cõuenere dispari genere:dissimili lingua:alii alio more uiuentes incredibile est memoratu q̃ facile coaluerint. Sed postq̃ res eorũ ciuilibus moribus:agris aucta satis pspera satisq; pollẽs uidebatur: sicuti plæraq; mortaliũ habẽtur: iuidia ex opulẽtia orta est. Igitur reges populiq; finitimi bello tẽtare:pauci ex amicis auxilio esse:

Rbem romam:hic eorum opinionem sequitur qui dicunt ab Aenea cõditam fuisse urbem Ro. Plutarchus in uita Romuli multas effert sententias:nam dixerunt nonnulli Aeneam fuisse conditorem. alii euandr̃ Arcadem:alii mulierem arcadicam:quæ fuerat secuta Euandrum in italiã cui nomen erat Romin:& a nomine suo urbi imposuisse nomen nunc ut Roma appellaretur. Alii dicunt non Aeneã neq; euandrum neq; mulierem arcadicam:sed Romulum & Remũ condidisse mœnia urbis Ro. cuius sententiæ Ti. Liuius testis est:hic uero eorum sequitur opinionem qui dicunt Aeneam profugum a deleta troia una cum troianis Romã condidisse. Condidere. p condiderunt. ædificauerunt. Habuere:tenuere habitauere:& sæpe primitiuus pro deriuatiuo & econuerso:nã dicimus habito hanc domũ id est habeo. Accepi:audiui. intellexi. Profugi procul fugati a domo sua. Incertis sedibus. quia certa loca nõ habebant:in quibus se firmare possent:donec mœnia condiderunt. sed huc atq; illuc errabãt. Aborigenes:scilicet tenuere urbem. Cum his. s. troianis aborigenes populi dicti sunt latini priſci:qui italiam ab initio tenuere:& dicti sunt aborigenes:quia diu aberrarũt anteq̃ certas sedes haberent. Sine legibus:quia ipsi licenter uiuebant:nec ulla lex erat:quæ uetaret quin pro arbitrio facerent quæ uoluissent. Sine imperio:& dicitur democratia:quia nemo regebat eos liberum atq; solutũ declarat quod dixit sine legibus. Sine imperio:monarchia liberum:qa sine legibus:solutum quia sine imperio. Hi postq̃ &c. & hi troiani & aborigenes antiqui italiæ populi:cum in una mœnia urbis romæ conuenissent:credi nõ potest q̃ facile creuerint. Dispari genere:quia hi quidem troiani:hi uero latini. Dissimili:nam quia genus dispar erat:lingua quoq; dissimilis fuit. Nam sicuti uidemus aliud idioma habent teucri:aliud græci: aliud latini. Alio more:alio ritu. & humano & diuino:nam mos utrunq; complectitur & diuinum & humanum. Incredibile memoratu. id est credi non potest si memoraretur. Coaluerint. i. simul creuerint: Nã coalescere crescere significat. Ciuibus:& quia populus ille in maximam breui peruenit multitudinem. Moribus:& quia multitudo populi creuerat:mores etiã impositi sunt ciuibus. Agris: nam cũ uicissent Romani populos finitimos agrorum fines suorũ protenderũt. Satis pollens:satis potens. Pleraq; mortaliũ habent in quo maior pars humanaq; res inuidiose possidetur. & ideo qa diuitiæ ingentes possidebãtur a Ro. inuidia repẽte orta est cõtra eos. Ex opulẽta ex diuitiis & opibus reg. Igit qa inuidiã opulẽtia pepit romanis. Tẽtare pro tẽtabãt romãos. Pauci ex amicis:ut fuerũt albani semp cõiũcti erãt romãis.

Cæteri:præter paucos amicos. Domi militiæq; intẽti.i.bello & pace diligentes. Festinare ꝑ festinabãt ad ea que sibi & reipu utilia eẽnt se ad oĩa pro imperio augendo. Hortari:pro hortabãtur. Tegere.i.defendere. Armis:armorum uirtute. Postubi pro postq̃ una pars composita est postubi. Propulerant: procul pepulerant. Virtute:fortitudine animi & corporis. Sociis atq; amicis:postea ubi se defenderant amicos atq; socios defendebant. Parabant amicitias.i.magis suo beneficio q̃ alieno sibi tradito amicitias parabant sibi prisci romãi. Habebant:romãi.

Imperium regiũ dominationem cui rex unus ꝑerat. Legitimũ imperium.i.imperium secũdum leges cõstitutũ. Nã qui ꝑerat sũmæ rerum rex appellabatur. Delecti.i.seniores: qui per ætatem militare nõ poterant: Ingeniũ sapĩa.i.qui ingenio pollebant. Sapĩa:ætate & experientia rex. Hi uel ætate:nunc dicit quõ appellabantur senatores: & ita dicerentur qui cõsilio ꝑerant & reipu.augende & quibus ingenium firmũ:ingeninm aũt ualidum erat: Aetate:quia senes erãt quemadmodũ solent esse patres. Vel similitudine curæ qa ipsi reipu.utilitatem curabãt.quemadmodũ patres curãt utilitatem filiorum. Postubi: postq̃: Initio:ab initio idest a primordio urbis. Conseruandæ libertatis causa:fuerãt reges ut libertas cõseruaretur:quia pepulerãt. hostes qui romanis libertatem eripere uolebãt & suo imperio subigere

Augendæ rei: quia ꝑerat unus sũmæ rerum: qui omnia suo ordine regeret & siquid mali cõmissum fuisset rex uindicaret:& hoc pacto omnes ciues una erant cõcordes: quapropter respu.ro.uehementer augebatur. In superbiam & dominationem:quia non secundum leges & secundũ instituta maiores reges nouissimi populum ro.tractabant:Sed pro arbitrio:& uoluntate sua omnibus dominari:oẽsq; opprimere seu recte seu perperã studebant. Binos imperatores.i.duos consules.i.consulatũ regnum regium constituere romani priores. Annua imperia.i. quæ tantũmodo anno uno permanerent:nã cõsules uno tm̃ anno permanebant in imperio.Eo mõ.s.tantũmodo annua esse imperia. Insolescere:in supbiam & in insolentiam posse recidere:eo q; imperium breue erat. Ea tempestate eo tpe in libertatem uindicata est ciuitas. Quisq;.i.quisq; ꝑ uiribus suis. Extollere:magnificare se. In promptu:in parato & manifesto:nam nõ timebant ne uirtus sua despicere posset regibus sicut prius cum reges urbem habebant.Nam regibus:ratio est cur quisq; uirtutẽ suã a pire studebat:qa bõi magis sunt suspecti q̃ uiles & ignaui:nã regũ tpe ẽt siqs ingeniũ maximũ habuisset oñdere ñ audebat:ne se suspectũ faceret regibus. Suspectiores:magis suspecti.Quã mali:q̃ uiles & ignobiles:nec dicas q̃ improbi & praui: sed q̃ uiles &ignaui:& ita bõi prudẽtes &ꝑclari uiri. His.s.regibus. Incredibile memoratu.i.credi nõ potest ũ memoraretur. Adepta:parta:& est usus adepta in passiua significatione. Incesserat:inuaserat romanos postq̃ ipsi in libertatem preuenerũt. Simulac belli patiens:qa assuefacta erat bellis gerendis. Per laborem usu militiam.i.laborando & militando militiam gerere:& laborem pati assueti erant quia per laborem & continuum usum fiebant belli peritiores. Vsu consuetudine.Magis in decoris armis.i.magis cupiditatem suam ponebant in his quæ ad rem militarẽ pertinent:q̃ in his quæ ad uoluptatẽ seu luxũ attinere uidemus. Decoris:ornatis insignibus. Militaribus:bellatoribus bello accommodatis. Scortis meretricibus. Conuiuiis: superfluitatibus ciborum. Igitur: narrare cœpit Salustius mores populi Ro. & instituta eius:quibus ad tantam magnitudinem imperii facile se prouexerat: quod etiam hic facit. igitur quia summo labore se exercuerant in bello:& suas omnes cupiditates posuerunt in uirtute. Talibus:uiris qui cõtinentia & labore se exercuerãt. Nõ lo.ul.asp.aut arduus:editus:& eleuatus:quia q̃q̃ locus editus ẽt uel inuius

Nam cæteri metu perculsi: a periculis aberant. At Romani domi: militiæq; intenti festinare: parare:alius aliũ hortari: hostibus obuiam ire: libertatem:patriã parentesq; armis tegere. Post ubi pericula uirtute propulerãt:sociis atq; amicis auxilia portabant:magisq; dandis q̃ accipiendis beneficiis amicitias parabant. Imperium legitimum nomen regium habebat: Delecti quibus corpus annis infirmum:ingenium sapientia ualidum erat reipub.cõsultabant:hi uel ætate uel curæ similitudine patres appellabantur. Postubi regium imperium:quod initio conseruãdæ libertatis atq; causa augendæ reipub.fuerat:in superbiam dominationemq; se conuertit:immutato more:annua imperia binosq; imperatores sibi fecere. Eo modo minime posse putabant per licentiam insolescere animũ humanũ. Sed ea tempestate cœpere se quisq; magis extollere:magisq; ingeniũ in promptu habere. Nam regibus bõi q̃ mali suspectiores sũt: semperq; his aliena uirtus formidolosa est. Sed ciuitas incredibile memoratu est adepta libertate quantum breui creuerit:tanta cupido gloriæ incesserat. Iam primum iuuentus simulac belli patiens erat. In castris per laborem & usum militiam discebãt. Magisq; in decoris armis: & militaribus equis quam in scortis atq; in conuiuiis libidinem habebant. Igitur talibus uiris non labor insolitus:nõ locus ullus asper:aut arduus erat; nõ armatus hostis formidolosus

uel:inuſus tñ uirtute ſua ſupabant. Non armatus hoſtis for.& quia in bello diu ſe exercuerat:ideo armatos hoſtes non metuebant Romani. Omnia domuerat.ſ. locos & homines uirtute ſua domuerãt romãi

Certamen:contentio. Inter ipſos:ſcilicet romãos quiſq; properabat. Ferire nõ expectabãt alii alios. ut hoſtes inuaderẽt:ſed unuſqſq; primus eẽ uolebat ut eam laudem adipiſci poſſet. Murum aſcẽdere properabat.unuſquiſq; in oppugnãdis urbibus,primus eẽ uolebat qui murũ aſcẽderet & muralẽ coronam aſſequeretur. Nam corona muralis dabatur his:q primi murum aſcẽdiſſent. Tale facinus faceret.ſ.dum primus feriret hoſtẽ:dũ primus murum aſcenderet. Tãdiu ea.ſ.uincendo hoſtes & expugnãdo urbes. Diuitias bõas magnãq; In hoſtibus uincendis & urbibus expugnandis famam.nobilitatem.ſuaſq; omnes diuitias ponebant. Laudis auidi.auari quidem erãt gloriæ pecuniæ autem munificentiſſimi. Laudis quã diſcrimine uitæ gerebãt. Pecuniæ.liberales:quam ſuis amicis profundere non dubitabant. Gloriam ingentem:quantum quidem ad gloriam pertinebat nihil moderatũ fuit quã tunq; ad diuitias moderatis gaudebant. Ingentem:pluſq; mediocrem. Hõeſtas:mediocris. Memorare poſſem:his de cauſis hoc ſæpe conſecuti ſunt Romani ut ipſi pauci ingentẽ hoſtium multitudinem fuderint atq; fugauerĩt ſæpe urbes inexpugnabiles tandem uicerunt.

Virtus omnia domuerat. Sed gloriæ maximũ certamen inter ipſos erat. Sicq; quiſq; hoſtem ferire:murum aſcendere: circunſpici: dum tale facinus faceret:properare:ea diuitias: ea bonam famam: magnamque nobilitatem putabant. Laudis auidi: pecuniæ liberales erant. Gloriam ingentem: diuitias honeſtas uolebãt. Mẽorare poſſem quibus in locis maximas hoſtium copias Populus Romanus parua manu fuderit:quas urbes natura munitas pugnãdo cæperit: ni ea res longius nos ab incepto traheret. Sed profecto fortuna in omni re dominatur.Ea res cũctas ex libidine magis q̃ ex uero celebrat obſcuratq;. Athenienſium res geſtæ :ſicut ego exiſtimo ſatis amplæ magnificæq; fuere: Verum aliquanto minores q̃ fama ferũtur. Sed quia prouenere ibi ſcriptorum magna ingenia per terrarum orbem Athenienſium facta pro maximis celebrantur. Ita eorum: qui ea fecere uirtus tanta habetur:quantum ea uerbis potuere extollere præclara ingenia. Sed populo Romano nũquam ea copia fuit:quia prudentiſſimus quiſq; maxime negocioſus erat.Ingenium nẽo ſine corpore exercebat: optimus quiſque facere q̃ dicere: & ſua ab aliis bene facta laudari:q̃ ipſe aliorum narrare malebat.Igitur domi:militiæq; bõi mores colebant.Cõcordia maxia mĩma auaritia erat.Ius bonũq; apud

Ioannes chryſoſtomus Bartholomeo Soldo fratri ſalutē. Mitto ad te expoſitionē in Saluſtium de bello Iugurthino ſicuti eram pollicitus: opus ſummo labore confectū. Q ua in re ideo maior eſt a me labor ſuſceptus: q̄ non ſolum ſententiæ reſq; ipſæ mihi fuerunt explicandæ. Sed ordo quoq; uerborum multis in locis eſt demonſtratus: ut & tu ipſe melius intelligeres: & alios facilius doceres. Tu ſi Saluſtium & interpretationem atq; expoſitionem noſtram diligenter intuitus fueris: aditum ītelligentiæ tibi multas ad res apertum eſſe cognoſces. Te rogo ut des operam: ne tantus labor fruſtra a me ſuſceptus. ne ue ex induſtria mea ignauia tibi parta eſſe uideatur. q̄ ſi te hoc opere noſtro delectatum eſſe intellexero: ad alia maiora aggredienda ſtudium meum excitabis. Q uā tum. n. tibi prodeſſe ſcis: ego etiam quantum poſſim intelligo. Nemo enim eſt qui te mihi in hac luce carior ſit: uel cui plus ingenium meum deſudare cupiam. Sed fac te dig̃um præſtes: in quem talia a fratre officia conferantur. Cum epiſtolam legeris Brixiam te conferes ad ſanctum Saluatorem: & fratrem Stephaninum conuenies: cui opus tibi aſſignandum tradidi. Curabiſq; ut textum correctiſſimum habeas: atq; ita legere: & meo labore proficere incipias. Vale. & paſinum tuum cura diligenter. Vxorem cæteroſq; meos nomine meo ſaluta. Datum Patauii. xv. calen. Iulias. M.cccclxx.

BELLVM

Commentaria Ioannis Chryſoſtomi Soldi Brixiani in bellum Iugurthinum.

Saluſtius ciuis Romanus ſenatorii ordinis fuit. Hic primo ſe ad rempublicam contulit. & in ea aliquandiu uerſatus eſt: poſtea cum ei in ſenatuut tradit Acron a cēſoribus obiectum eſſet: q; libertinarum ſectator eſſet: tum ille non ſe matronarum: ſed libertinarum ſectatorem eſſe teſtatus eſt: atq; ideo ſenatu repulſus eſt: quod & in principio belli Catilinarii: & in præſenti exordio excuſat. Dicit enim aliam fuiſſe cauſam: quamobrem ſe ab adminiſttatione reipublicæ remoueret: q; uidelicet uirtuti honos non daretur: ſed ambitio omnia uirtutis præmia poſſideret. Sed reuera conſtat Saluſtium infamia circa fœminas laboraſſe. Nam ut idem Acro refert in Fauſtinæ Syllæ filiæ: & Milōis uxoris adulterio deprehenſus ab ipſo Tito Anio Milone flagellis cæſus eſt. Igitur Saluſtius ob eiuſmodi flagitia a ſenatu remotus: cum intelligeret ſibi ob tantam ignominiam aditum ad honores penitus iutercluſum: omiſſa cura reipublicæ ſe ad hiſtoriam ſcribēdam contulit. In qua re ita claruit: ut omnibus qui hiſtoriam ſcripſerunt: omnium iudicio anteponatur. Et quemadmodum apud græcos Thucidides Herodotum: cæteroſq; qui hiſtoriam ſcripſerunt: nobilitate & artificio dicendi ſuperauit: Sic apud latinos Saluſtius: Liuium: cæteroſq; hiſtoricos facile uicit. Vnde Quintilianus Thucididi Saluſtiū comparat: Liuium Herodoto. Porro tam in Thucydide q̄ Saluſtio mira breuitas quædam & affectata rerum ubertas commēdatur. Nam uterq; ita rerum frequentia creber eſt: ut uerborum prope numerum ſententiarum numero conſequatur: Genus autē dicendi preſſum & nitidum. & omnino rebus magis q̄ uerbis redundans. In hoc aūt opere bellum quod Romani cum Iugurtha rege Numidiæ geſſerunt conſcribit. Sed ante præmittit exordium in quo cauſam: ut diximus: oſtēdit: quāobrem ſe ab adminiſtratione reipublicæ ad hiſtoriam ſcribendam conrulit: ne forte ignauiæ daretur: ſi uel tedio laboris: uel metu periculi potius q̄ iuſto iudicio animi rempnb. reliquiſſe uideretur. Dicit enim ſic. CVM multa ſint ſtudia & exercitia animi: quibus ſumma laus & claritudo cōparari poſſit. Veluti conſilio rempublicam regere: dare operam litteris: & alia huiuſmodi: Hoc tempore mihi non placuit per adminiſtrationeu reipub. laudem & gloriā comparare: quia uidebam hoc tempore imperia & honores & magiſtratus dari hoibus indignis: & non uirtute præditis: ſed ambitione corruptis. Et propterea aliud ſtndium atq; aliud exercitium animi quærendum eſſe putaui: in quo laudem & gloriam cōparare poſſem: Sed ex omnibus ſtudiis quæ exercentur animo atq; ingenio utiliſſimum uiſum ē hiſtoriam ſcribere: & memoriæ mandare res geſtas. Et ideo ad hoc ſtudium atq; exercitium me contuli: omiſſa cura reipublicæ. Sed uideamus quomodo paulatim ueniat ad exponendam hanc cauſam: atq; hunc ſenſum explicandum.

ALSO Q VERITVR. Iniuste: inquit: homines conqueruntur de natura sua: dicentes q natura sua. Imbecilla sit & uiribus infirma: & breui tempore duret: & q fortuna potius q̃ consilio regatur. Sed male faciunt: qui sic conqueruntur. Nam ego contrarium existimo. Nihil enim esse puto maius aut præstabilius natura hominis. homo enim cunctis animantibus præstat & excellit. Nam homo capax est rationis: &c. omnia animantia præter hominem: carent ratiõe. Est autem ratio aspectus animi qui per seipsum uerum non per corpus: intuetur. Et ratio est: per quam uerum: a falso discernitur. Et hac ratione carent cætera animantia præter hominem.

Falso: ordo est. genus humanum falso quæritur. i. conqueritur de natura sua: q imbecilla scilicet ipsa natura: atq æui breuis regatur potius forte q̃ uirtute. Falso. i. false. Est aduerbium ideſt iniuste. Genus humanum. i. homines.

Quod imbecilla: ideſt uiribus infirma. Ecce causas quare homines conquerunt de natura sua. Tres sunt causæ. primam causam esse dicũt: quia natura hominis infirma sit uiribus. Nam multa sunt animalia fortiora hominibus q̃tum ad uires: ut bos: leo: & multa alia. Secundã causam esse dicũt: quia natura hominis: breuis ætatis est. Nam ætas hominis breuis admodum est: pauci enim sunt qui centesimum annum attingant multi inter ipsa infantiæ primordia intereunt: deniq cõmunis hominum natura: uix sexagesimum annũ attingit. Tertia causa quare conqueruntur de natura sua est: quia dicunt hominem magis regi & gubernari a fortuna q̃ a consilio: propterea quia dicunt hominem multis casibus fortunæ esse subiectum: qui non possunt humana ratione neq consilio euitari. Sed has omnes rationes infirmius confutat: & eas falsas esse ostendit. Aeui ideſt ætatis: tpis. Forte hoc est fortuna. & est casus ablatiui nominatiuus est fors. Terentius: Quod fers feret ferã. Quã uirtute. i. cõsilio & iudicio aĩ Nam contra reputando. Ordo est. Nam reputando cõtra neq inuenies aliud maius neq p̃stabilius. s. ipsa natura hominis. Et magis scilicet. inuenies industriã hominũ deesse naturæ q̃ uim aut tempus. Nam cõtra: uere dico q genus hominum falso conqueritur: quia econtrario existimando: nihil inuenitur p̃stabilius humana natura. Et reddit causam: quare dixit: q genus humanũ falso conqueritur. Et confutat eas rationes: ppter quas homines cõqueruntur de natura sua. Dicit. n. si diligenter inspicere uolumus: non uires aut tempus deest naturæ hominũ: sed industria: quia si homines uellent exercere animũ & ingenium: satis uiribus fortes & ualidi esse uiderentur: & ubi breuis uitæ esse uidentur. Exercendo uirtutem animi & ingenii: imortales efficerentur: quia memoria eorum nunq periret si præclarum aliqd monumentũ ingenii sui reliquerent. Et certe uerum est qd dicit. Ecce q̃is Salustius ipse secundũ naturam humanã breui tempore durauerit. tamen qa præclarum ingenii sui monumentũ reliquit: memoria eius eterna manebit. Et hoc est qd dicit: Nam pro quia. Contra reputando. .contra existimando. præstabilius. i. excellentius. Industriã. i. exercitationẽ aĩ & ingenii. Quã uim referẽ ad id qd dixit imbecilla: aut tempus: ad id qd dixit æui breuis. Sed dux. Ordo est. Sed animus est dux atq imperator uitæ mortalium: qui. s. aĩus est abunde pollens potẽs & clarus neq eget fortuna. Vbi. i. quãdo grassatur. s. ille aĩus ad gloriã uia uirtutis. Sed dux Ac si diceret. Ita quidem homines conquerunt de natura sua: dicentes illam esse infirmã: & breuis ætatis: & fortũæ esse subiectam. Sed ego ostendã illos falsũ existimare: & iniuste conqueri. Et hic incipit cõfutare opinionẽ eorũ: q existimãt & cõquerũtur: q natura hominis sit infirma: & breuis ætatis: & q fortuna potius q̃ consilio regat. Dicit. nam sic homo compositus est ex aĩa & corpore. Anima a deo est. corpus a terra. Animus siue aĩa dominari debet. corpus seruire. Si igitur homo animũ teneat corpori imperantem: neq permittat illũ uinci & pessundari a uoluptatibus corporis: sed illũ ad uirtutes exerceat: sine dubio satis uiribus potens erit: neq a fortũa regetur: sed ipse reget fortunã: & eas res geret: quarũ memoria æterna erit: ut cũ ipse homo mortuus fuerit tamen facta eius uiuãt. Et ita ostẽdit quẽadmodũ homo possit ætatem suã quæ natura breuis est: memoria excellentiũ factorũ q̃ longissimã facere. Sed dux. i. rector: quia animus regit corpus. Imperator. i. dominus. Nã aĩus dominat. corpus aũt seruit. unde ipse Salustius in Catilinario. aĩ imperio corpis seruitio magis uti mur. Alterũ nobis cũ diis alterrũ cum belluis cõmune est. Mortaliũ. i. hoĩum. Qui. cũ inquit aĩus tendit ad gloriã per uiã uirtutis: satis potens est: & uiribus ualet: neq fortuna indiget: cõtra opinionẽ eorũ qui dicunt: q natura hominis. i. homo sit imbecillis: & a fortuna regat. Ad gloriã gloria est frequens fama cum laude. Virtutis uia. i. p uim uirtutis. Grassat. i. tendit uadit & grassari uenit ab eo qd est gradior: & grassatur secundũ Noniũ Marcellũ duo significat. aliqñ grassari est supra modũ sæuire: aliquando significat ambulare: ut hoc loco. Potens. i. ualens. s. uirtute: potens. s. uiribus. Clarus: nobilis. Neq fortuna eget:

C. CRISPI SALVSTII LIBER DE BELLO IVGVRTINO.

ALSO quæritur dẽ natura sua genus humanum: q ætas imbecilla: atq æui breuis forte potius q̃ uirtute regatur. Nam contra reputando neq maius aliud: neque prestabilius inuenies: magisque naturæ industriam hominum q̃ uim aut tempus deesse: sed dux atq imperator uitæ mortalium animus est: qui ubi ad gloriã uirtutis uia grassatur: abunde pollens potensq & clarus est: neq fortuna eget:

quia animus prouidet ſibi ea que ſunt neceſſaria ad gloriam comparandam ſine adminiculo & præſidio fortunæ. Quippe.i.qua quæ.ſ.fortuna:uere dico q animus non indiget fortuna.quia animus p ſe ſibi parat & acquirit probitatē & induſtriam:& alias bonas artes qbus tendit ad gloriā quas res fortuna nec dare cuiq nec tollere poteſt. Bonas artes.i.bonos mores & uirtutes.nam artes in numero plurali mores ſignificant.

Sin captus.ordo eſt:Sed infirmitas naturæ accuſatur.& quicq auctores tranſferūt ſuā culpam ad negocia.

Vbi.i.quando:uel poſtq uires. tēpus & ingenium defluxere per ſecordiā. Si animus captus prauis cupiditatibus eſt peſſundatus ad inertiā & uoluptatē corporis uſus pauliſper pernicioſa libidine. Sin captus.ita quidē animus ſatis eſt potēs & clarus :neque fortuna indiget:quādo per uirtutem exercetur ad gloriam: imperium retinens ſupra corpus.Sed eſt ecōtrario. Si animus uincatur a uoluptatibus corpis ignauiæ & libidini deditus. Cum homo ad finē uitæ ſuæ peruenerit:ætate conſumpta in luxu & inertia:& nihil præclarum & memoria dignū in tota ſua uita geſſerit.continuo naturam culpat humanam:cum reuera nō naturam:ſed uitia culpare debeat. Captus: irretitus. Prauis:peruerſis. Peſſundatus eſt.i.calcatus. Ad inertiam:pigritiam:ut nihil agere uelit memoria & laude dignum. Voluptatem corporis:ueluti ad luxuriam & gulam.hiis enim uitiis uigor animi eneruatur. Pernicioſa :mala & damnoſa. Vbi per ſecordia m.id eſt ignauiam & negligentiam. Secordia proprie eſt negligentia animi.inertia eſt negligentia corporis.ſecordia dicta quaſi ſeorſum a corde. Defluxere ideſt tranſiere. Nature infirmitas accuſatur.id eſt culpatur:quia dicunt naturam infirmam eſſe & imbecillam ut pati non poſſit tot labores.Nam cum uident in uita ſua nihil præclarū & memoria dignum geſſiſſe:dicunt hoc eueniſſe propter imbecillitatem humanæ naturæ :quæ tot labores pati non poteſt. Atq ita culpant naturam:cum potuiſſe ipſos culpare deberent:qui ſe totos uoluptatibus corporis dederunt:& luxuriæ atq ignauiæ ſeruierunt. Suam quicq culpam auctores ad negocia tranſferunt.id eſt aut culpam in naturam tranſferunt:aut in aliquod aliud negocium:cum potius in ſe ipſos culpam tranſferre deberent. Culpam:ſcilicet q nihil in in uita ſua præclarum & memoria dignum geſſerint. Ad negocia:id eſt ad res quæ in humana uita contingunt.Multa enim contingere poſſunt homini quæ illum impediunt:ne præclarum aliquid gerere poſſit:ut ægritudo.īopia.Sed reuera ſeipſos potius q̄ aliquid aliud culpare deberent.quia animum uirtutibus excolere noluerunt:ſed illum prauis cupiditatibus :ac uoluptatibus corrumpi permiſerunt. Quod ſi hominibus.Ordo eſt:homines neq regerentur magis a caſibus q̄ regerent caſus:& procederent eo magnitudinis ubi pro mortalibus fierent æterni gloria:ſi tāta cura bonarum rerum eſſet ipſis hominibus.quanto ſtudio petunt aliena ac nihil profutura & multum etiam periculoſa. Docet quomodo poſſint homines facere ne regantur a fortuna:ſed ipſi regant fortunam.& quomodo pōſſint ex mortalibus immortales fieri non natura:ſed æternitate gloriæ.Et ita perſtat in propoſito :ut oſtendat falſo homines conqueri q natura humana ſit breuis.& q a fortuna regatur. Dicit enim ſi homines tāto ſtudio bonis artibus & uirtutibus operam darent:quanto ſtudio caduca & nihil profutura quærunt: profecto non magis regerentur a fortuna q̄ ipſi infortunati regerent:& ad eā magnitudinem peruenirent:ut pro mortalibus gloria immortales fierent. Bonarum rerum. Omnino tria ſunt genera bonorum: uidelicet bona animi:bona corporis.bona fortunæ.Bona animi ſunt uirtutes.uidelicet:iuſtitia.prudentia.fortitudo.temperantia.Iuſtitia autem diuiditur in has partes.ſ.religionem.pietatem.gratiam.uindicationem.obſeruātiam & ueritatem.Prudentiæ partes ſunt memoria.intelligentia.prouidentia. Partes fortitudinis:magnificentia.fidentia.patientia.perſeuerantia. Temperantiæ partes.continentia.clæmentia.modeſtia.hæ igitur uirtutes:earumq partes bona animi dicuntur quæ ſtabilia ſunt.nec a poſſidente poſſunt auferri. Bona corporis:ſunt incolumitas.ſanitas.uelocitas.uires.pulchritudo.& hæc inſtabilia ſunt.& breui tempore dilabuntur.Bona uero fortunæ ſunt diuitiæ.honores.dignitates. Et hæc quoq bona nequaq̄ ſtabilia ſunt:ſed p arbitrio fortunæ feruntur. Licet chriſtiana religio fortunam tollat:& cuncta nutu diuino regi atq euenīr cōfirmet.Dicit ergo Saluſtius:Si hoīes bona animi tanto ſtudio atq ſollicitudine quærerent:q̄to ſtudio quærunt bona corporis atq fortunæ quæ ſunt caduca & inſtabilia:profecto non magis regerentur a fortuna: q̄ ipſi regerent fortunā.& ex mortalibus gloria æterni fierent. Bonarum:ſcilicet bonarū animi: quæ ſunt uirtutes quas ſupra poſuimus. Aliena.i.extranea a nobis ideſt bona fortunæ.ſicuti ſunt diuitiæ quæ bona externa dicuntur:quia ſunt extra nos. Ac nihil profutura:quæ nihil prodeſſe poſſunt.īmo plerūq obſunt.

quippe quæ probitatem: induſtriam: aliaſque bonas artis:neque dare:neque eripere cuiquā poteſt. Sin captus prauis cupidinibus:ad inertiam & uoluptates corporis peſſundatus eſt: pernitioſa libidīe pauliſper uſus:ubi per ſecordiam uires:ætas:ingenium defluxere:naturæ īfirmitas accuſatur:ſuam quicq culpam auctores ad negocia tranſferunt. Quod ſi hominibus bonarum rerum tanta cura eſſet: quanto ſtudio aliena ac nihil profutura:multumq etiam piculoſa petunt:neq magis regerentur caſibus q̄ regerēt caſus:& eo magnitudīs procede

Periculoſa:quis neſcit diuitias multas ſæpe periculo & exitio fuiſſe. Petunt:appetunt.quærunt. Negregerentur magis a caſibus.Cauſa quare homines putant naturam humanam caſibus fortunæ eē ſubiectam: hæc é:qa ſequunf ea bona quæ reuera fortūæ ſubiecta ſunt:ſicuti ſunt diuitiæ:quæ cū ab eis auferunf: dicūt

naturam humanam fortunæ esse subiectam. Sed sequantur bona animi: sequantur uirtutes: quæ ab eis auferri non possunt. & tunc intelligent: id qđ est uerum: uidelicet naturam humanam casibus fortunæ non esse subiectam. Et eo magnitudinis procederent. ideſt ad eā magnitudinem peruenirent. Gloria æterni. ubi sunt mortales. efficerentur īmortales: non quia non morerentur: sed quia post mortem facta eorum uiue-
rent. Nam uti: Oordo ita res cunctæ & oīa studia nostra sequūtur: alia naturā animi: alia naturam corporis: uti pro sicut genus hūanū cōpositū ē ex aīa & corpe. Nā uti: ostēdit quomodo fieri possit id quod dixit. ſ. ut homines ex mortalibus: gloria īmortales & æterni fieri possint. Dixit enim. Sicut homo cōpositus est ex aīa & corpore. anima autē immortalis ē: corpus uero mortale: sic etiā omnes res: & omnia quæ facimus: alia sunt mortalia: alia uero immortalia. Mortalia sunt ea quæ pertinent ad corpus: sicuti est pulchritudo: diuitiæ. Nam ista pertinēt ad corpus: & ad tēpus pereunt. Immortalia uero sunt ea quæ pertinent ad animum: siue ad animam: sicuti sunt ea quæ exercentur consilio prudentia & ingenio. & hoc breuiter dicit: bona animi immortalia sunt: sicut ipsa anima: bona corporis & fortune sunt mortalia: sicuti corpus. Si ergo ex mortalibus immortales effīci cupimus: sequamur bona animi: & omittamus ac contēnamus bona corporis & fortunæ: quia illa sunt æterna & īmortalia: hæc uero mortalia & corruptibilia. Studiaq; omnia. i. omnia exercitia: omnia quæ facimus & exercemus. Alia sequuntur naturam corporis: sicuti sunt bōa corporis & fortūæ quæ sunt mortalia & corruptibilia sicuti corpus: alia sequuntur naturam animi: & hæc sunt bona animi: quæ sunt īmortalia: sicut ipsa aīa. Igitur plæclara facie: ostēdit quæ sint ea quæ sequūt naturā corporis: & quæ sunt illa quæ sequūtur naturam animi. dicit ergo: pulcritudo corpis: magnæ diuitiæ. præterea uis corporis: & cætera huiusmodi quæ ponūtur in numero bonorum corporis: uel fortunæ: sequūtur naturam corporis: quia sunt mortalia: sicuti corpus: & breui tpe pereūt. Ad hoc. i. præterea. Dilabunt: cadunt & pereūt: sicuti corpus. At ingenii: Nūc ostendit quæ sint illa quæ sequunt naturā aī: & īmortalia sunt sicuti aīa. Ingenii egregia facinora. i. p̄clara facta ingenii: sicuti ē dare operā phīæ. res gestas mandare mēoriæ. cās forēses oratoria facultate tractare: & eas scriptis ac mēoriæ cōmendare. consilio iuua re rēpubli. hæc & huiusmodi p̄clara ingenii ac uirtutis opera īmortalia sunt: sicuti anima. Postremo corporis: ordo est. postremo sic est finis bonorum corporis & bonorum fortunæ: id est sicut est initium: ac si dicret: quid opus est multa dicere: bona corporis & fortunæ sicuti habent principium: sic & habent finem: quia necesse ē ut oē quod orit aliquando moriat. & oē quod crescit aliquando senescat: & ad finē aliquando pducatur. Sed alia est rō animi: qa animus æternus est. & propterea opera eius æterna sunt similiter. Aeternum dicimus quod est sine principio & fine: sicuti est deus: qui nec principium habet nec finem. Sed anima licet finem non habeat: tamen habet principium: quia a deo creata est. Omniaq; orta occidunt: id est oīa: quæ sunt nata aliquando moriūtur. Et occido mediacorrepta significat morior: media uero producta significat interficio: primum a cado: secundum a cædo compositum est. Aucta: quæ crescunt. Animus incorruptus id est incorruptibilis & īmortalis. Aeternus: id est qui finem non habet. Rector humāi generis: quia animo & uirtute eius cūcta gubernantur. Agit: ideſt regit: Virgilius in primo æneidos: Tros tyriusq; mihi nullo discrimine agetur: id est regetur. Habet: id est tenet & intelligit: nam habere significat intelligere: ut ait Donatus in Terentium: Quod enim tenemus corpore habemus: quoq; cōmune aīo quod habemus intelligimus. Neq; se hēt: ipse animus non intelligitur. Quo. i. propter quod: nunc concludit dicēs: Cum hæc ita sint reprehendendi sunt magnopere illi: qui in uita sua tantūmodo curam corporis habent: animū autē atq; ingenium incultum & inexercitatum relinquunt: cū multæ sint artes ac multa studia: in quibus si aīum & ingenium exercere uellent. summam laudem & gloriam comparare possent. & hoc est quod dicit. Prauitas: id est peruersitas. Corporis gaudiis. i. uoluptatibus. Per luxum atq; ignauiam ætatem agunt: id est uiuunt luxuria & ignauia. Cæterum: id est sed. Amplius: id est maius: nihil enim est melius aut maius ingenio in natura hominis: quia per exercitationem ingenii summa quæq; claritudo comparatur. Incultu: id est ignauia in exercitariōe: qa non exercendo ingeniū torpescit. Secordia: id est negligentia. Torpescere. marcescere: corrūpi. Sinūt: pmittūt. Cū p̄serti tā multæ: paulatī descēdit ad id quod supra diximus: uidelicet: ut oīdat rōnem consilii sui: quare omissa cura & administratiōe reipub. se ad historiā scribēdā cōtulerit:

rent: ubi pro mortalibus gloria æterni fierent: nam uti genus hominum compositum ex corpore & anima est: ita res cuncte studiaq; oīa: alia corporis: alia animi natura sequūtur. Igitur præclara facies: magnæ diuitiæ: ad hoc uis corporis & alia huiuscemodi oīa breui dilabūtur. At ingenii egregia facinora: sicuti aīa immortalia sūt. Postremo corporis & fortunæ bonoq; ut initiū sic finis est. Oīaq; orta occidūt & aucta senescunt. Animus incorruptus æternus rector humani generis agit atq; habet cuncta neq; ipse habetur. Quo magis prauitas eorū est admiranda: qui corporis dediti gaudiis: per luxum & ignauiam ætatem agunt. Cæterum ingenium: quo neque melius: neque amplius aliud est in natura mortalium incultu atque secordia torpescere sinunt: quū præsertim

Tam multæ uariæq; sunt artes aī: multa. n. sunt studia ac multæ artes in q̄bus aīum & ingeniū exercere li cet ad gloriā compandā. ueluti dare opam philosophiæ in admīstratiōe reipu. uersari. causas foréses tractaī historiā cōscribere. hæ oēs artes aīo atq; igēio exercenī. ex q̄bus sūma claritudo compaī. Claritudo gloria fa ma. Paraī. i. cōparaī & acq̄ritur. Verū ex his artibus supra generaliter docuit quēadmodū hoies possint ad summā gloriā peruenire si uidelicet cōtemnere uelint bona corpis & fortūæ: & amplecti bōa aī uidelicet uirtutes & si nō patiantur animū & ingenium suum ocio & ignauia torpescere. præsertim cū multa sint studia ac multæ artes: in quibus illud ualeāt exercere. Nūc spēialiter ad causam suā descendit ut ostendat: in q̄na arte potissimum ingenium suum exercere uoluerit. Dicit enim: cū admīstratio reipublicæ una illarum artiū sit in q̄bus si animus & ingeniū exerceanī sum ma gloria comparari potest. Non placuit mihi hoc tempore ī hac arte ingenium meum exer cere. & propterea me ad aliam artem atque ad aliud studium contuli: uidelicet ad historā scri bendam. quoniam inter cætera studia hoc ma xime utilissimū est. memoriæ mandare res ge stas. & ita honesto noīe factum suū excusat. Nam cum propter flagitia sua turpiter a senatu repulsus: admini stratiōnē reipublicæ relinquere coactus sit dicit se nō coactum: sed sponte & certo iudicio rempublicam re liqsse: quia uidelicet honores & magistratus darentur non uirtute præditis: sed ambitione corruptis. & hac de causa relicta Republica se ad historiam scribendam contulisse. Verum ex his artibus. Multæ & uariæ sunt artes aī ex quibus summa gloria cōparatur: sed ex his artibus admīstratio Reipublicæ hōc tēpore mihi nō uidetur eē cupienda. Verum: id est sed. Magistratus. officia publica ut p̄tura. ædilitas. tribunatus. Im peria: ut erant consules & proconsules: ac etiam prætores. Nam erant prætores urbani & prætores prouin ciarum. Hac tempestate. i. hoc tempore. Quoniam neq; uirtuti honos datur. reddit cām quare admini stratio reipublicæ hoc tēpore sibi non placeat. Dicit enim hoc tempore nemo per uirtutem ad honores aspi rat. id est nemo per uirtutem honores assequi potest. Et quia occurrebat illud. Si non potes o. Salusti p uir tutē honores adipisci: adipiscare per fraudem & ambitionē sicut multi faciunt. Sed hoc quoq; ostendit nō eē faciendū. Dicit. n: illi qui per latrocinia & uim & fraudē & ambitionē honores & magistratus assequuntur: ī magno periculo uersantur. ualde enim periculosum est uelle per uim patriā regere & rempublicā admīstra re etiam si delicta & peccata corrigas. quia si postea rerum conditio mutetur: īminent tibi hæc mala ab his: quorum delicta correxisti. uidelicet cædes. exiliū. direptio bonorum tuorum. & alia huiusmodi mala. Si aūt delicta & peccata non corrigas dementia summa est uelle regere & nihil proficere. Quoniam neq; uirtuti honos datur. aut per uirtutem peruēitur ad honores & magistratus. aut per fraudem & uim & ambitionem Sed hoc tempore per uirtutem non peruēitur. per fraudē uero & ambitionē peruēitur quidē: sed cum ma gno periculo. & hæc ē causa quare hoc tēpore admīstratio reipublicæ mihi nō placet. Neq; uirtuti honos datur. i. quia hoibus uirtute p̄ditis hoc tēpore non dantur honores & magistratus. sicut cōsulatus. p̄tura. cen sura & ædilitas. Tribunatus. imperia. imperiū dicitur pprie p̄tura & cōsulatus quādo aliquis in puinciā mit titur cum officio publico & exercitu. sicuti quando Cæsar missus est in gallias cū quattuor legionibus pro consul: hic dicebatur eē cum impio. Virtuti: id est hoī uirtute prædito & ornato. Neq; illi quibus per frau dem ius fuit utiq; tuti: aut eo magis honesti sunt. i. neq; illi qui assequūtur magistratus & honores per uim & fraudē & ambitionē sunt tuti: quia in magno periculo uersanī. & quomodo uersantur in magno periculo. Ipse subdit cām: quia periculosum ualde est per uim patriam regere uelle: etiam si possis: & delicta corrigas. sicut iustum est. Sed quare periculosum est per uim patriam regere. quasi postea status rerum mutetur. hæc oia mala imminent tibi ab his quorum delicta correxisti. & qui nolebant te regere: Rēpublicā uidelicet. cæ des. exiliū. direptio bonorū tuorū. & alia mala his similia. Et hoc est quod dicit. Per fraudē. i. per ambitio nem. per uim ambire est blandiciis circūuenire. Qui ergo per ambitionē magistratus obtinere uolebāt: po pulum largitione pecuniarū & munerū corrūpebant. aliquando conuiuia populo exhibebāt: & eo mō fauo rem populi sibi cōciliabāt. Ius fuit: id est potestas publica fuit. id est illi qui magistratū assecuti sunt per frau dem. Vtiq; tuti nō sunt tuti: qa in magno periculo uersanī. & statim cām ipse subiūgit. Aut eo: id est pro pter id: uidelicet quia assecuti sint magistratū. Magis honesti sunt: id est propter eum magistratum: quem per fraudē assecuti sunt: non sunt magis honorati: quia magistratus sic acquisitus non tam illis honori est: q̄ dedecori: uel quidem melius est: non sunt magis honesti. i. non sunt magis boni. non sunt meliores. neq; eni honor homini uirtutem aut bonitatem addit. Nam quidem regere. Quare dixi q; illi non sunt tuti qui honores assequuntur per fraudem & uim. Quia periculosum est per uim patriam regere uelle. Et hoc est quod dicit. Regere ui parentes. hoc quod dicit de parentibus: ideo dicit ut ostendat tam turpe esse per uim patriam regere uelle. q̄ etiam esset turpe: si quis per uim parentes. patriamq; suam regere uellet. Osten dit ergo Salustius turpe esse & periculosum patriam & parentes regere uelle per uim. Nam quidem re gere patriā & parētes. Ordo est. Nā regere ui parentes aut patriā tamē est īportunū: q̄q̄ possis id. & q̄q̄ deli

tam multæ uariæque artes animi sint: quibus summa claritudo paratur. Verum ex his ma gistratus & imperia. Postremo omnis cura re rum publicarum minime mihi hac tempesta te cupienda uidentur: Quoniam neque uirtu ti honos datur: neq; illi quibus per fraudem ius fuit utiq; eo magis tuti atq; honesti sunt. Nā ui quidē regere patriam aut parentes quanquam

cta corrigas:p̃ſertim cum oēs mutationes reꝝ portẽdant cædem:fugã:& alia hoſtilia. Quãquã id poſſis.ſ. facere.ac ſi diceret:etiã ſi poſſis p uim patriã regere:& eius delicta corrigere:tamẽ nõ debes:qa & turpe eſt & periculoſum. Importunũ.i.incõmodum & piculoſum:Importunũ quaſi ſine portu. Mare autem qđ caret portu ualde incõmodum eſt & piculoſum. Omnes reꝝ mutationes:qa ſi mutetur ſtatus reꝝ: ut qui tui erãt inimici:ĩ repu.optineãt poſtea principatũ:iminent tibi hæc mala:cædes:exilium:& alia huiuſmõi mala.

& poſſis:& delicta corrigas:tamen importunũ eſt: quum præſertim omnes rerum mutatiões cædem fugam aliaqꝫ hoſtilia portendant: fruſtra aũt niti:neqꝫ aliud ſe fatigando: niſi odium quærere extremæ demẽtiæ eſt:niſi forte quem inhoneſta & pernicioſa libido tenet: potentiæ paucorũ:decus atqꝫ libertatem gratificari ſuã. Cæterum ex aliis negociis quæ ĩgenio exercentur in primis magno uſui eſt memoria rerum geſtarum:cuius de uirtute qa multi dixere puto prætereundum ſimul ne per inſolentiam qs exiſtimet memet ſtudium meũ laudãdo extollere. Atqꝫ ego credo fore qui(quia decreui procul a repu.ætatem agere:tanto tanqꝫ utili laborimeo nomen inertiæ imponant: Certe quibus maxima induſtria uidetur ſalutare plebem:

Fugam ideſt exiliũ. Aliaqꝫ hoſtilia:alia mala quæ hoſtes facere ſolent:ut eſt dirreptio bonorum. Portendant:ideſt denuncient. Fruſtra autem niti. Vide quid dicat. Velle regere patriam per uim:etiam ſi poſſis:tamen eſt turpe & periculoſum. Velle aũt regere per uim: & non poſſe: hæc eſt ſumma ſtulticia. Et hoc eſt quod dicit. Fruſtra autem niti. Ordo autem ideſt ſed eſt extremæ dementiæ fruſtra niti:neqꝫ quærere aliud niſi odium fatigãdo ſe. Et hoc dico:niſi forte quem inhoneſta & pernicioſa libido tenet gratificari ſuum decus atqꝫ libertatem ſuam potentiæ paucoꝝ. Fruſtra autem niti:i.contendere ut per uim regas patriam: & nihil proficere: niſi acquirere odium: eſt ſumma ſtulticia:niſi forte aliquis ſit: qui cupiat gratum reddere magiſtratum ſuũ & honorem ac libertatem potentiæ paucoꝝ. Odium quærere.i.acquirere. Extremæ dementiæ.i.ſummæ ſtulticiæ. Niſi forte quem libido pniciоſa tenet:dico qꝫ eſt extremæ demẽtiæ aliquem niti fruſtra:niſi illum quẽ inhoneſta.i.turpis & pniciоſa libido.i.pernicioſa cupiditas gratificari.i.pernicioſa libido & cupiditas gratificãdi tenet. Potentiæ paucorum ueluti potẽtiæ Cæſaris & Pompeii qui rẽpu.pro arbitrio ſuo uerſabãt. Saluſtius enim floruit temporibus Cæſaris & Pompeii Multi ergo ambitioſi erant:qui omnia pericula ſubire non dubitabãt: Vt ſe gratos redderent Pompeio uel Cæſari:quoniam decus & libertatẽ ſuã in his poſitã eſſe uolebãt. Decus:honorem. Gratificari: gratiam facere. Quid eſt gratificari libertatem ſuã & decus potentiæ paucorum niſi libertatem ſuam & decus potentiæ paucorum gratis cõcedere:& libertatẽ ac decus ſuum pro potentia paucoꝝ periculis exponere:ut ſe eis gratos faciãt. Cæterum:ordo eſt. Cæterũ memoria rerum geſtarum in primis eſt magno uſui:ex aliis negociis quæ exercentur ingenio. Supra monſtrauit:quare ſibi nõ placeat adminiſtratio reipu. Nunc dicit: quemadmodũ ex oĩbus aliis artibus & ſtudiis:quæ ingenio & animo exercẽtur:maxime utile ſibi uiſum ſit: hiſtoriam conſcribere. Ex aliis negociis:ideſt ex aliis ſtudiis & artibus. Multæ enim ſunt artes animi quibus gloria cõparatur:ſicuti ſupra diximus:dare operam philoſophiæ in adminiſtratione reipu.uerſari. cauſas tractare forenſes. hiſtoriam cõſcribiere.& multa alia:excepta ergo adminiſtratione reipu.quæ mihi hoc tempore nõ placet:ex oĩbus aliis artibus:maxime utilis uiſa eſt hiſtoria. Et ꝓpterea me ad hanc ſcribẽdã contuli. In primis:præcipue:maxĩe. Magno uſui:i.magnæ utilitati dicimus enĩ hæc res magnæ utilitati eſt mihi. Memoria reꝝ geſtarũ.ideſt hiſtoria. inter annales & hiſtorias hoc intereſt:qa annales dicuntur eoꝝ temporum quæ ætas nõſtra non nouit. hiſtoria eſt eoꝝ annorum uel temporum quæ uel uidimus uel uideĩ potuimus dicta ἀπο τοῦ ἱστορεῖν. ideſt a uidendo:tamen iſta licenter confundit auctoritas: ut Virgilius. Et uacet annales noſtrorum audire laborũ. Annales poſuit pro hiſtoria. Cuius de uirtute. Nolo inquit laudare hiſtoriam:quia multi ſcriptores eam laudauerunt:& etiam ne uidear per ſuperbiam laudare ſtudium meum. Et hoc eſt quod dicit. Ordo eſt. puto eſſe pereundum:quia multi dixerunt de uirtute cuius. ideſt illius hiſtoriæ:ſimul ideſt & ne quis exiſtimet:me extollere laudando memet & ſtudiũ meum per inſolentiã. Prætereũdum:ideſt tranſeundũ ſcilicet eſſe:ne dicam aliquid de laude hiſtoriæ:uidelicet q̃ utilis ſit. Simul id eſt.& Per inſolentiam:arrogantiam & ſuperbiã. Nam arrogans uidetur qui facta ſua laudat. Atqꝫ ego. Ordo eſt. Atqꝫ ego credo fore.ſ.aliquos qui imponant nomen inertiæ tanto & tam utili labori meo:quia decreui agere ætatem procul a repu. Credo(inquit)fore nõnullos:qui uocabunt & appellabũt me inertem & ignauum:qa ſubtraxi me ab adminiſtratione reipu.& me ad hiſtoriam ſcribendam contuli. Agere ætatem ꝓcul a republica.ideſt uiuere procul ab adminiſtratione & cura reipublicæ. Labori meo:ſcilicet ſcribendi hiſtoriam. Certe quibus. Scis qui erunt illi qui me inertem uocabunt? Ambitioſi:qui blandis ſalutationibus ſplendidiſqꝫ cõuiuiis aurem popularem ſibi conciliare conantur:ut qui per uirtutẽ ad honores aſpirare non poſſunt:ad eos populo corrupto per ambitionem accedant. Certe. Ordo eſt. Certe:ſubaudi illi imponent nomen inertiæ quibus uidetur maxima induſtria ſalutare plebem:& quam rem gratam conuiuiis. Salutare. Vulgo dicitur uiſitare. Plæbem plæbeios homines:ut eos fautores habeant in petitione

magiſtratuũ. Tres ordines erant Romæ. Ordo ſenatorius.ordo equeſtris.ordo plebeius. Senatus pronunciãs regebat.Ordo equeſtris uectigalia Reipu.admiſtrabat.plebs bella gerebat.Ex his tribus ordinibus populus Ro.conſtabat. Et conuiuiis:per conuiuia.Solebant enim q ad honores inhiabant.& paulo potentiores erant ingentia conuiuia populo exhibere:ut hac liberalitate ſibi fauorẽ populi conciliarẽt. Quod ſuper omnes effuſo ſumptu feciſſe Cæſarem legimus. Gratiam quærere:gratiam & fauorem acquirere.

Qui ſi reputauerint. Ordo eſt: profecto illi exiſtimabunt me mutauiſſe iudiciũ animi magis merito q̃ ignauia:& maius cõmodum uenturũ Reipublicæ ex ocio meo q̃ negocio alioꝝ ſiqui:id eſt illi reputauerint.& quibus temporibus ego ſum adeptus magiſtratum.& quales uiri nequiuerint aſſequi idem: ſcilicet quod ego adeptus ſum:uidelicet magiſtratum.& poſt ea quæ genera hominum peruenerint in Senatũ. Illi inquit intelligent me non propter ignauiã: ſed iuſtis de cauſis ſubtraxiſſe ab adminiſtratione reipublicæ & me ad hiſtoriam ſcribendam contuliſſe:ſi conſiderare uoluerint:quibus ego temporibus ſum adeptus magiſtratum. & quales uiri non potuerint aſſequi illum magiſtratum.& ſi conſiderabunt que genera hoĩum peruenerint in Senatum.Nam hoc tempore uenerunt in ſenatum hoĩes ſordidi & ignobiles qui maieſtatem Senatus ignobilitate ſua polluunt.Et propterea ego pati non potui uerſari in adminiſtratione reipublicæ cum uiderem ſenatum electum non ex nobilibus & ſapientibus ac præſtantibus uiris:ſed ex omni fece hominum commixtum atq̃ polıutum..Et ideo mutaui conſilium & iudiciũ animi mei:ut nollem diutius uerſari ĩ adminiſtratione reipublicæ ſed potius hiſtoriam conſcribere:præſertim quum ego iam perfunctus eſſem honoribus in republica:& eum magiſtratum eſſem aſſecutus q̃m ſummi & præſtantes uiri aſſequi nõ potuerũt.Et hoc eſt quod dicit. Qui ſi reputauerint.ideſt conſideraverint. Quibus ego temporibus:uidelicet cũ adhuc iuuenis eſſem. Magiſtratum adeptus ſum:hoc ideo dicit.quia poſſet dicere aliquis o Saluſti: Tu ideo nõ uis in adminiſtratione reipublicæ uerſari:quia non ſperas te poſſe aliquem magiſtratum conſequi. Reſpõdet hæc non eſt cauſa:quia cum eſſem iuuenis eum magiſtratum ſum conſecutus:quem ſummi & excellẽtes uiri aſſequi non potuerunt.Nunc in hac ætate iam matura multo magis me poſſe aſſequi magiſtratus ſperare licet. Quales uiri:uidelicet præſtantes & excellentes. Idem:ſcilicet quod ego ſum aſſecutus:uidelicet talem magiſtratum.Cicero in inuectiua contra Saluſtium obiicit ei q̃ quæſtor & prætor prouinciam Africã expilauerit.ergo Saluſtius hunc magiſtratum eſt aſſecutus:quia prætor proninciam Africam rexit:quẽ magiſtratum Saluſtius ſit aſſecutus non legimus:ſed intelligere poſſumus aliquem ex mĩoribus magiſtratibus Vt quæſturam.ædilitatem:uel fortaſſe etiam præturam.Sed in hoc nihil temere affirmamus. Quæ genera hominũ:uidelicet hoĩes ſordidi & ignobiles qui non erant digni ut in Senatũ admitterentur. Magis merito.i.iuſta de cauſa. Ignauiã.ideſt propter ignauiã:quia laborẽ ſubterfugerẽ adminiſtrandæ reipublicæ iudiciũ aĩ mei mutauiſſe.ut exiſtimarẽ melius eſſe hiſtoriã conſcribere q̃ admĩſtrare répu. Maius cõmodũ.i.maiorẽ utilitatẽ. Ex ocio meo. Duplex eſt ociũ:honeſtũ ociũ:& turpe ociũ. Ociũ honeſtũ dr̃ eorũ q̃ ſubtrahunt ſe a rebus gerendis: & in aliquo honeſto ſtudio plurimum occupantur:Sicuti multi philoſophi temporibus ſuis feciſſe leguntur qui nequaquam ſe ad Rempublicam conferebant:ſed ſe totos ad contemplandam rerum naturam tradebant.Sicut Plato feciſſe legitur: qui Rempublicam non attigit: ſed totum tempus in philoſophia conſumpſit.Ocium turpe dicitur eorũ qui laborẽ prorſus fugiũt: & ſe ignauiæ dedũt:nec ingeniũ.nec corpus exercẽtes. Ex ocio meo.ſ.ſcribendi hiſtoriã. Quã ex alioꝝ negocio q̃ rẽp. admĩſtrant.Ociũ proprie eſt illoꝝ qui ingeniũ in aliquo ſtudio contẽplatiõis exercẽt:ut phĩ:hiſtorici:ut poetæ faciunt.Negociũ eſt illoꝝ qui in rebus gerẽdis occupanẽ:ut ſunt illi q in admĩſtratiõe reipub.uerſanẽ:in foro cãs agunt:q̃ bella gerũt.& cætera huiuſmõi faciũt. Ex negocio.i.ex occupatiõe & labore admĩſtrande reipub. Reipublicæ.i.in répub. Nã ſæpe ego audiui.Reddit rõnẽ quare utilius ſit hiſtoriã ſcribere q̃ adminiſtrare rempublicam.& hoc dicit. Hiſtoria eſt imago quædam & figura: atque pictura earum rerum geſtarum:quam uiri gloriæ cupidi intuentes accenduntur:& deſiderio quodam uehementi inflammantur: ut ea facta imitentur: quæ in ipſa imagine hiſtoriæ depicta intuentur. Sic enim inquit: Audiui Quintum Maximum & Publium Scipionem Africanũ:& alios claros uiros ſolitos dicere auide atq̃ uehementer ſibi accendi animum quum imagines maiorum ſuorum intuerentur: quia in ipſa imagine geſta præclara maiorum in eorum animo cernerent:que imitari atq̃ inſequi cupiebant.q̃ ſi imago uel pictura tantam habet uim ac uirtutem.ut animos intuentium uehementer accendat:quia in ipſa imagine quodammodo cernant facta illius: cuius effigiem intuentur: quanto magis hoc facit hiſtoria:quæ multo clarius: multoque expreſſius quam ſtatua uel pictura non ſolum egregie geſta & facta: ſed etiam dicta & conſilia & animos clarorum atq̃ excellentium uirorum ante oculos ponat.Nã ſæpe ego audiui. Vere dico:q̃ maius commodũ uenturũ eſt in rẽpublicã ex ocio meo ſcribendi hiſtoriã q̃ ex aliorum negocio:quia animi hominũ accenduntur per hiſtoriam.Nam cum legunt in hiſtoria excellentium uirorum facta: accenduntur & inflãmanẽ animi

& cõuiuiis gratiam quærere: Qui ſi reputauerint: & ĩ quibus ego temporibus magiſtratus adeptus ſim: & quales uiri idem aſſequi nequiuerint: & quæ genera hominum poſtea ĩ ſenatum peruenerit: profecto exiſtimabũt me magis merito q̃ ignauia iudicium animi mei mutauiſſe: maiuſq̃ commodum ex ocio meo: q̃ ex aliorum negociis reipublicæ uenturum. Nã ſæpe

animi eorum:ut imitentur ea facta quæ legunt. Sic enim audiui Quintũ Maximum &. P. Scipionem solere dicere:q; eoꝝ animi magnopere accenderentẽ:cum excellentium uiroꝝ imagines intuerentur:qa tunc in memoriam ueniebant facta uirorum illorum quorum imagines intuebantur:& sic animi eorum accendebantur:ut facta illorum imitarentur. q; si per imaginem uel picturam tantopere accenduntur animi:quanto magis accendentur per historiam:quæ est imago multo expressior atq; politior. Nam imago uel pictura tãtummodo exprimit cõporis effigiem. Sed historia exprimit effigiem animi:consilii mentis & habitus. Vt Cicero pro archia.poeta. An cũ statuas & imagines nõ animorum simalachra sed corporum studiose multi summi homines reliquerunt:consiliorum relinquere & uirtutũ nostrarum effigiem nonne multo malle debemus summis ingeniis expressam atq; politam.

audiui ego. Q. Maximum. P. Scipionem Præterea ciuitatis nostræ præclaros uiros solitos: ita dicere quum imagines maiorum intuerentur uehementissime sibi animum ad uirtutem accendi:scilicet non ceram illam:neq; figuram tãtam uim in se se habere sed memoria rerum gestarum eam flammam egregiis uiris in pectore crescere:neq; prius sedari: q̃ uirtus eorũ famam atq; gloriam adæquarit: Atq; contra qs omnium est his moribus: qui non de diuitiis & sumptibus non probitate:neq; industria cũ moribus suis contendat: etiam homines noui qui per uirtutem soliti erant nobilitatẽ anteue

Nam sæpe. Ordo est. Nam ego sæpe audiui Quintum Maximum: & Publium Scipionem & præterea præclaros uiros nostræ ciuitatis solitos dicere ita:uidelicet:animum uehementissime accendi sibi ad uirtutẽ:cum intuerẽtur imagines maiorum. Et etiam dicere scilicet idest certe:non illam ceram neq; illam figuram habere tãtam uim in se se:sed eam flãmã crescere in pectore uiris egregiis memoria rerum gestarum neq; illam flammam. s. prius sedari q̃ uirtus eorum adequauerit famam atq; gloriam eorum. Audiui scilicet a maioribus natu. Quid est hoc qđ audiui? hoc quod sequitur. Quin. Maximũ. hic est qui Hannibalem iuueniliter exultantẽ patientia sua uicit:cuius nõ dimicare uincere fuit. De hoc Ennius unus qui nobis cunctando restituit rem. P. Scipionem. hic est qui Hãnibalem prælio fudit atq; fugauit:& Carthaginem tributariam po. Ro. fecit. Præterea. i. præter hos. Præclaros uiros:ut Catonem senem. Paulum Emilium:& alios. Maiorum idest antiquorum. Imagines uel statuas:uel picturas. Ceram:idest statuam ceream. Neq; figuram:idest picturã. Tantam:uim in sese habere:quia animi non accendebantur propter statuam illam uel picturam:sed propter memoriam rerum gestarum ab eo cuius imaginem intuebantur. Memoria: propter memorim. Eam flammam:idest eam cupiditatem:illud desiderium. Sedari:idest cõprimi:& extingui:cessare quiescere. Sedari:scilicet illam flammam: idest illam cupiditatem non prius conquiescere & cessare: q̃ uirtus adæquaret famam & gloriam. idest priusq̃ uirtus pertingeret & perueniret ad æqualem gloriam. Atqui: ita quod maiores nostri uirtute conabantur maiorum suorum gloriam adæquare. Sed e contrario homies huius nostræ ætatis faciunt. Nam non famam neq; gloriam aut probitatem uel industriam maiorum suorum sed sumptus & diuitias adæquare contendunt. Atqui: idest sed certe. Contra: idest est contrariũ. Ordo est Atqui contra: idest e contrario. quis omnium est existens his moribus qui non contendat cum suis maioribus diuitiis & sumptibus: non autem scilicet probitate neq; industria. hoc dicit: homines nostri temporis contendunt cum suis maioribus cum diuitiis & sumptibus non cum probitate & industria: quia conantur superare maiores suos in diuitiis & sumpt bus non autem in uirtutibus. Quis est omnium: quasi dicat: nemo est: qui non faciat hoc. His moribus: idest talibus moribus quales scilicet sunt mores nostri temporis. Diuitiis & sumptibus: per hõc duo uitia notat contraria. auaritiam: & prodigalitatem. Auariciam in accumulandis diuitiis. prodigalitatem in expendẽdis. Sumptibus: idest expensis: Probitate: id est bonitate. Contendat: idest certet. Etiam homines. Carpit mores sui temporis: & supra quod luxuriam & auariciam notauit: nunc carpit ambitionem dicens. Antea quod noui homines erant: qui nullis maiorum suorum imaginibus adiuti propria uirtute honores assequebãtur: nunc autem per latrocinia & ambitionem eos assequuntur: quasi claritudo in magistratibus sit: ac non potius tales sint magistratus qualis est eorum uirtus: qui eos administrant. Et hoc est quod dicit: Homines noui. Homines noui dicuntur qui nulla maiorum suorum nobilitate aut gloria sed propria uirtute ad honores accedunt: sicuti fuit Marius & Cicero: qui cum maiores sui nulla gloria aut fama rerum gestarum claruissent: facti sunt consules. alter septies: alter semel. Hi nobilitatem non acceperunt: sed uirtute sibi pepernnt. Ergõ noui homines dicũtur ignobiles genere: qui uirtute sibi nobilitatem & gloriam acquirunt. Etiam homines noui. Ordo est. Etiam homines noui nitũtur ad imperia & ad honores furtim & per latrocinia potius q̃ bonis artibus: qui soliti erãt anteuenire noblitatem per uirtutem. Anteuenire nobilitatem: cum essent ignobiles: uirtute nobiles superabant in petendis honoribus. Nunc autem non uirtute sed per ambitionem ad honores accedũt. Anteuenire: uincere: superare. Furtim: & per latrocinia: idest per ambitionem: quia populũ largitione pecuniisq; corrumpunt. Potiusq̃ bonis artibus: idest bonis moribus & uirtutibus. Ad imperia: uidelicet ad consulatũ & præturam. Nam hi duo magistratus proprie dicuntur imperia: quia his fasces concedunt. Con

sule duodecim fasces habet:ideſt duodecim lictores.p̄tor ſex. Lictores autem dicunt a ligando.hi conſulem uel prætorem precedunt faſces uirgarum ſecuribus alligatos portantes quæ ſunt inſignia magiſtratus. Virgis autem reos pro qualitate crimis cedebāt.ſecuri autem percutiebant & occidebāt. Nitunt.i. graſſantur. & tendunt.Perinde.i.ſimiliter. Quaſi:id eſt ſicut. Perinde:quaſi.ordo pendet a ſupiori.dico q̄ noui homines per ambitionē nitūtur ad honores perinde quaſi conſulatus & prætura atque alia huiuſmodi ſint clara: & magnifica perſe ac non habeantur perinde ut eſt uirtus eorum qui ſuſtinent ea: ideſt hi noui hoīes tendunt ad honores per ambitionem. quia credunt ſe per honores nobilitatē & gloriam acquirere:ſed decipiuntur.Nam honores & magiſtratus per ſe non habent nobilitatem. aut claritudinem:ſed clari & magnifici uident: ſi illi uirtute præditi ſunt: qui eos magiſtratus adminiſtrant. Et hoc eſt quod dicit. Atq; alia huiuſmodi:id eſt cæteri magiſtratus:ut tribunatus.cenſura.ædilitas.quæſtura. Ac non peinde habeantur.id eſt & non reputentur talia: q̄lis eſt uirtus eorum qui ea adminiſtrant. Suſtinent:adminiſtrant.Et bene dixit :Suſtinent: quia honores ſemp ſunt cum onere: Verum paulo inqt Longius proceſſi dum mores ciuitatis reprehendo:qa mihi diſplicent.Nā tota ciuitas auaritia.luxuria & ambitione corrupta eſt. Hæc enim tria uitia & hic & in Catilinario carpſit. Liberius:quia licenter carpſi mores ciuitatis.Altius:ideſt longius. Proceſſi: progreſſus ſum. Nunc ad incœptum redeo:ideſt nunc reuertor ad id quod inceperam:uidelicet ut ſcribam resgeſtas po.ro.Añ.n.bellū Catilinæ ſcripſerat:ſed digreſſus erat ab incepto interponēs hoc exordiū. Finis exordii.

n ire furtim & per latrocinia potius q̄ ex bonis artibus ad imperia & honores nituntur:Perin de quaſi prætura & conſulatus atq; omnia alia huiuſcemodi per ſeipſa clara & magnifica ſint Ac non perinde habeantur:ut eorum qui ea ſuſtinent:uirtus eſt. Verum ego liberius altiuſq; proceſſi:dum me ciuitatis tedet::morū piget: nūc ad incœptum opus redeo.

ELLVM.Exordio præmiſſo rem ipſam aggreditur.Dicit ſe ſcripturum eſſe bellum quod populus romanus geſſit cum iugurtha rege numidarum.Numidia eſt pars africæ in q̄ regnauit Maſſi-
b niſſa rex ſocius & aīcus populi romani.hic maſſiniſſa tres habuit filios. Micipſam. Manaſtabalē. & Gu'uſſam.Sed mortuo Manaſtabale & Guluſſa:Micipſa ſolus regnum obtinuit:q Adherbalē & Hiempſalem filios ex ſeſe genuit.Iugurtham autem filium fratris ſui manaſtabalis educauit ut filium quē Maſſiniſſa auus priuatum reliquerat:quia ex concubina natus erat.Sed iugurtha uirtute & uiribus multum ualebat.ingenio maxime excellens:maior natu Aderbale & hiempſale. Micipſa igitur timens ne poſt mortē ſuam iugurtha paruis liberis adherbale & hiempſale exiſtentibus regnum ſibi uſurparet: ſtatuit eum obiectare periculis:& eo modo tentare ſi quo modo iugurtha perire poſſet.Cū igitur populus romanus Numantiam ciuitatem Hiſpaniæ: duce Scipione obſideret. Micipſa auxilia peditum & equitum ad id bellum populo Romano miſit:quibus iugurtham præfecit:ſperans illum in eo bello poſſe interir: ſed longe aliter euenit.Nam uirtus iugurthæ in eo bello plurimū enituit:ac multa præclara facinora geſſit ob q̄ Scipio iugurtham in contione laudatū:ac donis militaribus inſigne donatum:finito bello capta & deleta numantia ad micipſam remiſit cum litteris:in quibus uirtutem iugurthæ miris laudibus extollebat. Quo factum eſt ut micipſa mutato conſilio atq; animo:quem antea interire cupiebat:hunc maxime incolumē eſſe uellet.Micipſa igitur iugurtham ſibi in filiū adoptat.& paulopoſt moriens :fortunas ſuas omnes ac regnum ipſum ei cum liberis cōmune reliquit: Mortuo micipſa cum tres reguli: Adherbal Hiempſal & iugurtha regnum inter ſe diuidere conſtituiſſent:Loco & tempore ad id faciendum conſtituto:Iugurtha Hiempſalē astutu minorem per inſidias interfecit. Quo extincto:cum ad occupādum uniuerſum regnum iecciſſent animū contra Adherbalem exercitum parat:& prœlio facto illum uictum fudit fugauitq;. Adherbal uictus ac regno ſpoliatus Romā uenit:expoſitaq; nefanda crudelitate iugurthæ in ſe fratremq; ſuum Hiempſalem extinctum a Senatu petit auxilium contra illum.Senatus decretum fit:ut mittantur decem legati qui regnum inter Adherbalem & iugurtham diuiderent. Diuiſo itaq; regno cum legati romani ex Affrica diſceſſiſſent: rurſus iugurtha animum intendit ad occupandum regnum adherbalis.Igitur exercitu comparato regnum eius inuadit.Adherbal neceſſitate coactus & ipſe copias parat:& iugurthæ obuiam proficiſcitur.mox prœlio cōmiſſo iugurtha adherbalis exercitum fudit.atq; ipſum adherbalē cum paucis equitibus in Cirthā oppidum fugere cōpellit.Iugurtha oppidū obſidet.interea Adherbal per litteras Senatum mōet quo in ſtatu ſortunæ ſuæ ſint poſitæ:regno ſpoliatum a iugurtha eſſe. fame ac ferro ad extrema eſſe deductū. nec amplius obſidionem poſſe ſuſtinere.ingurtham decreta ſenatus paruifacere petere ut ſibi auxilium mittat his litteris in Senatu recitatis fuerunt qui cenſerent ſtatim adherbal ſubueniendum eſſe:& exercitum in africā cōtra iugurthā eſſe mittendum.Sed reſiſtētibus amicis iugurthæ quos ſibi pecuniis parauerat. ne quid tale fieret Legati ad iugurthā mittūtur qui uerbis Senatus eum ab incœpto deſiſtere cogerent. Iugurtha legatis uerba

dedit

dedit quo ad uſq; diſceſſere. Quo facto: illi qui cū Aderbale ītra oppidū obſidebātur ꝓſuadent ei: ut oppidū Iugurthæ tradat: tantū ab eo uitā petat. Deditione igr̄ facta: iugurtha ſtatim cōtra fidem datā Aderbalē ex/cruciatū interfecit. Quæ cū Romæ nunciata eſſent: grauiter a ſenatu ſūt babita. Igit̄. L. Calphurnius Beſtia cōſul cū exercitu cōtra iugurtham mittit̄: a quo conſul pecunia corruptus: turpiter cū eo fœdus fecit: q̄ rem Senatus populuſq; romānus grauiter tulit. Poſt Calphurniū Albinus cōſul mittit̄ cōtra iugurthā: a quo diu lu

tis obuiatū eſt: quæ contentiò diuina cuncta & humana permiſcuit. Eoq; uecordiæ ꝓceſſit: ut ſtudiis ciuilibus bellū atq; uaſtitas Italiæ finem faceret: ſed priuſq̄ huiuſcemodi initiū expediā pauca ſupra repetā: quo ad cognoſcendū oīa illuſtria magis: magiſq; ī apto ſint. Bello punico

dificatiōibus tractus: cū ei rex ſpem deditionis faceret: tandē re infecta quia tempus comitioꝝ inſtabat Romā rediit: Aulo fratre ſuo pro prætore relicto: qui exercitui & ꝓuinciæ præeſſet: Hic ſeu belli cōficiendi cupidus: ſeu ut a rege pecuniam acciperet: mēſe Ianuario aſpera hyeme exercitū ex tabernaculis in expeditionē uocat. Iugurtha cognita imperitia eius uelut pauidus ad eum ſupplices legatos mittit. Ipſe exercitū ꝓ loca ſaltuoſa uelut fugiens ducit. Aulus hoc magis inſequitur. Vbi Iugurtha uidet ſe traxiſſe romanos in locū ſibi cōmodū ad pugnandū: prælium cōmittit: in quo romanos fundit ac fugat. Poſtero die cum Aulus & Iugurtha in colloquiū ueniſſent: fœdus inter eos ita factum eſt: ut oēs romani incolumes ſub iugum mitterentur: & poſt ut decem diebus extra Numidiā decederent: Quæ cum Romæ nunciata eſſent: dolor ac timor oēs inuaſit. Poſt Auli fœdus: & romani exercitus fugam: Metello cōſuli prouincia Numidia per ſortem uenit. Hoc optimi imꝑatoris artibus uſus cum exercitū uicio ſuperiorū ducum licentia ſolutū accepiſſet: ad nōrmā ueteris diſciplinæ reduxit. Atq; ita Iugurtham aggreſſus aliquot grauibus prælīs opes eius attriuit. Poſtremo. C. Marius poſt Metellū conſul creatus cū ei Numidia prouincia decreta eſſet. Iugurthā bello ꝓſequens tandem illū ad extrema cōpulit: & per ꝓditionem ſibi traditum in triumphum duxit. Hoc eſt totius operis argumentū. Primum: quia magnum. i. aſperum & difficile. Variaq; uictoria: quia aliquando romani uicere: aliquādo ſunt uicti: ut ſupra monſtrauimus. Ergo uaria uictoria: quia aliquando uicerūt romani: aliquādo Iugurtha. Supbiæ nobilitatis obuiatū eſt. Sæpe certamina erant & ſeditiones inter patres. i. inter ſenatū & plebem: quia ſenatus magna ex parte cuncta pro arbitrio ſuo gerebat. in hoc ergo bello plebs maxime nobilitati & patribus reſtitit: ſicuti infra uidebit̄. Nam magna pars nobilitatis' iugurthæ fauebat contra honeſtatem: qa ab eo pecuniā acceperat: qđ plebs moleſte ferebat. Sed quomō plebs reſtiterit nobilitati uidebit̄ īfra. Nam. C. Mariū nouum hominem & ignobilem cōtra factionē nobilitatis creauit. Et hīc primum factiones in urbe roma pullulare ceperūt: qa ciuitas quodāmodo in duas ꝑtes diuiſa eſt: una factio & una pars erat nobiliū: altera pars plæbis. Nec hæ partes prius deſtiterūt q̄ tota ciuitas atq; uniuerſa Italia uaſtata eſt: & cede ac ſanguine ciuiū repleta eſt. Contentio: certamen. ſ. partiū. Diuina & humana cuncta ꝑmiſcuit. Hoc ideo dicit: quia ex his partibus bellū ciuile inter Mariū & Syllam ortū eſt: dum plebs Mariū: nobilitas Syllam ſibi ducem aſſumit: quo bello oīa iura diuina & humana uiolata ſunt: nec. n. leges hūanæ aut diuinæ in eo bello ualuerūt: ſed prout libido uictoris erat: ita fiebat. Permiſcuit: ꝓturbauit. Eoq; uecordiæ proceſſit. i. ad eā inſaniā ꝓuenit. Studiis ciuilibus. i. partibus & factionibus. Bellum atq; uaſtitas Italiæ finē faceret: non prius inquit partiū & factionū certamen ceſſauit q̄ bello & uaſtitate finiret̄ Italiæ. Nam tota Italia bello ciuili Marii & Syllæ ꝑplicata eſt. Quæ cōtentio. Ordo eſt: quæ cōtentio ꝑmiſcuit cūct̄. diuina & humana. & proceſſit. ſ. ea cōtentio eo uercordiæ: ut bellū atq; uaſtitas Italiæ faceret ſinē ſtudiis ciuilibus. i. factionibus & partibus ciuiū: quia nō prius ceſſauerūt partes & factiones ciuitatis q̄ finirent̄ bello & uaſtitate ac clade totius Italiæ. Sed priuſq̄: Ordo. Sed ego repetā pauca priuſq̄ expediā initiū huiuſcemōi rei. Quo. i. ut oīa ſint magis illuſtria ad cognoſcendum & ſint magis in apto. Sed prius. Ante (inquit) q̄ incipiā narrare bellū Iugurthæ: pauca quæ antea geſta ſunt exponā: ut oīa clarius intelligātur & facilius. Priuſq̄ expediā initiū huiuſcemodi rei. i. priuſq̄ exponam & explicem initiū belli iugurthini. Pauca repetā: pauca ante geſta narrabo & exponā. Nam repetere: hoc loco nō ſignificat rem antedictā replicar̄: ſed rem antea geſtam narrare. Quia bellum punicū ſecūdum geſtū eſt ante bellum Iugurthinū. Illuſtriora: clariora. Bello punico ſecundo. Ter romani cū carthaginenſibus bella geſſerunt. Primuū punicū bellum confecit. Q. Luctatius conſul. Secundū Scipio Affricanus maior uicto Hannibale: & carthagine tributaria facta populi romani. Terciū Scipio Affricanus minor: deleta prorſus & extincta carhtagine. Bello punico ſecūdo. Ordo eſt. Maſſiniſſa rex numidarū eſt receptus in amiciciam a Publio Scipione: cui poſtea fuit cognomē Affricanus ex uirtute: dico q; eſt receptus in amiciciam bello punico ſecundo: quo Hannibal dux Carthaginēſium maxime attriuerat opes Italiæ poſt magnitudinem noīs romani. & fecerat. ſ. Maſſiniſſa multa p̄clara facinora rei militaris: ob quæ populus rmanus dedit dono regi quaſcunq; urbes & agros cæperat manu. uictis carthaginenſibus & capto Siphace: imperiū cuius magnū atq; late ualuit in Affrica. Bello punico ſecundo. Primo punico bello finito. Qu. Luctacio & M. Manlio conſulibus pax carthaginenſibus annis. xl. data eſt uiginti tribus annis poſt ſinceptum eſt ſecundum bellum punicum: & uigeſimoſeptimo anno finitum. Hoc autem ordine geſtum eſt. Hannibal hamilcaris filius poſt mortem patris dux carthaginenſium creatus quinto menſe poſtquā a Carthagine diſceſſerat in Italiam peruenit cum. lxxx. millibus peditum. x. millibus equitum. Conſules. P. Cornelius & T. Sempronius inter ſe prouincias partiti ſunt. Cornelio Hiſpania: Sempronio Sicilia cū Affrica ſorte euenit. Copias

ita inter se diuiserunt. Sempronio datæ sunt legiones duæ quæ octo milia militum continebant. Nam singu
le legiones quaterna milia militum habebant. Post. ccc. equites. & hic numerus ex romanis erat. Sociorũ autẽ
populi ro. data sunt sexdecim milia peditũ. equites mille octingenti. naues longe. clx: celoces. xii. Cum his ter
restribus maritimisq; copiis in Siciliam profectus est Sempronius ubi feliciter contra carthaginenses dimi
cauit. vii. nauibus captis: cæteris in fugã uersis. Cornelio minores copie date sunt. Legiones duæ cũ suo iusto
equitatu & quattuordecim milibus peditũ eq
tibus mille ducentis ex sociis. Cornelius igitur
cũ his copiis obuiam proficiscitur Hannibali ĩ
italiam transeunti in trãsitum Rhodani primũ
plium, cõmissum est: haud grande: sed atrox: in
quo superiores romani fuerunt. cc. ex hostibus ceciderunt in eo plio ex Romanis. clx. Secundum apud Ti

secundo: quo dux carthaginensium hannibal post magnitudinem nominis Romani Italiæ

cinum flumen haud longe a Placentia plium ab Hannibale & Scipione cõmissum est cum omnibus copiis:
in quo hãnibal supior fuit grauiter consule uulnerato quẽ e periculo liberauit uirtus pubescẽtis filii cui po
stea cognomen Africani fuit. Et cũ. P. Cornelius Scipio uiribus & numero copiarũ hannibali par non esset:
iussu Senatus Sépronius relicta Sicilia se Scipioni cõiunxit: & apud Trebiã castra locauit: ubi cum cõsilio uel
potius temeritate Sempronii renitente Scipione plium cum hannibale esset commissum: ingenti clade fusi
fugatiq; sunt romani. Deinde cum alpes hannibal transisset: apud lacũ transimenum Flaminio consule duce
exercitũ romanum plio fudit. in quo plio cæsa sunt romanorum. xv. milia decem milia sparsa fuga pomnẽ
hetruriam diuersis itineribus romã petiere: Translato deinde in Apuliã bello apud cannas cõsulibus Emi
lio Paulo ac Terentio Varrone hannibal plio commisso temeritate Terentii inuito collega ac renitente ex
ercitum romanũ fusum ad internitionem occidit. In hoc plio romanorum. xl. milia peditum cæsa sunt. Eq
tes duo milia ducenti: & tanta prope ciuiũ sociorumq; pars cæsi tradũtur. In his Paulus Emilius cõsul cecidit
hac clade ita res romana afflicta est: ut de summa rei ũ prope desperatum sit. Cũ Mãgo frater hannibalis nũ
cius huius uictoriæ carthaginẽ missus de rebus a fratre gestis in italia apud senatũ loqueretur: dicit occidisse
illum supra ducenta milia: supra quinquaginta milia hostiũ cæpisse. Ad fidemdeinde tante felicitatis effundi
iussit in uestibulo curiæ annulos aureos: qui ut quidã tradunt tres modii cũ dimidio fuerunt. Verior tamen
fama est modiũ non excessisse. Hac uictoria multe ciuitates ad eũ defecerunt: inter quas Capua ciuitas opu
lentissima. Vario deinde euentu cum Marcello apud Nolã pugnauit. Sed tandẽ marcellus cum speculatum
exisset insidiis iuterceptus occidit. Dũ in italia hæc ab hannibale geruntur. P. Cornelius Scipio in Africã mit
titur: ibi Siphacẽ regem massesulorũ qui cũ carthaginẽsibus fœdus hẽbat: ad amicitiã Romanorum traxit.
Massesuli gens affinis mauris est: in regionẽ hispaniæ maxime qua sita noua carthago est: spectans: Quo fa
cto in hispaniã transit: Vbi seditio militaris orta comprimit. Deinde cõpositis rebus hispaniæ: cum rediret
Massiniſſa qui cũ carthaginensibus erat ad Scipionẽ uenit: eũq; alloqtur. gratias agit ei de fratris filio remis
so. Ex eo tempore affirmat eam se quæsisse occasionem quã oblatam deorum beneficio nõ omiserit. Cupe
re se illi: populoq; romano operam nauare: ita ut nẽo unus magis enixe adiuuerit rẽ romanam. Lætus eum
Scipio uidit: audiuitq;: cum caput rerum in oĩ hostium eqtatu massiniſſam sciret: fide data: acceptaq; firma
taq; amicitia massiniſſa digredit: permissuq; Scipionis populatur agros uicinos: ne sine causa ex Gadis ubi
erat incontinentem transisse uideretur: sicq; Gadis rediit. Deinde cũ Romam Scipio rediisset: & in Senatu
extra urbem res a se in hispania gestas narrasset: quot oppida ex hostibus ui cæpisset: quoties acie dimicas
set: senatu misso urbem ingressus est. statimq; summo omnium consensu ante annos consul creatus est. P. L
cinio Crasso pontifice maximo: statimque ingenti classe atq; exercitu in Siciliam traiecit: præmisso in Afri
cam Lelio: ad quem predas ex agro inermi agentem massiniſſa cum paucis equitibus uenit: queritur q; in Si
cilia Scipio cnnctetur. Cnm igitur hæc per Lelium Scipioni nunciata essent: & in alterum annum ei proro
gatum esset imperium: cum exercitu in Africam traiecit. Ac primo Vticam ciuitatem obsidere parat. Car
thaginenses Hasdrubalem ex Hispania accersunt: ut patriæ prope circũsesse opem ferat. Siphacem qui iam
Haidrubalis filiam uxorem acceperat: orat ut Carthagini ut uniuersæ affricæ subueniat. Hasdrubal cum tri
ginta milia peditum: tria milia equitum confeciſſet Siphaci se coniunxit: qui exercitum quinquaginta mil
lia peditum cum multo equitatu comparauerat: quorum aduentu Scipio ab obsidione Vticæ discessit. Sex
todecimo anno belli punici: Seruilio Cepione & Seruilio geminio consulibus: Scipioni prorogatum ẽ im
perium: donec in Africa debellatum foret. Scipio igitur castra Siphacis & Hasdrubalis: instructo exercitu
nocturno tempore aggressus incendit. Cæsa sunt aut flammis consumpta quadraginta millia hominum ca
pta supra quinque millia undecim senatores nobiles Carthaginensium centum octoagintaquattuor signa
militaria capta. Carthaginenses tanta clade accepta: cum quid agendum esset consulerent: decernunt ex
ercitum reparandum: Siphacemque orandum ne bello absisteret. Igitur nouo exercitu comparato: qui fu
it ad triginta millia armatorum: Scipionem ab Vticæ oppugnatione depellunt: commissoque in campos
magnos: sic uocant: prœlio pœni Numidæque funduntur Romanis. Ibi Siphax grauiter equo uulnerato
dum obequitat si aciem nutantem sistere posset: effusus in terram opprimitur: ac uiuus capitur. Qua cla
de Carthaginenses coacti sunt Hannibalem ex Italia reuocare. Cum igitur Hannibal in Africam tra
iecisset: ac contra Scipionem castra locasset: duces primo in colloquium uenerunt: si forte de pace tractã
da inuicem conuenirent: cum de pace nihil agere potuissent. uterque exercituu ad prœlium instruit. Dato
utrinq; ad pugnam signo concurritur: summa ui utrinq; pugnatum est: tandem pœni fugadntur. Carthagi

nensium

nensium sociorūq; ea die cæsa sunt supra uiginti milia: totidem ferme capta: cum centum trigintaduobus signis militaribus. Elephanti undecim capti: quos ad .lxxx. hánibal in acie locauerat. Non tamen romanis incruenta uictoria fuit. Ná .x. milia ex romanis ceciderunt. Post hæc Verminā Sciphacis filiū Carthaginensibus auxilium ferentem missa exercitus parte Scipio fudit cæsa eo plio .xv. milia hoium. Deinde uictis carthaginensibus pax data est his conditionbus: Vt liberi legibus suis uiuerent: populandi eo die finem romāi facerēt. Perfugas: fugitiuosq; & captiuos ut carthaginenses redderent romanis: bellū ne in Affricam ne ue extra affricam inuisu populi Ro. facerent. Naues rostratas traderent: Masinisse redderēt: & fœdus cum eo facerent: decem milia Talenta argenti descripta æquis pensionibus in annos quinquaginta soluerent: centū obsides arbitratu Scipionis darent. Atq; ita finis secundo punico bello a Scipione impositus est his ita gestis romam reuersus clarissimum omnium egit triumphum.

opes maxime attriuerat Massinissa rex Numidarum in amicitiam receptus a. P. Scipione: cui postea affricano cognomē ex uirtute fuit: multa & p̄clara rei militaris facinora fecerat ob quæ uictis carthaginensibus & capto siphace: cuius in affrica magnum atq; late imperium ualuit: populus Romanus quascunq; urbis & agros manu cepērat: regi dono dedit. Igitur amicitia Masinisse bona atq; honesta nobis permansit sed imperii uitæq; eius finis idem fuit: deinde Micipsa filius regnum solus obtinuit: Manastabale & Gulussa fratribus morbo absūptis: Is Aderbalem & Hiemsalem exsegēuit: Iugurthamq; filium Manastabalis: quem Masinissa q̄ ortus ex cōcubina erat priuatū reliquerat eodem cultu quo liberos suos domi habuit Q ui ubi primum adoleuit pollēs uiribus decora facie: sed multo maxime ingenio ualidus: non se luxui neq; inertiæ corrumpendum dedit: sed uti mos illius est gentis equitare: iaculari: cursu cum æqualibus certare: & quum gloria ante omnis iret: omnibus tamen carus esset ad hoc

Cum centum trigintaduobus signis militaribus. Elephanti undecim capti: quos ad .lxxx. hánibal in acie locauerat. Non tamen romanis incruenta uictoria fuit. Ná .x. milia ex romanis ceciderunt. Post hæc Verminā Sciphacis filiū Carthaginensibus auxilium ferentem missa exercitus parte Scipio fudit cæsa eo plio .xv. milia hoium. Deinde uictis carthaginensibus pax data est his conditionbus: Vt liberi legibus suis uiuerent: populandi eo die finem romāi facerēt. Perfugas: fugitiuosq; & captiuos ut carthaginenses redderent romanis: bellū ne in Affricam ne ue extra affricam inuisu populi Ro. facerent. Naues rostratas traderent: Masinisse redderēt: & fœdus cum eo facerent: decem milia Talenta argenti descripta æquis pensionibus in annos quinquaginta soluerent: centū obsides arbitratu Scipionis darent. Atq; ita finis secundo punico bello a Scipione impositus est his ita gestis romam reuersus clarissimum omnium egit triumphum. Bello secundo punico. Peni dn̄tur carthaginēses q̄si phœni. Ná Tiro phœnicis regiōis pte uenerēt q carthaginē cōdiderēt. ide punicus carthaginēsis. Dido náq; de Tiro quæ ēps phœnicis regiōis: uēit quæ carthaginem condidit. Post magnitudinem nominis romani. Nam iam tunc nomen romanorum magnum erat per totum orbem terrarū: propter magnitudinem imperii. Italiæ opes maxime atriuerat: quia multas & clarissimas uictorias in italia ex ducibus atq; imperatoribus romanis assecutus fuerat .xvii. annis quibus in italia fuit: sicuti supra monstrauimus. In amicitiam receptus est a. P. Scipiōe: eo modo quo diximus. Multa militaris rei & preclara facinora fecerat: quia una cum Scipione bis hasdrubalem & Siphacem prælio atq; acie uicit & postremo ipsum hanibalem. Victis carthaginensibus. s. hasdrubale & Siphace bis prælio uictis ac postremum ipso hannibale acie superato a Scipione: qui postea ob eam uictoriam dictus est Affricanus. Capto Siphace: eo prælio quo ipse & Hasdrubal uicti sunt in campos magnos apud Vticam affricæ ciuitatem ut supra monstrauimus. Regi dono dedit. S. Massinisse: refert Liuius: Scipionem: parta uictoria de hasdrubale duce carthaginem siue & Siphace rege: sceptro & corona atque aliis regiis insignibus Massinissam donasse: ac præsente exercitu regem appellasse: postea Senatus decreto quicquid urbium & agri bello acquisiuerant in affrica Romanis Massinisse dono datum est. Bona: ideſt utilis. Honesta: honorifica. Imperium uitæque eius idem finis fuit: quia finitum est imperium quando uita Massinisse finita est. Deinde: uidelicet post mortem Massinisse. Is. scilicet Micipsa. Quod ortus ex concubina. Massinissa auus iugurthæ: ipsum iugurtham priuatum reliquit: quia non erat natus legitime: sed ex concubina. Nam qui sunt illegitime nati non succedunt in hereditatem: sicuti etiam hoc tempore fit. Priuatum: uidelicet sine regno non dedit ei partem aliquam regni. Eodem cultu: udelicet quantum ad uictum & uestitum: tractauit iugurtham sicuti filios proprios quantum ad uictum & uestitum. Eodem cultu: ideſt uictu & uestitu. Habuit: ideſt tractauit. Qui: scilicet iugurtha. Adoleuit: ideſt creuit. Pollens: ideſt potens. Decora facie: ideſt pulchra: facies dicitur tota species: quæ apparet & cernitur: secundum Donatum in Terentium. Validus: ideſt potens. Luxui: ideſt luxuriæ & deliciis. Inertiæ: ideſt ignauiæ corporis. Vti mos est gentis illius: sicuti est consuetudo Numidarum: quia Numidæ ubi ad adolescentiam uenerunt: exercent corpus: Equitando: laculando: Currendo: Venando. Nam per hæc exercitia uires corporis roborantur. Equitare: pro equitabat: consuetudo historicorum est: ut infinitum ponant frequenter pro præterito imperfecto indicatiui. Iaculari: pro iaculabatur. Cum æqualibus: ideſt sociis: & coæuis: ideſt qui eiusdem ætatis sunt. Certare: pro certabat. Cum omnes anteiret ideſt superaret. Gloria: ideſt fama: & laude. Tamen omnibus charus esse poterat: hoc ideo dicit: quia ferme semper uirtuti comes est inuidia: sed in iugurtha aliter erat. Nam q̄uis omnes uirtute superaret: tamē nemo ei inuidebat: sed omnibus carus erat: & ab omnibus amabatur. Ad hæc. i. præterea

Plæraq; tēpora in uenādo agere:leonē atq; alias feras primus aut īprimis ferire:plurimū facere & minimum de se ipse loqui:q̄bus rebus Micipsa tametsi initio lætus fuerat existimās uirtutem Iugurthæ regno suo gloriæ affore: tamen postq̄ hoīem adolescentem exacta ætate sua & paruis liberis magis magisq; crescere intelligit: uehemēter eo negocio permotus multa in aīo suo uoluebat. Terrebat eū natura mortaliū auida imperii & præceps ad explēdā animi cupidinem. Præterea opportunitas suæ liberorumq; ætatis quæ etiā mediocres uiros spe prædæ trāsuersos agit. Ad hoc studia numidarū in Iugurtham accēsa: ex quibus si talem uirum dolis interfeciſſet: ne qua seditio: aut bellum oriretur: anxius erat. His difficultatibus circunuentus: ubi uidet neq; p uim: neq; insidiis opprimi posse hoīem: ā acceptū popularibus q; erat Iugurtha māu promptus & appetēs gloriæ militaris statuit eū obiectaſ piculis: & eo mō fortunā tē rare. Igitur bello Numātio Micipsa quū populo ro. eqtū atq; peditū auxilia mitteret: sperans uel oīntādo uirtutē: uel hostiū sæuitia facile eū occasurū p̄fecit Numidis quos in Hiſpaniā mittebat: sed ea res lōge aliter ac ratus erat euenit.

Plæraq; tēpora ideſt multa tempora. hoc eſt multum tēporis. Agere: pro agebat. id eſt consumebat. Ferire: pro feriebat: & hoc uirtutē & exercitationē iugurthæ ostēdit qui nō dedit se luxuriæ & ignauiæ: sed uirtuti & exercitationi corporis. Facere pro faciebat. Loqui pro loquebaſ: nō ostētabat uirtutē suā uerbis: sed cū multa faceret nihil de seipso dicebat. Quibus rebus Micipsa. ordo eſt: Micipsa tamē pmotus ne hemēter eo negocio uoluebat multa cū suo aīo: postq̄ intelligit hoīem adolescentē magis ac magis crescere exacta sua ætate: & paruis liberis. s. exīstibus tā &si ille Micipsa fuerat lætus in initio. quibus. i. illis rebus existimās uirtute iugurthæ fore gloriæ suo regno: a principio Micipsa gaudebat: q̄ iugurthe uirtus indies crescebat credēs & existimans iugurtham futurum glorie regno suo: sed postea time re cœpit cum uideret illum nimiū crescere. Timebat. n. ne si ipse moriereſ uel ēt adhuc ipso uiuēte iugurtha regnū occuparet qa filii sui Adherbal & hiempsal adhuc pui erāt & ipse erat senex. Quibus rebus: uidelicet qa iugurtha ita se dederat ad exercēdas uires corporis. Fore. i. futurū eē. Gloriæ. i. ad gloriā Exacta. i. finita. qa iā micipsa ad extremā senectutē uenerat. Paruis liberis. i. filiis suis: Adherbale & hiempsale. Eo negocio. i. ea re uidelicet. qa crescebat nimiū uirtus & potētia iugurthe. Voluebat. i. agitabat. cōsiderabat. Terrebat eum. Micipsa iō timebat: qa uidebat naturā hoīum eē procliué & cupidā ad impiū. Nā naturaliter hoīes magis cupiūt impaſ q̄ seruire. Et ꝓpterea tiebat ne si moriereſ: Iugurtha capta occasiōe filios suos interficeret: & regnū usurparet: sicuti etiā fecit. Terrebat. i. pauefaciebat. Mortaliū. i. hoīum. Auida. i. cupida. Et p̄ceps. i. prona, pcliuis & īclinata. qa naturaliter hō nitiť explere cupiditatē aī sui. Oportunitas. i. occasio. s. terrebat. Sue ætatis. qa senex erat. Liberoꝝ. i. filioꝝ qa adhuc pui erant. Quæ etiā mediocres uiros spe p̄dæ trāsuersos agit opportunitas: inqt facit: ut hi qui a natura bōi sunt spe alicuius cōmodi data mali & pueri efficianť. nā sæpe hoc euēire solet ut hō qui a natura bonus eſt: oblata sibi occasiōe ad aliqd̄ facinus ꝑpetrādū ducať: qd̄ non feciſſet. nec excogitaſſet nisi occasio sibi oblata eſſet. & hoc ē quod dicit. Quæ. scilicet ōpportunitas. Etiam mediocres. non solum malos sed etiā moderatos & mosteſtos. Spe præde. ideſt spe lucri & commodi. Transuersos agit. i. peruertit & peruersos facit ut ex bonis malos faciat. Ad hoc. id eſt preterea. Studia. i. fauor & beniuolentia. quia Numide oēs miro quodā amore iugurthā diligebant propter uirtutem eius. & ei fauebant. In iugurthā ideſt erga & in fauorē iugurthe. Ex quibus. s. studiis propter studia numidarū in iugurthā Micipsa timebat ne si iugurthā dolo uel ui interfeciſſet: seditionē populi cōtra se uel bellū cōcitaret. Ordo ē: ex qbus anxius erat. s. Micipsa nequa seditio aut bellū oriereť si interfeciſſet talē uirū dolis. Talē uirū. s. iugurthā ac si diceret tā gratū oībus. Ne qua seditio. i. ne aliq̄ discordia. & seditio, ꝓprie dī populi discordia. neq;. n. recte diceret seditio īter duos. & dī seditio q̄si seorsū itio. Anxius erat. i. tiebat. His ideſt talibus. Circūuentus. i. circūdatus & p̄ſſus. s. Micipsa. Acceptū popularibus. i. tā gratū populo. Popularis diciť secūdū Donatū in Terē. q a populo amatus ē. & hoc loco hanc significationē non hēt. popularis ēt diciť ciuis. popularis humilis. popularis uilis. & hæ significatiōes hoc loco cōueniūt: ut popularibus dicat hominibus populi. Māu prōptus. i. strēnuus & fortis māu. Obiectare. i. obiicere & exponere. Periculis: ut quē aperte interficere nō audebat exponēdo illū piculis faceret interire. Fortunā tētare. i. expiri fortunā. s. si aliquo mō iugurtha perire posset. Numātino. Numātia ciuitas ē hiſpāiæ quā Scipio africanus minor diu obseſſam tandē cœpit atq; deleuit. Ad hoc bellū Micipsa auxilia peditū & equitū miſit populo romano qui amicus erat & socius populi romāi. his igitur peditibus & eqtibus quos mittebat in hiſpaniā micipsa ducē p̄posuit iugurthā sperans illū in eo bello posse interire: uel dū uirtutē suā ostentare uult: uel pp sæuitiā hostiū. Sæuitia: crudelitate. Occasurū. i. periturū moriturum. Præfecit: p̄posuit. Res longe aliter ac ratus erat euenit. ideſt res multo aliter euenit q̄ putabat. Longe. i. ualde. Ac pro q̄. Ratus erat. i. putauerat.

Nam iugurtha:ordo eſt.nã iugurtha breui tempore puenerat in tantã claritatẽ:ut eſſet uehemẽter carus noſtris:& eſſet maxio terrori numãtis:multo labore:& multa cura: p̃terea parendo modeſtiſſime:& ſæpe eundo obuiã piculis:ubi ꝑ poſtq̃ cognouit naturã.P.Scipionis:q tũ erat impator romanus:& poſtq̃ cognouit moré hoſtiũ:dico fecit hæc oĩa ut.i.ſicuti erat.ſ.hõ impigro atq; acri ingenio. Nã iugurtha reddit cãm: q̃re res aliter enenit q̃ putabat Micipſa:quia micipſa putabat iugurthã i eo bello perituꝝ:ipſe ãt clarior eua ſit. Vt erat.Ac ſi diceret:facile cognouit naturã.P.Scipionis & conſuetudiné hoſtiũ:tanq̃ hõ acuti & acris ingenii: Impigro:dicimus Cæſar uir acer ingenio & uir acri ingenio:& uir acris ingenii. Impigro:ueloci. Acri.i.uehementi. Imperator.i.dux. Morem conſuetudinem Parendo:obediendo.ſ.impatori. Claritatem .i.famã gloriã. Noſtris.i.Romanis. At ſane. i.& certe. Quod difficillimũ in primis.i.quæ res maxime difficillima eſt:ut inueiatur in uno & eodem hoĩe & cõſilium aĩ & fortitudo corporis. Strenuus:fortis. Quoꝝ alteꝝ.ſ.eſſe bonũ conſilio hoc dicit:euenire ſolet ut:hi qui ualent conſilio: plerũq; ſint timidi:quia prouidẽt & intelligunt ea quæ contingere poſſunt. & hi quia ualent uiribus:temerarii ſint:& ſe imprudenter piculis obiiciant:ꝑ audaciam quã habent ex uiribus. Dicit ergo eſſe bonũ conſilio ſolet afferre timorem ex prouidentia eſſe ſtrenuum p̃lio:ſolet afferre temeritatem:ex audacia. Ex prouidentia.i.ꝑ prouidentiam:nam qa prouident etiã aduerſa ſibi poſſe contingeꝛ plerũq; timẽt:& propterea dixit rẽ eſſe difficilimã:ut hæc duo in uno inueniãtur:qa cõtraria ſunt prouidentia & temeritas:& duo cõtraria non poſſunt ſtare ſimul in uno ſubiecto.una.n. & eadẽ res nõ põt eſſe alba ſimul & nigra. Igiť quia iugurtha erat ſtrenuus p̃lio & bonus conſilio, Agere:pro agebat:ferme oĩa difficilia & aſpera Scipio per iugurtham faciebat. Amplecti pro amplectebatur. Quippe:quia iugurtha nihil perexcogitabat conſilio aut opere incipiebat ſine cã. Erat fruſtra.i. inutiliter:ſine cã. Huc accedebat.i.ad hoc addebať:adiungebatur:nã accedere eſt addi & adiungi:unde acceſſio eſt additio & incrementũ. Munificentia.i.liberalitas:qa iugurtha liberalis erat. Solertia induſtria. Eſt autem induſtria proprie uis quædam ingenii exercitata: cui contraria eſt ignauia: ideſt torpor ingenii quando ingenium non exercetur:ſed torpore langueſcit. Quibus rebus:his inquit rebus multos ex romanis ſibi fecerat amicos. Ea tempeſtate:ideſt eo tempore. Noui atq; nobiles:ideſt ignobiles & nobiles. Eo tempore inquit multi fuerunt:tam nobiles q̃ ignobiles:qui iugurtham incitabant:dicentes fore: ut ipſe totius numidiæ occuparet imperium:ſi Micipſa patruus eius interiiſſet. Et dicebant iugurtham hoc facile aſſequi poſſe:quia in eo magna uirtus erat.& romæ omnia uendebantur:uidelicet prouinciæ: regna: & imperia.Qui autem ita iugurtham incitabant erãt homines factioſi:auari:potentes:& hoc eſt qđ dicit. Complures:ideſt ualde multi. Quibus diuitiæ bono honeſtoq; potiores erant:ideſt quibus diuitiæ cariores erãt q̃ honeſtas & iuſticia.Nam eiuſmodi homines propter diuitias iuſticia & honeſtate calcata:unumquodq; facinus perpetraſſent. Bono & honeſto.i.utili & honeſto.Nihil autem utile eſſe poteſt qđ iuſticia uacat: ſecundum ſtoicos & hoc Cicero tractat:& ꝑpterea diximus bonum:iuſticiam intelligi:aut certe bono & honeſto dixit:utili & honeſto ſecundum Ciceronem qui in arte ueteri honeſtatis duas partes eſſe dicit:hõeſtatem ſimplicem:& honeſtatem iunctã:honeſtas ſimplex dicitur quæ appetitur ꝑpter ſe: honeſtas iuncta dr̃ quæ appetiť partim ꝑp ſe:partim propter aliud.i.propter utilitatem:honeſtas ſimplex eſt uirtus. Eſt aũt uirtus habitus animi:naturæ modo rationi conſentaneus.hæc diuidiť in iuſticiam:prudentiam:& Temperantiam:iuſticia eſt habitus animi:cõmuni utilitate conſeruata ſuam cuiq; tribuens dignitatem: prudentia eſt rerum bonarum & malaꝝ & utratũq; ſcientia:fortitudo eſt conſiderata perculorum ſuſceptio: & laborum cum utilitatis ratione perpeſſio: Temperantia eſt rationis in libidinem atq; in alios non rectos impetus animi:firma & moderata dominatio:he uirtutes in eas partes diuiduntur quas ſupra nomiumus: quæ ad ſimplicem pertinent honeſtatem.honeſtas autem iuncta eſt quæ in ſe honeſtatis habet & utilitatis cõſidera tionem.Sunt enim multa quæ nos cum dignitate:tum quoque fructu ſuo diucunt ut gloria:dignitas. Amplitudo:amicitia gloria eſt frequẽs de aliquo fama cũ laude.Dignitas:ẽ alicuius hõeſta:& honore:& uerecũdia digna auctoritas:Amplitudo ẽ potẽtiæ aut maieſtatis:aut aliquaꝝ copiaꝝ magna abũdãtia. Amicitia ẽ

uoluntas erga aliquē rerum bonarū illius ipsius cā quē diligit cū pari eius uolūtate. Bonū ergo Salustius appellat hanc honestatis ptem quā hēt cū honestate coniunctā cōsiderationē utilitatis. honestū autem appellat superiorē illam simplicē partē honestatis. Sed diuitiæ quas illi qui iugurtham accēdebant bono & honesto cariores hēbant: neq; superiorem illā: neq; hanc postremā partē hōestatis attingūt. Potiores. i. cariores

Factiosi: Factio dī malorū hoīum conspiratio. Domi potentes: uidelicet Romæ. Apud socios: socii populi romani dicebantur qui erant cum po. Ro. confœderati: sicutī erant latini: sicuti fuit Massinissa & Micipsa. Nā quotiens po. Ro. bellum gerebat: socii auxilia mittebant: & uicissim si sociis bellum ab aliquo populo illatum esset. popu. Ro. eis auxilia mittebat: & eos tuebatur.

Factiosi domi potētes apd socios clari magis q̄ hōesti q̄ iugurthæ nō mediocrē aīum pollicitā/ do accēdebāt: si Micipsa rex occidisset: fore uti solus impio numidii potiret ī ipso maximā uirtutē: Romæ oīa uēalia eē: sz post q̄ numātia deleta. P. Scipio dimittere auxilia: & ipse reuerti domū decreuit: donatūq; atq; laudatū magnificē: p cōciōe iugurthā ī prætoriū adduxit, ibiq; secreto monuit: ut potius publice q̄ priuatim aīcitiā Po: ro. coleret: neu allquibus largiri īsueſceret: Perieulose a paucis emi: qd multorū eēt Si pmāere uellet ī suis artibus ultro & illi gloriam & regnū uēturū: Sin ꝓperātius ꝓgeret suā pecuniā & ipsū præcipitē casurū: sic locutus cū litteris eū q̄s micipse redderet dimisit: earū snīa hæc erat: Iugurthæ tui ī bello numātino longe maxīa uirtus fuit: Q uā rē tibi certe gaudio eē scio: nobis ob merita sua carus ē: ut idē Sēatui & populo romāo sit sūma ope nitēdum. Tibi qdē p nr̄a aīcitia gratulor: en habes uirū dignum te atq; auo suo massinissa. Igitur rex ubi ea quæ fama accæpat ex litteris impatoris esse ita cognouit. tū uirtute tū gratia uiri permotus flexit animū suū: & Iugurthā bñficiis uīcere aggressus est: statimq; eum adoptauit: & testamēto ꝑ cum filiis hæredem instituit: Sed ipse paucos

Populi romani dicebantur qui erant cum po. Ro. confœderati: sicutī erant latini: sicuti fuit Massinissa & Micipsa. Nā quotiens po. Ro. bellum gerebat: socii auxilia mittebant: & uicissim si sociis bellum ab aliquo populo illatum esset. popu. Ro. eis auxilia mittebat: & eos tuebatur.

Clari: hoc est fama insignes. Quā honesti. i. q̄ uirtute præditi. Clarus autē & nobilis in bonam & in malā partem accipit. Pollicitādo. i. ꝓmittendo. Accēdebāt. i. incitabant. s. dicētes

Occidisset. i. mortuus esset & interiret. In ipso: & dicebant in ipso esse uirtutem. Rome oīa uenalia. i. romæ oīa uendi: & oīa esse uendibilia si dici posset. Ecce occasiōes ad obtinendū imperiū numidiæ. In te o iugurtha est uirtus & romæ oīa uendūtur. hoc aūt ideo dicunt: qa iugurtha dicere potuisset. Senatus populusque ro. non patietur socios suos uidelicet filios Micipsæ regno spoliare. respondēt ad hoc. Tu oīa pecuniis obtinebis. Quod ēt postea fecit. uenalia dicunt quæ ad uendēdū exponunt: a ueneo uenis. i. uendor. Sed postq̄ numantia. ac si diceret: ita qdem hoīes corrupti iugurthā incitabāt Sed Scipio impator aliter ipm admonuit: quū deleta numātia ipsum & donatū & laudatū domum rēisit. Ordo est: sed. P. Scipio adducit in p̄toriū iugurthā donatū atq; laudatū magnifice pro concione: postq̄ ipse Scipio decreuit dimittere auxilia. & ipse decreuit reuerti domū: deleta numātia. Deleta. i. excisa destructa. Dimittere: uulgo dicītur licentiare. Auxilia: ꝑprie dicunt copiæ quæ a sociis mittunt in auxilium belli. Ipse. s. Scipio. Reuerti domum. s. Romā. Donatū. s. donis militaribus. Atque laudatum: quia miris laudibus Scipio in concione uirtutem iugurtæh & facta illius laudauit.

Pro contiōe. i. in contione. Contio est multitudo populi uel exercitus conuocata. Prætorium dicitur tabernaculū imperatoris. Ibiq; scilicet in p̄torio,

Coleret. i. ꝛeruaret: custodiret. Neu: ideſt & ne. Largiri: uel pecuniam uel munus. Insueſceret: consueſceret. Periculose. a paucis emi: quod multorum esset. Scipio sciebat & ipse: q; Ro. per pecuniam oīa fiebant. Sed tamē monebat iugurthā ne pecuniis sibi regnū parare uellet: quia cū periculo emitur a paucis qd' est cōmune oīum. Periculose: subadi dicebat. Nam oīa pendent ab eo' quod dixit uonuit: & mōere nō potuit nisi dicendo. Periculose a paucis emi. & dicebat Scipio: q; si qs uelit emere a paucis hoībus id qd' est cōe oībus: ualde periculose hoc facit. quia oēs non patiunt quod pauci uendant ea quæ sunt cōia tam sibi q̄ his q̄ ea uendunt. Si permanere uellet: subauditur: & dicebat. Scipio: inquit: dicebat ad iugurthā: o iugurtha: Si preueraueris in uirtutibus & gloriā & regnū habebis. Sed si āte tps p largitionē pecuniarū imperiū tibi parare uolueris: & pecunia tua & tu ipse peribis. Suis artibus. suis moribus & uirtutibus. Vltro. i. ēt si nō quæsieris. Venturū. s. esse. Propantius. i. festinātius. Pergeret. i. tenderet: iret casurū. i. ruiturū. Sic locutus. Cū hec inqt Scipio dixisset iugurthā dimisit: & ei litteras dedit quas Micipsæ redderet. Earū. s. litterarū. Iugurthæ: hæc fuit snīa litterarū Scipiōis ad Micipsam. Longe. i. ualde. Sūma ope. i. summa ui. En: pro ecce. Virū. s. iugurthā. Dignū: quia non degenerat a moribus tuis & aui sui Massinissæ. Igitur rex: Cū: inqt rex per litteras Scipiōis intellexisset id qd' ātea per famā cognouerat: mutauit aīum suū. ut iugurthā maxīe inco lumem eē uellet: quē pauloante interire cupiebat. Ordo ē. Igitur rex. s. Micipsa: permotus. tum uirtute iugurthæ: tum gratia uiri: flexit animum suum. & est aggressus uincere iugurtham beneficiis. Et statim eum adoptauit. & instituit hæredem pariter cum filiis testamento. Vbi: ideſt postquam ipse rex cognouit.

ex litteris ipatoris ea eē ita:quæ accepat fama. Fama:p famā. Accepat.i.audiuerat:ītellexerat. Tum.i.partim. Gratia uiri.ſ.Scipionis:& uirtus iugurthe mouit eū:& gratia Scipionis.q ad eū ſcripſerat. Flexit.i.mutauit. Aggreſſus eſt.i.conatus eſt:& cepit. Eū adoptauit.i.filiū fecit. Secundū Aulum geliū.cum extranei ſumunt in locū liberoꝝ:aut per ptorem fit:aut per populū. Quod per ptorem fit adoptatio dicitur.qđ per populū:arrogatio. Ergo adoptar eſt extraneum in locū liberorum ſumere. Inſtituit. ordinauit. Sed ipſe. ſcilicet Micipſa. Cum Micipſa ad extremū diem uitæ ueniſſet coram amicis & cognatis & filiis ꝓpriis Aderbale & hiempſale ita cū iugurtha locutus ē. Morbo:ægritudine. Aetate.ſ. ſenectute. Confectus:cōſumptus: maceratus

Poſt annos morbo atq; ætate confectus cū ſibi finē uitæ adeſſe intelligeret coram amicis & cognatis:itēq; Adherbale & Hiēpſale filiis dicitur huiuſcemodi uerba cum Iugurtha habuiſſe.

Aruū ego Iugurtha te amiſſo patre ſi
p ne ſpe:ſine opibus:ī meū regnum ſuſcepi exiſtimans non minus me tibi q̄ liberis ſi genuiſſem ob beneficia carū fore.neq; ea res falſū me habuit nā ut alia magna & egregia tua facta omittam:nouiſſime tu rēdiēs Numantia:meq; regnūq; meū gloria decoraſti: tua q̄ uirtute nobis Rōmanos ex amicis amiciſſimos feciſti:ī Hiſpania nomē familiæ nr̄æ renouatū eſt. Poſtrēo qđ difficillimū inter mortales eſt gloria inuidiā uiciſti:nūc quoniā mihi natura finem uitæ facit: p hanc dextram: per regni fidem moneo:obteſtorq; te uti hos qui genere tibi ꝓpinqui beneficio meo fratres ſunt: caros habeas:neu malis alienos adiūgere:q̄ ſanguine coniunctos retinere. Nō exercitus: neq; theſauri præſidia regni ſunt. Verum amici;quos neq; armis cogere:neq; auro parare queas:officio & fide pariunt. Quis aūt amicior q̄ frater fratri? Aut quē alienū fidū iuēies:ſi tuis hoſtis fueris eqdē ego uobis regnū trado firmū ſi bōi eritis

Poſt annos morbo atq; ætate confectus cū ſibi finē uitæ adeſſe intelligeret coram amicis & cognatis:itēq; Adherbale & Hiēpſale filiis ꝓpriis Aderbale & hiempſale ita cū iugurtha locutus ē. Morbo:ægritudine. Aetate.ſ. ſenectute. Confectus:cōſumptus: maceratus

Adeſſe.i.iminere:ordo eſt Sed ipſe poſt paucos ános cōfectus morbo atq; ætate dr̄ habuiſſe huiuſcemōi uerba cū iugurtha corā amicis:& cognatis:& ité corā Adherbale & hiēſale filiis ſuis:cū intelligit finē uitæ adeſſe ſibi. Huiuſcemodi uerba.i.talia uerba. Eſt āt huiuſcemodi indeclinabile & generis omnis:ſicut illiuſmodi.

Aruum ego. In exordio huius oratio
p nis captat beniuolentiam Micipſa a ꝑſona ſua:cum oſtendit qualis fuerit in Iugurtham. Sine ſpe:ſine opibus:quia Maſſiniſſa auus ut ſupra dixi Iugurtham priuatū reliquit:quia natus erat ex concubina. Si genuiſſem:quādo Micipſa iugurtā paruū accepit in domū ſuā nondū filios genuerat:& ideo dicit: quando te puū accepi in domū meā exiſtimaui me ita carum tibi fore ſicuti filiis ſi filios genuiſſem. Neq; ea res falſū me habuit.i.neq; ea res me decepit: quia ſemp me carū habuiſti:& nō fefelliſti opinionē meā. Et nūc captat beniuolentiā a ꝑſona auditoris.i.a ꝑſona Iugurthæ: cū quo loquitur: qa pietatē eius erga ſe cōmemorat:& p̄clara facta eius. Nam ut alia:ecce cām reddit:quare Iugurtha nō fefellit opinionē ſuā:quia ſemp eum mirifice coluit ut patrē:& eius honori nō defuit nā Iugurtha magno bonori Micipſæ fuit: tū aliis in rebus:tum p̄cipue in bello Numantino.

In hiſpania nomē familiæ noſtræ renouatū eſt. Sicuti ſupra mōſtrauimus:Maſſiniſſa amicitiā cum Scipione cōtraxit. Cum Scipio ipſe ex hiſpania diſcederet:uel certe.quia Maſſiniſſa anteq; ſe cum romanis cōiungeret:multa cum haſdrubule duce cartaginenſiū bella in hiſpania geſſerat cōtra romanos:& nomen eius in hiſpania pp hoc celebre erat:quod poſt multos annos Iugurtha bello Nmuantino inſigni uirtute ac gloria renouauit. In hiſpania:in qua eſt Numantia. Renouatum eſt:qđ erat iam uetuſtate detritū:& prope memoria extinctum. Poſtremo. ordo poſtremo uiciſti inuidiam gloria:qđ eſt difficillimū inter mortales.i.quæ res difficillima eſt inter homines:hoc loco ideo dicit:qa ut diximus ſupra uirtuti ſp comes eſt inuidia: nā qui uirtute p̄diti ſunt ſemper eis inuideſ. Sed iugurtha uirtute ſupauit inuidiā:quia uirtus ei:nō inuidiā peperit: ſed beniuolentiā conciliuit. Nam pp uirtutem Iugurta ab oībus amabatur:ſicuti ſupra monſtrauit. Gloria.i.uirtute. Nūc poſtq̄ beniuolentiā compauit & a perſona ſua:& a ꝑſona auditoris deſcendit ad cauſā: ut oſtendat qd uelit ab eo.

Per hanc dexterā:intelligimus Micipſā hæc dicentem dexterā Iugurthæ apphendiſſe. Hos diſticos.i. demonſtratiue dixit oſtendens Adherbalem & hiempſalem:q aderant. Genere ſangninis:cōiunctione: Nam Micipſa & pater iugurthæ frēs erant. Beneficio meo.qa te adotpaui in filiū:& nūc per adoptionem frater eorum es. Malis.i.magis uelis. Non exercitus:ſnīæ generales pulcherrimæ. Armis.i.ui. Cogere.i.cōparare acquirere. Auro.i.pecuniis. Parare.i.acquirere. Officio:officium dicitur cū hō facit qđ ex honeſtate facere debet pariuntur:uel parantur.i.acquirunt. Quis aūt:Micipſa per rōcinationem hoc cōcludere intendit:ut ſi regnum incolume ſeruare uolunt:concordes ſint. Et propoſitio eſt talis. Si regno filii incolume ſeruare uultis: uos oportet eſſe concordes: & amore coniunctos: ratio propoſitionis eſt. Nam amici magis q̄ exercitus aut pecuniæ præſidio regni ſunt. Nemo autem amicicior eſt q̄ frater fratri. Ergo uos qui fratres eſtis opportet eſſe concordes & amore coniunctos. Fidum:ideſt fidelem.

Imbecillum:id est infirmum. Boni eritis:id est concordes & unanimes. Maximæ:scilicet res/ Cæterum:ante hos scilicet Adherbalem & hiemsalem. Ante hos.i.magis q̄ hos scilicet decet. Decet:inquit ut tu magis q̄ hi:prouideas ne inter uos discordia oriatur:quia tu & ætate & sapientia antecedis eos. Nam in omni certamine.reddit causam & rationem quare Iugurtham magis q̄ adherbalem & hiemsalem prouidere deceat ne discordia inter eos oriat̄:qa si inter uos discordia & cōtentio oriretur omnes tibi hāc culpā adscriberent & attribuerent:quia tu es potentior & propter ætatem & propter sapiētiam:& p/pter uires:quia in omni certamine & in omni dissensione ille qui plus potest dicitur facere iniuriam & esse causa totius discordiæ:pari ratione si inter uos discordia oriret̄: oēs existiabūt o iugurtha cām discordiæ a te proficisci: qa tu plus potes.Et propterea magis te q̄ illos prouidere decet :ne inter uos discordia & certamen oriat̄. Ne aliter quid eueniat.s.discordia aliq̄:

Nam in omni certamine:in omni contētione & discordia. Opulentior:id est ditior potentior. Vos autem:o adherbal. Nunc Micipsa conuertit sermonem ad filios: Adherbalem & hiemsalem. Colite:amate & honorate. Hunc talem uirum:scilicet iugurtham: ac si diceret tāta uirtute & gloria p̄ditum: Nitimini:conamini:& date opam ne melior sit filius iugurtha quem adoptaui q̄ uos quos genui.

Meliores liberos.notandum liberos numero plurali dici etiam de uno. Meliores liberos sumpsisse.scilicet iugurtham. Quam genuisse.scilicet uos. Ad ea:iugurtha. Quāuis: inquit iugurtha intelligeret Micipsam ficta locutum fuisse:& aliud habuisse ī animo: aliud dixisse:tamen benigne respondit: sicuti tempus postulabat. Et ipse scilicet iugurtha. Agitabat.i.uersabat: cogitabat in animo suo.non.n. respōdit sicuti cogitabat in animo:sed sicuti tēpus postulabat. Postquam:mortuo inqt rege:cū exequias magnifice celebrassent: in unū reguli conuenerunt: ut de omnibus rebus iter se disserent & disputarent. Illi:scilicet Micipse mortuo. More regio:secundum regiā cōsuetudinem.Magna enim ambitione & pompa exequiæ regum celebrabantur. Iusta.id est exequias funebres.Et tantummodo plurali numero declinatur. Reguli:scilicet iugurtha adherbal & hiempsal. Disceptarent: discuterēt & disputarent. Sed hiempsal:cum in unum reguli conuenissent ut de omnibus rebus inter se colloquerentur:intersedendum Hiempsal ita consedit ut fratrem adherbalem inter tres medium constitueret:quāuis ætate iugurtha prior esset.non enim ferre poterat ut iugurtha honore esset superior qui genere erat inferior:nam ex concubina natus erat ut dictum est ante: Adherbalem assedit.id est iuxta Adherbalem sedit. Deinde tamen ut ætati concederet.id est ut locum daret iugurthæ qui ætate maior erat. Vix id est cum labore difficulter. Ibi cum multa.Ostendit in hoc primo colloquio: quod inter se reges habuerunt causam discordiarum & certaminis eē.Nam cū iugurtha dixisset omnia oportere rescindi quæ Micipsa statuerat & decreuerat quinq; annis ante mortem suam.quia propter ætatem & senectutē non satis animo ualebat.Hiempsal respondit id sibi placere.Nam in eo quinquennio dicebat iugurtham a Micipsa filiū adoptatum.Quod dictū ex aīo & memoria iugurthæ non decessit:postq̄ illud semper cogitauit iugurtha quo pacto hiempsalem interficeret. Consulta.id est statuta. Decreta:quicquid decreuisset & nihil ualuisse Micipsa per quinq; annos ante mortem. Rescindi.i.irritari:ut essent irrita quæcunq; decreuisset & nihil ualuisse lerent:nullam uim haberent. Nam scilicet dicebat. Confectum:consumptum. Parum animo ualuisse. Quam quisq̄ id est non satis intellectu ualuisse. Nam ipsum scilicet dicebat. Alterius:id est interius. Quam

si mali imbecillum. Nam concordia paruæ res crescunt:discordia maxime dilabuntur. Cæterum Iugurtha ante hos te:quia ætate & sapientia prior es:ne aliter quid eueniat prouidere decet:Nam in omni certamine qui opulētior est: etiam si accipit iniuriam: tamen quia plus potest:facere uidetur:uos autem Adherbal & hiēpsal colit:eobseruate hunc talem uirum: imitamini uirtutem & enitimini:ne ego meliores liberos sumpsisse uidear q̄ genuisse. Ad ea Iugurtha tametsi regem ficta locutum intelligebat: & ipse longe aliter in animo agitabat: tamē pro tempore benigne respondit. Micipsa paucis post diebus moritur. Postquam illi regio more iusta magnifice fecerāt: Reguli in unum conuenerunt:ut inter se de cunctis negociis disceptarēt. Sed hiempsal qui minus ex illis erat natura ferox:etiam antea ignobilitatem Iugurthæ:quia materno genere impar erat despicies dextra Adherbalem assedit: ne medius ex tribus:qd̄ apud Numidas honori ducitur:Iugurtha foret. Deinde tamen ut ætati concederet:fatigatus a fratre:uix in partem alteram traductus est:ibi quū multa de administrādo impio differerent. Iugurtha inter alias res ait oportere quinquēnio consulta & decreta oīa rescindi. Nam per ea tempora confectum annis Micipsam parū animo ualuisse: Tum idem Hiempsal placere sibi respōdit:nam ipsum illum his

erat ratus:q̄ quisq̄ putauerat. Anxius:sollicitus. Moliri:pro mōliebatur.i.parabat atq; ea modo.i. tantū modo. Habere:p habebat in animo. Quæ ubi tardius ꝓcedunt. Cum(inquit)Iugurtha uideret hiēpsa lem per dolū facile capi non posse:sed eam rem tardius pfici:& in longius tēpus ire q̄ uolebat:decreuit quo quo mōdo.i.uel per uim uel p insidias facere qđ statuerat. Quæ.s.ut p dolum hiempsal caperet. Quæ.i. quæ res. Vbi.pro postq̄. Tardius procedūt.i.in lōgius tēpus uadunt. Neq; lenitur.i.mitigatur. Animus ferox.i.indomitus animus.s.iugurthæ. Quo uis modo.i.quoquomodo quolibet modo.uide licet ut si nō posset per insidias īterficere hiempsalem:ui apta eum occideret. Incœptū.i.pro posītum aī sui. Perficere:adimplere: cōplere.

tribus proximus annis adoptione in regnum p ueniſſe:quod uerbū in pectus Iugurthæ altius q̄ quisq; ratus deſcend;t. Itaq; ex eo tempore ira & metu anxius moliri:parare:atq; ea mō in animo habeꝛ:quibus Hiempſal per dolū caperet. Quæ ubi tardius procedunt:neq; lenitur aīus ferox. Statuit quouis modo incœptum perficere:primo cōuentu:ab regulis factū ſupra memoraui propter diſſenſionem placuerat diuidi theſauros:fineſq; imperii ſingulis conſtitui:ita q; tempus ad utranq; rem decernitur:ſed matu rius ad pecuniam diſtribuendam reguli īterea in loca propinqua theſauris alius alio conceſſere:ſed Hiēpſal ī oppidum Thirmida forte eius domo utebatur quidam proximus lictor iugurthæ:qui carus acceptuſq; ei ſuperfuerat: quem ille caſu miniſtrum oblatum promiſſis onerat: īpellitq; uti tanq̄ ſuā uiſens domum eat: portarum claues aduiterinas paret:nam ueræ claues ad Hiemſalem referebantur. Cæterum ubi res poſtularet ſeipſum cum magna manu uenturum. Numida mādata breui confecit. Atq; uti doctus erat noctu Iugurthæ milites ītroducit: qui poſtq̄ in ædes irrupere:diuerſi regem quærebant:dormientes alios:alios occurſātes interficere. Scrutari loca abdita: clauſa effringere: ſtrepitu & tumultu omnia miſcere. Q uum interim Hiēpſal reperitur occultans ſe ī tugurio mulieris ancillæ: quo in initio pauidus & loci ignarus pfugerat. Numidæ caput eius uti iuſſi erant ad Iugurtham referunt. Cæterum fama tanti facinoris per nomen Aphricani breui

Primo cōuentu. In primo colloquio qđ fecerunt inter ſe reguli:decreuerant uidere theſauros & oēs pecunias:& aſſignare unicuiq; partem ſuā impii: ut unuſquiſq; ſciret qđ ſuū eſſet.

Primo cōuentu.i.quando primū cōuenerūt.

Ad utrāq; rem.s.ad diuidendū imperium & ad diuidendos theſauros. Maturius.i.prius celerius. Diſtribuendam.i.diuidendam. Alius alio.i.alius in alium locū. Conceſſere.i.iuere: profecti ſunt. Sed hiempſal.s.conceſſit & pfectus eſt. Oppidū.i.in ciuitatem tirmidū. Forte eius. Nunc dicit quo cōſilio iugurtha uſus fuerit:ut per inſidias hiēpſalem captū interficeret. Dicit.n.iugurtha miniſtrū quendā habebat carum admodū & gratū ſibi:qui familiariter utebatur domo hiempſalis. Nam domū habebat propriā in ea ciuitate:in quā hiempſal ſe cōtulerat. Iugurtha igitur hūc miniſtrū ad ſe uocat: multa & magna præmia ei promittit:ſi fecerit hoc qđ ei proponit. Tandem illū inducit:ut ad eā ciuitatem uadat in qua erat hiempſal:& claues portaꝝ adulterinas & falſas faciat: & certo ac ſtatuto tpe portas apiat:& iugurthæ milites ītroducat. Miniſter ille oīa ſicuti dixerat iugurtha breui tpe facit:& per noctem iugurthæ milites introducit. Atq; ita hiempſal q audito tumultu in tugurīū cuiuſdā ancille confugerat: capitur & obtrūcatur:caputq; eius ad iugurtham defertur. Eius domo.s.hiemſalis. Lictor.i. miniſter. Nam lictores dicuntur miniſtri q magiſtratū uel regem p̄cedunt. Qui erat proximus iugurthæ:ex multis lictoribus iſte de quo loquiť proximus erat iugurthæ:quia magis p pe iugurtham incedebat. Vtebať:quia hic lictor familiariter uerſabatur in domo hiempſalis. Acceptus:ideſt gratus. Ei.s.iugurthæ.

Quem ille. Ordo eſt:quem miniſtrum caſu oblatum ille onerat ꝓmiſſis:& impellit uti erat tanq̄ uiſens domū ſuam:& paret claues aduterinas:quam ueræ.s.claues referebanť ad hiempſalem. Ille.i.iugurtha. Onerat promiſſis: quia multa & magna præmia promittit. Impellit.i.inducit. Viſens.i.uiſitans. Claues aduterinas.i.falſas. Nam ueræ.s.claues, ac ſi diceret: ueras claues habere non potuiſſet:quia cum clauſæ eſſent porte ciuitatis claues reportabantur ad hiempſalem.

Cæterum ubi res poſtulauerat.i.qñ omnia parata eſſent. Seipſum uenturum.s.dicebat. Magna manu.i.multitudine. Numida.s.miniſter ille. Breui.s.tpe. Doctus:inſtructus. Introducit:uel in ciuitatē uel certe in domum hiempſalis. Qui.s.milites. In ædes.i.in domum. Irrupere.i.ui introire. Diuerſi:uidelicet alius alia uia. Quærere:pro quærebant. Occurſantes:obuiam factos. Interficere:pro interficiebant. Scrutari:pro ſcrutabantur:i.inquirebant. Abdita.i.ſecreta. Clauſa:quæ clauſa erant frangebant. Miſcere: pro miſcebant: ideſt turbabant. Tugurio:tugurium eſt domus uilis & abiecta:a tegendo dictum. Quo ideſt in quōd tugurium. Referunt: reportant. Tanti facinoris ideſt tanti ſce-

ſeris facinus in bonā & in malā partē accipi pōt. Nā & bonū & malū facinus dicimus. Diuulgat.i.ſpargit
Adherbalē.ordo.metus inuadit adherbalē:& oēs qui fuerāt ſub impio Micipſe. ¡Numide:tota prouincia
numidarū in duas ptes diuiſa.una ps adherbalē.altera iugurthā ſequebat.ſed p'ures tamē ſequunt adherba
lē.q meliores erāt bello ſequunt iugurthā. Copias:exercitū. Qui ſenatū docerēt:qui ſenatui exponerēt.
Profugit in prouinciā.Romāi partes terratū quas bello ſubiugabāt prouincias appellabant ad qs uel pto
res uel pconſules cū officio mittebāt qui eas re
gerēt.Multa ergo oppida in affrica po.Ro.ha
bebat quas p magiſtratus admiſtrabat. Hæc er
go loca que po.Ro.hēbat dicebat prouincia.in
hanc prouinciā rex adherbal uictus a iugurtha
pfugit.deinde Romā uenit. Contendit.i.ua
dit proficiſcitur. Tūc iugurtha:cū iugurtha hſ
empſalem occidiſſet:& adherbalē occidiſſet &
adherbalē regno ſpoliaſſet:ſcelus ſuū ī aīo per
tractās tīere cœpit populū ro.nec aliquā ſpem
hēbat aduerſus irā eius niſi in auaritia nobiliū
romānorū.& in pecunia ſua.Ordo ē. Tūc iugur
tha reputās facinus ſuū cū aīo ſuo. Timere:p
timebat populū ro.neq habere ¡p hēbat ſpem
Quem locum cathabathmon incole appellant:habitatores eũ locum lingua punica appellant cathabathmon. Mare ſæuũ.ſ.eſt.i.ad nauigandum difficile:& periculoſum. Ager fertilis frugum per omnia ſubaudit eſt. Terra inquit fecunda eſt & fructifera. Bonus pecori: ager aphricæ bonus eſt & utilis pecori: quia paſcua habet latiſſima:pecoris autem appellatiõe omnia aĩalia grandiora intelliguntur:ut ſunt armenta & greges. Arbori infecundus ſterilis eſt arboribus.Nã ibi arbores nõ naſcunt:ratio ãt ſubinfertur ſtatim:quia ibi neq̃ de cælo pluit aqua:neq̃ de terra manat. Penuria.i.inopia. Genus hoĩum ſalubri corpore.Nõ potuit breuius & perfectius cuncta deſcribere.In aphrica(inq̃t)hoĩes corpora habent ſana:& raro morbis infirmitatibus obnoxia:& ideo maiori ex parte homines uſq̃ ad ſenectutem uiuunt. Velox:q̃tum ad curſus celeritatem. Plæroſq̃.i.maiorem partem. Senectus diſſoluit:dicit homines ibi pro maiori parte non mori niſi ſenectute. Diſſoluit.i.interimit. Ferro:uidelicet in pugna dimicando:aut in aliquo priuato certamine. Beſtiis:uidelicet uel leonibus uel aliis feris.Nam morbus:uere dico quia pro maiore parte homines intereunt uel ſenectute uel ferro aut beſtiis:quia ex morbo raro mõriuntur. Superat:occidit:interimit. Virgi.primo æne.Clam ferrõ incautum ſuperat.i.interficit. Ad hoc:ideſt præterea. Malefici generis plurima animalia.ſ.ſunt:ut leones:& ſerpentes. Sed qui mortales:deſcripſimus aphricam & fines eius:& qualitatem terræ atq̃ hominum.Nunc dicemus qui homines primo habitauerint aphricam.Deinde q adiũcti cum prioribus ſe commiſcuerint.Et hoc quod dicam:licet diſſentiat a fama multoꝝ.tamen ita nobis interpretatum eſt ex libris punicis:qui fuerunt hiemſalis:& ita etiam res ſe habet ſicuti habitatores aphricæ putant.Ordo eſt.Sed tamen ego quæ pauciſſimis dicam:qui mortales habuerint aphricam initio: & qui poſtea acceſſerint:aut quomodo ſint permixti inter ſe.Vti eſt nobis interpretatum ex libris punicis: qui dicebantur:ſcilcet eſſe regis hiempſalis:& ut cultores eius terræ putant rem ſe ſe habere: q̃q̃ eſt diuerſum ab ea fama quæ obtinet pleroſq̃. Mortales:homines. Aphricam habuerint.i.habitauerint. Quiq̃.& qui homines poſtea ſuperuenerint:& additi ſint & adiuncti. Inter ſe permixti:udelicet poſteriores cum prioribus. Quãquam ab ea fama quæ plæroſq̃ obtinet diuerſum eſt.i.q̃q̃ hoc quod dicam diſſentiat a fama multoꝝ.Nam multi dicunt rem non ita ſe ſe habere. Diuerſum:differens. Tamen uti ex libris punicis qui regis hiempſalis dicebantur nobis interpretatum eſt: Saluſtius libros lingua punica conſcriptos habebat:qui aliquando regis hiempſalis fuerant:Eos cum non intelligeret pp diuerſitatem lingue ſibi fecit interpretari:ex quibus libris accepit qui primi hoĩes fuerint qui aphricam habitauerint. Cultores.i.habitatores Eius terræ.ſ.aphricæ:opinio eoꝝ qui nũc habitant aphricã:conuenit cũ his quæ accepi ex libris punicis. Rẽ ſe ſe habere.i.rẽ ita eſſe:& ueritatẽ ita eſſe. Cæteꝝ fides eius rei penes auctores erit:ſed hoc(inq̃t)credet.

auctoribus punicis non mihi: quia auctores punici hoc probe nosse poterunt. Aphricam in initio. Primi q habitauerunt aphricam fuerunt Getuli & lybies qui ritu ferarū sine legibus & sine ullo rectore uiuētes spar si uagabant. Deinde mortuo hercule gētes diuersæ quæ erāt in exercitu eius ex hispānia per mar in Aphricā transierūt. hæ aūt gētes erāt medi. pſæ armēii. Sed persæ cōiunxerunt se getulis & cōnubia miscuerūt. Medi & armeni adiunxerūt se ad Lybies. Et ita paulatī in aphrica creuit nūerus incolarū. Vrbesq; ædificari cæpte sunt ab his q antea in Tuguriis habitabant. Postea etiā phœnices uenerunt in aphricā & multas urbes cōdiderūt: quas Saluſtius iferius commemorat. Habuere. i. habitauere. Asperi. i. duri & rigidi q̄tum ad uictū. nam carnibus ferinis & pabulo uescebant tanq̄ pecora. Inculti: q̄tum ad uestitum. Atq; humi: id est ex terra. Moribus neq; legibus. iter mores & leges hoc interest. Mos ē cōmunis cōsensus oīum simul habitantiū q inueteratus consuetudinem facit: Lex ē que aliq̄d fieri nō fieriue p̄cipit aut uetat

Pallātes. id est sparsi & uagantes. Qua sub auditur ea parte certas & stabiles sedes: aut domicilia non habebāt. Sed ubicunq; nox eos inuenisset ibi habitabāt. Sed postq̄: cū ingt Hercules in Hispania mortuus esset: exercitus eius qui mixtus erat ex diuersis gentibus: statī dissipatus est: quia cum essent diuerse nationes per gentes simul stare non potuerunt: amisso duce Et ideo pars eorū ex hispania per mare transiuit in aphricā. Exercitus eius compositus. i. mixtus. Ex uariis gētibus. Nam alii erāt mœdi. alii persæ. alii armeni. Amisso duce. s. hercule. Passim. i. ubiq; per oēs. Impium petentibus: qa unusquisq; sibi quærebat imperiū. Breui dilabitur. i. dissipat & ruit. Proxios. i. uicios

Nostro mari. i. aphrico mari. i. romāo. i. mari per quod nos romāi nauigamus: & sub imperio nostro tenemus. Sed persæ inter oceanū magis. s. occupauere locos. Nam hi retrahētes se longius a nostro mari mediterraneo: magis oceanuum uersus habitauere. Hi alueos nauiū inuersos aluei nauium inuersi fuerunt eis Tuguria quia sub fundis nauium inuersis habitauerunt. Et causam ostendit quare sibi aliter domos ædificare non potuerunt. quia nec in africa materies lignorum erat. nec ab hispanis emere poterāt aut cōmutare. Nā inter aphricam & hispaniam medium est mare. & p̄terea cū linguā hispaniæ ignorarent: non satis cōmode negociatiōes exercere poterant. Materies: uidelicet ligna. Nam supra dixit terram Aphricæ esse infœcundam arbori propter nimiū caloris æstum. Copia. id est facultas. & declarat quare nō poterāt emere ab hispanis aut cōmutare: quia mare & ignara lingua prohibebant. Mare magnū. i. mare oceanū: quod est inter aphricā & hispaniā. Ignara id est ignota incognita. scilicet līgua hispana ignota ipsis persis: uel ignara lingua: scilicet suā id est ignorans. Cōmercia. id est negociationes. Hi: scilicet perse. Et quia sæpe tentantes agros: dicit quare hi persæ cū getulis adiūcti numide sint appellati. hi ab initio qualitatē agrorū tentantes sæpius ut terram fertilem & fecundā inuenirent. multa loca diuiserunt. & a diuidendo semetipsos numidas appellauerunt: a græco uocabulo. Nam νέμω significat diuido. Partiuerant: antiqui partio & partior dicebant: ut hoc loco partiuerant dixit. Nos autem tantum partior dicimus. Tentantes agros: id est qualitatem agrorum probantes. an fecunda esset in eis terra an non. ex hoc eueniebat ut multa loca diuiderent: quia agros quos steriles & infecundos probabant: eos deserebant & relinquebant: atque alios tentabant. Cæterum adhuc ædificia numidarum: Dicit ergo Saluſtius q; usque ad sua tempora ædificia domorum agrestium siue rudium Numidarum gentium in modum siue ad instar carinarum erant facta: quia sic a principio alueos nauium inuersos pro tuguriis habuere. Mapalia illi uocant. Ex hoc ergo loco aperte colligitur quid significent mapalia. Nam mapalia sunt domus hominum agrestium in agris. Incuruis id est flexis & incuruatis. Nauium carinæ. Carina est pars nauis inferior. Mœdi autem & armeni accesserunt lybies. Ita quidem persæ coniunxerunt se getulis. Sed mœdi & armeni adiunxerunt se ad lybies populos

Accessere lybies: ideſt cessere ad lybies. i. peruenerunt ad lybies. & se eis cōiunxerunt. Lxbies aūt magis

eius rei penes auctores erit: Aphricam habuere in initio getuli: & lybes asperi: inculti: qui bus cibus erat caro ferina atq; humi pabulum uti pecoribus. Hi neq; moribus: neq; lege: aut imperio cuiusq̄ regebantur: uagi palantes quo nox coegerat sedes habebant. Sed postq̄ in hispania Hercules: sicuti aphri putant interiit: exercitus eius compositus ex uariis gētibus amisso duce: ac passim multis sibi imperium petentibus breui dilabitur: ex eo numero mœdi. persæ & armeni nauibus in aphricam trāsacti proximos nostro mari locos occupauere. Sed pſæ intra magis oceanum. Hiq; alueos nauiū inuersos pro Tuguriis habuere. Quia neque materia in agris: neq; ab hispanis emēdi: aut mutuā dicopia erat: mare magnum ignara lingua commercia prohibebant. Hi paulatim per connubia getulos secum miscuere: & quia sæpe tentā tes agros: alia deinde loca petiuerant: semetipsi numidas appellauere: cæterum adhuc ædificia numidarumque agrestium mapalia illi uocant oblonga curuis lateribus tecta quasi nauium carinæ sunt. Mœdi autem & armeni accessere lybes: Nam hi mare propius aphricum agita-

prope

mare affricū romā uersus habitabāt. Getuli uero in meridiē magis uersi nō ꝓcul a solis ardoribus habitabāt.

Mare ꝓpius affricū. i. magis prope affricū. Agitabāt. i. habitabāt & uiuebāt. Sub sole magis: in plagā australem magis descendētes. Qui mature oppida habuere. Medi & armeni celeriter urbes habuerūt: quia ꝑ mare affricum in hispaniā nauigare: & mercaturā exercere poterant. Qui. s. Medi & armeni: nec quēq; mouere debet: ꝙ relatiuū: hoc ab antecedente tam longe distet: quia hæc oia ꝑ parentheſim interpoſita sūt: uidelicet. Nam hi lybies mare propius affricū agitabāt Getuli sub sole magis haud procul ab ardoribus. Mature. i. celeriter. Oppida: urbes. Freto. i. mari. Diuisi ab hispania: quia ut dictum est. Mare diuidit Affricam ab hispania. Mutare res inter se instituerāt. hac de cā (inquit) Medi & Armenii celeriter urbes cōdiderunt: quia per mare in hispaniā nauigare poterant: & mercaturam exercere: unde cito facti sunt opulenti. Sed mirū uidetur: ꝙ supra dixit. ꝑsasiqui postea numidæ sunt appellati: ideo alueos nauiū inuersos pro tuguriis habuisse: propterea ꝙ domos & urbes ædificare nō poterāt quia ab hispanis materiē ædificandi emere nō poterant: nec res cōmutare: qa mare ꝓhibebat quod mediū erat. Nunc aūt dicit Medos & Armenios celeriter urbes ædificasse: opportūitate maris ꝑ quod in hispaniā nauigabāt interueniente. Ergo mare persis erat impedimento: & medis atq; armeniis adiumento ad nauignadū in hispaniā. Hoc certe mirū uidetur: sed maria erant diuersa. Oceanus. n. mare magnū persas ab hispanis diuidebat. & per oceanū nauigare non poterant: Medi autem & Armenii cōmode per mare affricū in hispaniam nauigabant.

bant: Getuli sub sole magis haud procul ab ardoribus: hiq; matura oppida habuere nā freto diuisi ab hispania mutare res inter se constituerant. Nomen eoꝝ paulatim lybes corrupe barbara lingua mauros ꝑ mœdis appellātes. Sed res persaꝝ breui adoleuit: ac postea noīe numidæ ꝓp multitudinem a parentibus digressi: possidere ea loca quæ ꝓxime carthaginē numidia appellatur. Deinde utriq; alteris freti finitimos armis: aut mœtu sub imperiū suū cœgere: nomen gloriāq; sibi addidere: magis hi qui ad nostrum mare ꝓcesserant: quia lybes: q̄ getuli minus erant bellicosi. Deniq; affricæ pars inferior pleraq; a numidis possessa est uicti oēs in gen

Mutare res: idest mercaturā exercere quæ fit per cōmutationē rerum. Nomen eorum paulatim lybies corrūpere: subauditur instituerāt. Cœperant inquit Lybies populi paulatim corrūpuere nomen medoꝝ: ꝑ medis mauros uocantes: Lybies cū his se cōiunxerant Medi & Armenii ut pauloante dixit. Sed res persarū. Dicit quēmadmodū hæ gentes in Affrica creuerint: & imperiū auxerint. ſ. Medi Armenii: persæ. Et Medos quidem atq; Armenios dixit celeriter urbes ædificasse: quia cōmode in hispaniā nauigare poterant: & mercaturā exercere. Nunc dicit quomō creuerint Persæ: qui Numidæ sunt appellati: sicuti supra dixit. Sed res persarum. i. imperiū Virg. iii. æneidos. Postq̄ res Asiæ priamiq; euertere gentē. Breui. ſ. tpe. Adoleuit .i. creuit. Ac si diceret. Itaquidem Medi & Armenii nauigando & mercaturā exercendo cito urbes cōdiderunt: & opulenti facti sunt. Sed & Persæ breuiter imperiū suum auxerūt: nō mercaturā exercendo: sed bella gerendo. Nam Persæ qui Numidæ sunt dicti finitimos populos bello supatos impio suo subegerūt: atq; ita gloria belli magni facti sunt. Ac postea Numidæ noīe propter multitudinem a parentibus digressi possedere ea loca q̄ proxime carthaginem, numidia appellat. Dicit ꝙ hi Persæ q postea dicti sunt Numidæ: cum multum numero & multitudine creuissent: a parentibus suis discesserunt & ea loca q̄ sunt prope carthaginē possederunt: quæ loca postea dicta sunt numidia. Ac postea numidæ noīe: ac si diceret: hi persæ prius: postea numidæ appellati noīe: digressi a parentibus ꝓp multitudinem possederunt ea loca: quæ prope carthaginem appellat numidia. Digressi. i. cum discessissent. Proxime carthaginē. i. ualde prope carthaginē: Deinde utriq;. Dicit hi numidæ q̄uis in duas ptes essent diuisi: tamen ad bella gerenda sibi inuicē auxilio. & ita populos uicinos impio suo subiugabat. Deinde utriq;: uidelicet & hi qui in pristinis sedibus remāserāt: & hi qui sedes nouas & loca prope carthaginē occupauerant. Freti: confisi: quia ubi opus erat sibi inuicem auxilia p̄stabant. Finitimos. i. populos uicinos & proximos. Armis. i. bello. Nomen. i. famam. Magis q̄ hi qui ad nostrū mare processerant: qa lybies q̄ getuli minus sunt bellicosi. Dicit numidas qui persæ prius dicebātur: maiorem famā & gloriam bello sibi cōparasse q̄ medos & armonios: Et hæc fuit rō: quia getuli cum quibus se numidæ cōiunxerant: magis bellicosi fuerunt q̄ Lybies: cum qbus medi & armeni cōiunxerant. Et hoc est qđ dicit. Qui ad nostrū mare processerant. ſ. medi & armenii. Nam supra dixit: Medos & Armenios se ad Lybies adiunxisse: qui mare propius affricum agitabant. Dicit ergo numidæ nomen & gloriam sibi addidere magis q̄ medi & armenii qui ad nostrum mare processerant. i. iuxta mare nostrum habitauerant. Et hæc fuit ratio: quia lybies quibus admixti sunt medi & armenii: minus sunt bellicosi q̄ Getuli: quibus se admiscuerunt Persæ qui postea numidæ sunt dicti. Ad nostrum mare. ſ. mare affricum: hoc tempore dicitur mare leo. Deniq; affricæ pars inferior pleraq; a numidis possessa est: Ac si diceret. Vis uidere quomodo uerum est quod dico: uidelicet ꝙ numidæ maiorem belli gloriam adepti sunt: q̄ medi & armenii qui postea dicti sunt Mauri. Ecce maiori ex parte gētes omnes quæ in inferiori parte affricæ positæ sūt a Numidis bello uictæ sunt: & in gentem nomenq; cessere uictorum. Pars inferior: uidelicet pars illa quæ magis in plagam australem descendens meridiem respicit. Pleraq;: idest pro maiori parte. Victi

omnes in gentē nomenq; impantiū conceſſere. Conſuetudo fuit apud antiquos ut uicti nomē accipent eoꝝ qui uiciſſent: unde gentes & populi qui fuerāt a numidis uicti bello nomen ꝓpriū amiſerūt. & oēs Numidæ ſunt appellati. Et hoc eſt quod dicit. Imperantiū. ſ. numidarū. Conceſſere. i. peruenere. Poſtea phœnices huc uſq; dixit quō getuli & lybies primi populi fuerint q africā hītauerint. deinde quēadmodū Perſæ: Medi & armēi his adiūcti imperiū in africa auxerit mutato noīe ut plæ numidæ uocarenē: Medi & armeni appellarentur Mauri. Nunc dicit quēadmodum de phœnice regiōe multi in africā tranſierint imperii cupiditate ducti: & rerū nouarum auidi: q multas in africa urbes cōdiderūt. Alii multitudinis minuendæ gratia uarias cās oſtēdit q̄re de phœnice in africā multi uenerint. Gra. i. cauſa multi deſcendebant ut multitudinem domi minuerent: quia regio tātā multitudinē cōmode capere nō poterat & paſcere. Pars imperii cupidine ſolicita plæbe. Multi imperiū affectabāt cū eēnt potentes: & plebē minutamq; turbā & inopē inducebāt: ut ſecū ꝓficiſcerētur ad nouū imperium quærendū. Solicitata uerbis & pollicitatiōibus inducta. Hippona adrimetum. Leptim. Hec ſunt noīa ciuitatum. In ora: in regiōe maritima: uidelicet circa mare.

tem nomēq; impantiū conceſſere: poſtea phœnices alii multitudīs domi minuendæ gratia ps cupidine imperii ſollicitata plæbe: & alii nouaꝝ rerum auidi hipponem Adrumetum leptim: aliaſq; urbes in ora maritima condidēr: hæque breui multum auctæ: pars originibus ſuis præſidio: alii decori fuere: nam de carthagine ſilere melius puto q̄ parū dicere: quoniam alio ꝓpere tēpus mōet: igitur a cathabathmo: qui locus ægyptum ab affrica diuidit ſecūdo mari prima habitatio Cirene eſt colonia Thereorum ac deinde duæ ſunt ſyrtes: inter quas Leptis: deinde philenorum aræ: quem locum ægyptū uerſus finem imperii habuere carthaginenſes: poſt aliæ punicæ urbes cætera loca uſq; ad mauritaniam

Hæ. ſ. urbes. Origīnibus ſuis præſidio. Aliq; harū ciuitatū ꝓſidio fuerūt phœnicibus: unde originē ducebāt. aliæ fuerūt honori & ornamēto. Nā de carthagine: dixi qnēadmodū Hipponi: Adrimetū & Leptis originē ducāt a phœnicibus: quia de carthagine nolo dicere: qa melius eſt de ipſa tacere q̄ parum dicere. Nā & ipſa Carthago a phœnicibus originē ducit. Sed quia Carthago āpliſſima ciuitas erat & caput totius aphrice: maluit tacēr de ipſa q̄ tātūmō dicere a quibus cōdita ēēt: nili ēt totā explicaret hiſtoriā. A phœnicibus aūt hoc mō originē ducit. Dido cū fratrē ſuū Pigmalionē: q̄ maritum eius Sicheū interfecerat fugeret collecta ingēti multitudine de Tyro quæ ps ē phœnicis regiōis: claſſe i africā uēit. unde cū ab Hiarba rege pelleret callide petiit ut ei uēderet tātū terre q̄tū poſſet coriū bouis teneret: quod cū ille ꝓmiſiſſet: coriū in tenuiſſimas corrigias ſectū tetēdit occupauitq; ſtadia. xxiii. quæ tria milliaria cōficiūt. Atq; ita urbē cōdidit: quæ prīo Byrſa appellata ē a corio bouis: nam byrſi ſignificat bouis coriū. poſtea Tyros dicta ē: poſtrēo carthago uocata ab carta oppido: unde fuit Dido. Hec ciuitas poſtea aucta ad eā magnitudinem uēit: ut uigintiq̄tuor milliaria in circuitu pateret. tūc cū capta & euerſa ē a Scipiōe Emiliano: qui ob eā uictoriā africanus poſtea dictus ē. Alio. i. ad aliud: uidelicet ad hiſtoriā poſitā iugurthini belli perſequendam. Monet: id eſt hortatur. Igitur. ergo ſuccincte & breuiter dicamus de aliis ciuitatibus africe: qaando quidem de carthagine nunc dicere nolumus: quoniam longam explicare oporteret hiſtoriā: q̄d nunc facere non poſſumus: quia ad aliud tendimus. Igitur: deſcribit ciuitates que ſunt citra fines Aphricæ que orientem reſpiciunt. Nam antea dicit africam ab oriente habere fines Cathabathmon: qui locus diuidit Aphricam ab Aegypto. Ad Cathabathmon: id eſt apud. uidelicet citra Cathabathmon. Nā ultra hūc locum aphrica non procedit. Prima Cyrene eſt. prima ciuitas que inuenitur apud Cathabathmon eſt cyrene: hæc ciuitas cyrene dicitur a regina Cyrene: que eam condidit: & de ſuo nomine eam appellauit: ut dicit Seruius. Colonia: Tercon: nomina ciuitatum ſunt. Due ſyrtes: ipſe Saluſtius inferius deſcribit has Syrtes. Sunt autem loca in mari periculoſa: quia ſunt arenoſa. Interq; eas Leptis. Hec ciuitas inter duas ſyrtes eſt poſita: non q̄ in mari ſint fundata: ſed extra mare poſſita inter duas Syrtes. Deinde philenum aræ: ſcilicet ſunt. Quare hic locus dictus ſit Philenum aræ hiſtoria eſt conſideranda. nam cum carthaginenſes & Cyrenenſes de finibus diu inter ſe bello decertaſſent: tandem defatigati ita inter ſe conuenerūt ut certo die legati utriuſq; ciuitatis domo diſcederent: & quo in loco obuii inter ſe fuiſſent: is locus cōmunis utriuſq; ciuitatis finis haberetur. Igitur a Carthagine duo fratres miſſi ſunt qui philenes uocabantur: hi celeriter iter ſuum peregerunt. Cyrenenſes tardius iuerunt. Hi igitur domi pœnas intuentes: quia tardius iuerāt: criminabantur carthaginenſes: dicentes eos eſſe ante tempus cōſtitutum domo diſceſſiſſe. & propterea celerius uenīſſe: ſe non paſſuros ut uicti domū abeant. Igitur cum Carthaginenſes aliam aliquam conditionem æquam peterent: Cyrenenſes hanc eis obtulerunt: ut quo in loco fines populo ſuo peterent. ibi uiui obruerentur: ſe quoque tandem conditionem ſubire paratos. Phileni probata conditione: ſe uitamq; ſuam Reipublicæ cōdonauerunt: atq; ubi fines patriæ eſſe uolebant: ibi uiui ſepulti ſunt: ob eam rem Carthaginenſes Philēis fratribus aras conſecrauerunt in eo loco ubi uiui obruti ac ſepulti ſunt. Philenum aræ: eſt locus ubi finis fuit imperii carthaginenſium uerſus Aegyptum. Quem locum: Ordo eſt: quem ſcilicet locum ipſi Carthaginenſes habuere finem ſcilicet imperii uerſus Aegyptum. Poſt alie punicæ: urbes ſcilicet ſunt poſt loca & ciuitates quas ſupra deſcripſit: ſunt alie punicæ urbes. i. urbes carthaginenſium. Cætera loca: appet magnū

fuiſſe

fuisse numidaꝝ imperiū. Super numidiā.i.ultra numidiā.Ordo est.Nos accepimus getulos uagos agitare partim in tuguriis:alios incultius. Supra Numidiā.ultra numidiā(inquit habitāt getuli partim in Tuguriis alii ēt incultius uagantes.Et ultra Getulos habitāt æthiopes.Post æthiopes loca sūt deserta exusta caloribus solis. Accepimus.i.audiuimus:intelleximus.Tuguria sūt uilia ædificia in agris paleis tecta:a tegendo dicta. Incultius.i.asperius:qa multi ex getulis sub diuo hoc est sub aere degūt sine tecto. Agitare.i. uiuere habitare. Post eos æthiopes eē.i.accepimus. Ethiopes sunt qui ob solis caloré cui sunt uicini:carnem nigram habent.dicti ϕπο τοῦ αιθω.qđ est ardere.Ná æthos græce:latine significat ardeo.και ϕθω τουοωσ.idest a uultu. Deinde: subaudi accepimus esse loca exusta solis ardoribus:.s.prōpter solis uicinitatem. Igitur bello iugurthino.Ordo est.Igitur populus Ro.administrabat per magistratus pleraq; oppida ex punicis & fines Carthaginensiū quos nouissime habuerat:dico administrabat bello iugurthino.i. tpe belli iugurthini.Postq; totam Affricā descripsit.Nunc concludit:ostendens qui eam impio regebāt.Nam antea toti Affricæ imperabant: Carthaginēses:Numidæ:Mauri:Getuli: æthiopes totum imperiū Affricæ inter hos erat diuisum.Sed tpe Iugurthini belli.fere totā eam partem:quā carthaginenses tenuerāt: populus romanus p magistratus regebat:iam a Scipiōe africano minore deleta Carthagine:& imperio eius ferme toto in ditionē & potestatē populi romani redacto.Magna pars getuloꝝ & numidiæ sub impio iugurthe erat. Bochus rex Mauris imperabat. Quos nouissime habuerat.i. quos nuperrime subegerat duce & imperatōr. P.Scipione Emiliano:qui Affricanus est dictus qa imperiū carthaginis quod erat in affrica romano subegit imperio:ipsa carthagine prorsus deleta & extincta. Per magistratus. uidelicet per cōsules:uel ptores uel procōsules. Præter nomen cætera ignarus populo ro. Bochus rex mauroꝝ ignotus erat populo ro.per oīa exceptō noīe:quia nullā amicitiā aut societatem cū populo ro.habuerat.Et ideo pter nomen eius: in cæteris rebus erat populo romano prorsus incognitus. Cætera.i.deinceps idest p cætera:in cæteris rebus. Ignarus:idest ignotus:incognitus.Ignarus dicitur & qui ignorat & qui ignoratur. Incolis: habitatoribus. Ad necessitudinē.i.ad necessitatem. Salustius diggressione facta ad describēdam Affricā:dicit se nūc ad propositū redire:quando quidē de Aphrica id quod erat necessariū dixit. Postq; diuiso:nunc redit ad propositū:ut ostendat qd fecerit iugurtha:postq; legati romani diuiserūt regnū Numidiæ inter ipm & Adherbalē.Ordo est Iugurtha ratus esse certū.s.id quod accepat ex amicis suis apud Numantiā:uidelicet:oīa esse uenalia romæ:& accensus polliciatiōibus illoꝝ:quos pauloante muneribus expleuerat.Intēdit animū i regnū Adherbalis:postq; legati discessere Affrica diuiso regno:& postq; uideret se esse adeptū pmia sceleris cōtra timorē animi.Cū(inquit) legati romani diuiso regno ex Affrica discessissent.statim iugurtha cogitare cœpit:qūo regnū Adherbalis inuadere posset:quandoquidē cognouit id esse ueꝝ quōd audiuerat ab amicis suis cū apud numantiā esset:uidelicet q; oīa erāt uenalia romæ. Cōtra timorē animi pmia sceleris adeptū sese uidet.i.postq; uidet se esse cōsecutū impunitatē sceleris sui cōtra id quod timebat in aīo suo.Nam Iugurtha semp timuerat:ne senatus scelus suū puniret:qa hiempsalē interfecerat:& adherbalem regno expulerat. Præmia sceleris.i.impunitatē:quia senatus non puniuit scelus iugurthæ imo decreuit:ut dimidiū regni numidiæ hēret. Apud numantiā accepat.i.audiuerat.hoc qđ supra mōstratū est. Oīa ro. uenalia esse.i.oīa romæ p pecuniā uēdi:qđ iugurtha nūc exptus erat.Nam pecuniis impunitatē sui sceleris emerat a senatori bus romæ. Pollicitatiōibus.i.promissionibus:qa legati qui pecuniā & munera pauloāte ab eo accepant: p miserāt ei suū auxiliū:si forte accideret ut de eo aliqd tractaret romæ in senatu. In regnū:ut regnū Aderbalis inuadat. Intēdit:dirigit. Ipse acer.Ecce occasiōes quæ accendebāt iugurthā ut regnū aderbalis inuaderet. Ipe.s.iugurtha. Acer.i.fortis. Bellicosus:bello assuetus:belli pitus. Atis.s.adherbal. Petebat.i.inuadebat. Quietus.i.pacificus. Placido.i.miti. Opportunus iniuriæ.i.ad iniuriam commodus:uidelicet cui commode inferri posset iniuria. Fines eius:imperium adherbalis. Magna manu: idest mul-

numidæ tenent:proxime hispaniā mauri sūt: super numidiā Getulos accipimus pti in tuguriis:alios icultius uagos agitar. Post eos æthiopas cē:deinde loca exusta solis ardoribus. Igit bello Iugurthino plæraq; ex punicis oppida & fines carthaginēsiū quos nouissime habuerāt P.R.per magistratus administrabat.getuloꝝ magna ps & numidiæ usq; ad flumē muluchā sub iugurhta erāt mauris oībus impitabat rex boghus pter nomē p cætera ignarus P.R.Itēq; nobis neq; pace neq; bello āte cognitus erat. De aphrica & de eiusdē icolis ad necessitatē rei satis dictū ē. Postq; āt diuiso regno legati ab Affrica discessēr:& Iugurtha cōtra aī timorē præmia sceleris adeptū sese uidet certū cē ratū qđ ex amicis ad numātiā acceperat:oīa R.o.uenalia eē:simul & illoꝝ pollicitationibus accēnsus: quos paulo āte mūeribus expleuerat in regnū adherbalis aīum intēdit ipse acer bellicosus. At is quē petebat qetus:ī bellis:placido īgenio:opportunus:iniurie metuēs magis q̄ metuēdus: igit ex ī.puiso eius fines cū magna māu īuadit: multos mortalis cū pecore atq; alia p̄da capit:

titudo. Manu.i.multitudine. Vindicaturū.i.ulturū. At ille.ſ.adherbal. Armis.i.bello: Queſtū.id eſt ad cōquerendū. Cōtumelioſa dcā.quia iugurtha cām belli quærebat. Legatis adherbalis cōtumelioſe reſpondit ut adherbal & iniuriis ſimul & cōtumeliis cōcitatus bellū contra eū ſuſcipet. Sed & adherbal oia potius pati uolebat q̄ bellū ſumere cōtra iugurthā: quoniā bello pauloāte ab eo uictus fuerat. Rettulerāt: reportauerāt. Prius.i.potius. Decreuit.ſ.adherbal. Secus ceſſerat.i.male euenerat. Nā ut ſupra uiſum eſt a iugurtha prœlio uictus é adherbal. Neq; eo: id eſt ꝓpter id: qa adherbal de iniuriis ſibi a iugurtha illatis uindictā ñ faciebat: ſed tolerabat: nō tñ ꝓp id iugurthæ cupiditas minuebaſ.

Māu.i.multitudine. Cōparato.i.cōtracto collecto. Petere.i.inuadere. Qua pgebat: ſubauditur ea pte. Vaſtare: p uaſtabat. Agere: pro agebat.i.pellebat uel ducebat. Augere: p augebat. Vbi.i.poſtq̄ Eo proceſſum.i.ad id eſſe p uentū. Copias.i.exercitum. Diei extremū. id eſt extréa pars diei. Plerunq; noctis.i. magna pars noctis. Proceſſit.i.pertranſiit. Obſcuro lu.ſcilicet exiſtente. Signo dato: uidelicet cū bucina tuba. Inuadunt.i.aggrediuntur

Et ni multitudo togatorum. Niſi: inq̄t: ciues iugurthinos milites a mœnibus urbis reppuliſſent eo die finitum eſſet bellum: quod ĩcœptū erat. nam urbē cirthā ĩtroiſſent: & reg ẽ adherbalē cœpiſſent: ſed ciues prohibuerunt. Et nihil: pro niſi. Togatorū.i.oppidanorū & ciuiū: qui ñ erāt armati ut milites. ſed togati ut ciues eſſe ſolent.i.toga induti. Patratū.i. perfectum & finitum. Igitur: quando quidē in oppidū adherbal ingreſſus eſt. fugatus uictuſq̄. Oppidū ciuitatē Cirtā. Circūſedit.i.obſedit. Vineis Vinea eſt genus machinæ in modum uitis ab una parte tectum ſub qa milites tecti pugnāt. Vnde ſecundum Feſtū Pompeium: ſub uitem ꝑliari dicūtur milites qui ſub uinea militari pugnant. Sub uineā iacere dicuntur milites cū céturionibus aſtantibus ſudes iaceſ coguntſ. hoc genus machinæ in urbiū expugnatione mœnibus admoueri ſolitum erat. Turribuſq̄: Turres ſunt ædificia alta atq; munita extra mœnia ab hoſte obſidēte cōſtructa: de qbus cōmode & tute pugnaſ. Maxīe feſti. Iugurtha feſtīabat: ut ſi poſſet urbē expugnaret āteq̄ legati adherbalis Romā peruenirent. nam adherbal legatos Romā miſerat ante bellū incœptum: uidelicet cum iugurtha ſubita incurſiōe ꝑdabundus fines eius inuaſit. Deinde multis locis incēſis uaſtatoq; agro & præda abacta in regnū ſuum reuerſus é: ut ſupra uiſum é. Vel certe tunc miſit legetos: cū intellexit iugurthā iam cōparato exercitu ñ ꝑdatoria māu ut ātea regnū ſuum inuadere. Antecape.i.āteuenire. ꝑuenire uidelicet ut prius urbē capet q̄ legati Romam peruenirēt. Accepit.i.audiuit. intellexit: In africam leganſ.i.legati mittunſ. Senatus populiq; ro. uerbis nūciēt.i.ex pte Sēatus & po. Ro. nuciēt.ſ.hoc qđ ſeqſ uidelicet ſe uelle & cēſeſ.i. decerneſ: ſ.hoc uidelicet ut a bello deſiſtant. Ita & cēſere: ita ēt dignū ſe.f.ſenatu populoque romāo: illiſq; ſcilicet regibus: Maturātes.i.feædificia incendit: pleraq; loca hoſtiliter cū egta/ tu petit. Deinde cū oī multitudine in regnuz ſu um cōuertit exiſtimans adherbalē dolore ꝑmotum iniurias ſuas māu uindicaturū: eamq; rem belli cām fore. At ille q; neq; ſe parē armis exiſtimabat: & amicitia po. ro. magis q̄ numidis fretus erat: legatos ad iugurtham de iniuriis queſtum miſit: qui tametſi contumelioſa dicta rettulerūt: prius tamen oīa pati decreuit q̄ bellū ſumere: quia tentatū ante ſecus ceſſerat. Neq; eo magis cupido Iugurthæ minuebatur: Q uippe q totū regnū eius aīo iā iuaſerat: itaq; nō uti ante cū prædatoria manu: ſed magno exercitu cōparato bellum gerere cœpit: & aperte totius iugurthini numidiæ petere. Cæterū qua pgebat uastare: agros uaſtare: prædas agere: ſuis aīum hoſtibuſ terrorē augere. Adherbal ubi ĩtellexit eo ꝓceſſum uti regnū: aut relinquēdū eſſe: aut armis retinendū neceſſario copias parat: & iugurthæ obuius procedit: interim haud lōge arma/ rippe cirthā oppidū: utriuſq; exercitus cōſedit: & quia diei extremū erat: prœlium nō eſt incœptum: ſed ubi plurimū noctis ꝓceſſit: obſcuro ēt tūc lumine milites iugurthini ſigno dato caſtra hoſtiū inuadūt ſemiſōnos partim alios ſumētes arma fugāt: fundūtq;. Adherbal cū paucis eq̄tibus cirthā profugit: & ni multitudo togatorū fuiſſet: quæ numidas ſequētes mœnibus ꝓhibuit uno die inter duos reges cœptum atq; paratū bellū foret. Iugurtha oppidū circūſedit: uineis: turribuſq; & machinis oīum generū expugnaſ aggreditur: maxīe feſtinās tēpus legatorū añcape: quos añ prœliū factum ab adherbale Romā miſſos audiuerat. Sed poſtq̄ ſe natus de bello eoz accepit tres adoleſcentes in Affricā legātur: q ambos reges adeāt. S. P. Q. R. uerbis nuncient cenſere: & uelle eos ab armis diſcedere: ita ſeſeq; illis quæ dignum eſſe legati in Aphricam maturantes ueniunt eo, ma-

ſtinantes. Eo magis.i.ideo magis feſtinãtes ueniũt in Affricã:quia dũ in Affricã ire parant iã Romæ audiebatur qũo ꝑlio cõmiſſo uictus Adherbal in urbẽ Cirthã profugiſſet:& ibi a iugurtha obſideret. Sed is rumor clemẽs erat.i.hæc fama mitis erat:qa nõ ualde aſpera nũciabãtur:nec ea res ualde diuulgabat. Quoꝝ ſcilicet legatoꝝ. Accepta oratiõe.i.audito ſermõe. Reſpõdit:iugurtha cũ audiuiſſet legatos ſibi uerbis ſenatus impantes:ut a bello deſiſteret:callide reſpõdit:ſe nihil carius habere auctoritate ſẽatus.i.ſe nihil carius habere q̃ ut faciat id qđ ſenatus decernit. Ab adoleſcẽtia.Hæc oĩa ſunt clara. Et ſubauditur ꝓ oĩa reſpondit:uel dicebat. Enixũ.i.conatum. dedi ſemꝑ operam ab adoleſcentia mea: ut me unuſqſq; optimus laudaret. Ob uirtutem ãpud Numantiã placui Scipiõi optimo impatori ob eandem uirtutẽ Micipſa me in filiũ adoptauit.

Probaretur.i.laudaretur. Artes.i.uirtutes. Non penuria liberoꝝ.i.nõ qa filios nõ haberet micipſa me in regnũ adoptauit:ſed propter uirtutẽ.Nam filios duos habebat. Cæterum: Sed dicebat eo.i.ideo animũ ſuũ minus tollere iniuriã:q; pro qa feciſſet plura bene atq; ſtrenue. Apud legatos iugurtha cãm ſuã mendacio defendit.Dicit.n.Ego hoc bellũ nõ ſpõte ſuſcepi:ſed coactus.Nam cũ adherbal mihi tenderet miſidias:&me dolo ĩterficere conaret:coactus ſum me defendẽ & iniuria repellere. Nam cũ multa fortiter fecerim: nõ poſſum iniurias tollerare.ſed hoc totũ falſũ eſt qđ iugurtha dicit.

Strenue.i.fortiter. Miuus.i.non. Dolis.i. per dolos:dolus a ledendo dictus eſt. Quod ubi cõperiſſet.Et dicebat ſe obuiam iiſſe ſceleri eius. Vbi pro poſtq̃ cõperiſſet qđ.i.illud. uideli cet qđ inſidiaret ſibi. Cõperiſſet.i.inueniſſet.

Obuiã iiſſe.i.reſtitiſſe. Populũ romanũ.Populus romanus(inqut)non benefaciet:ſi me ꝓhibet iniuriã mihi illatam repellere:quod iure gentiũ cõcedit unicuiq;.Nam ius gentiũ & ius naturale eſt:ut unicuiq; uim ui repellere liceat.

Ab iure gentiũ ſe ſe prohibuerit: uidelicet ſi ꝓhibuerit quo minus uim ui repellat: qđ apud oẽs gentes licet.Nam ius gentiũ dicit qđ apud oẽs gentes ſeruat. Ita:hoc modo:uidelicet cũ iugurtha ita reſpõdiſſet. Vtriq;.ſ.legati:iugurtha: Diggrediuntur.i.ab inuicem diſcedunt:

gis q; Romæ quũ proficiſci parãt:de prælio facto & oppugnatione cirthæ audiebat:ſed is rumor clemens erat:quoꝝ Iugurtha accepta oratione reſpondit ſibi:neq; maius quicq̃:neq; cariꝰ auctoritate ſenatus eſſe ab adoleſcentia ita ſe enixum:ut ab optimo quoq; probaret uirtute nõ malicia.P.Scipioni ſũmo uiro placuiſſe ob eaſdem artis a micipſa nõ penuria liberoꝝ in regnũ adoptatum eẽ. Cæteꝝ q; plæraq; bene atq; ſtrenue feciſſet eo aĩum ſuũ iniuriã minus tollerare adherbalẽ dolis uitæ ſuæ inſidiatũ eẽ qđ ubi cõperiſſet ſceleri obuiã eẽ.Po.Ro.neq; recte neq; ꝓ bono factuꝝ:ſi ab iure gentiũ ſeſe ꝓhibuerit:poſtrẽo de oĩbus rebus legatos Ro. breui miſſuꝝ:ita utriq; digrediũtur:Adherbali nõ fuit appellãdi copia. Iugurta ubi eos affrica diſceſſiſſe ratus eſt neq; pp loci naturam armis expugnare cirthã põt: Vallo atq; foſſa mœnia circũdat:turres extruit:eaſq; p̃ſidiis firmat p̃terea dies noctesq; aut p uim aut dolis tẽtare:defenſoribus mœniũ p̃mia modo:mõ formidine oſtẽtare:ſuos hortando ad uirtutẽ erigere ꝓrſus ĩtentus cũcta parare. Ac ubi adherbal intelligit oẽs fortũas ſuas in extrẽo ſitas hoſtem infeſtũ: auxilli ſpem nullam:penuria neceſſarium bellum

Iugurtha ubi eos:Iugurtha poſtq̃ legatos ro.ex affrica diſceſſiſſe cognouit:cum uideret ſe Cirtham armis capere non poſſe:quia per naturam loci munitiſſima erat:uallo & foſſa mœnia:circũdat. Turres altas extruit:& eas præſidiis firmat hoc eſt fecit:ne quis ex urbe egredi poſſet:& ne cõmeatus introferri poſſent. Ratus eſt.i.opinatus eſt. Expugnare.i.uincere. Vallo:ualli dicuntur fuſtes foſſarum genere maſculino.Nam munitio ipſa uallum dicitur neutro genere. Nam uallum eſt munitio ex fuſtibus facta .i. ex palis. Vnde qui obſident urbes uallo & foſſa ſolent eas cingere:ne oppida ni ſubita eruptione exercitum inuadere poſſint:& ne cõmeatus ex aliqua parte introduci poſſint:ne ue multitudo poſſit exire:atq; ita ad famem ciuitatis deducatur:ut ea neceſſitate deditionem facere compellatur. Præſidiis: præſidium dicatur a præſidendo.Eſt autem præſidium electa militũ multitudo ad cuſtodiã alicuius uel urbis uel arcis uel caſtelli uel alterius cuiuſpiam loci muniti poſita. Firmat.i.munit. Dies noctesq;.i.per diem & per noctẽ. Temptare:pro temptabat:more ſuo. Defenſoribus.promittebat ingentia præmia his qui urbem defendebant:ſi eam ſibi tradere uellent. Modo.i.aliquando. Intentus:ideſt ſolicitus. Adherbal.Ordo eſt. Adherbal delegit duos maxime impigros ex his qui profugerant ſecum una Cirtham:& confirmat eos multa pollicendo & miſerando caſum ſuum:uti noctu pergerent ad mare per munitiones hoſtium: deh nc pergerent romam: Vbi pro poſtquã cognoſcit omnes ſuas fortunas ſitas ſcilicet eſſe in extremo.& hoſtem infeſtum. ſ.eſſe.Et nullam ſpem auxilii.ſ.eſſe:& bellum trahi non poſſe penuria rerum neceſſariarum. Senſus patet. Cum(inquit)Adherbal uidit ſe ad extrema eſſe deductum:nec habere ſpem aliquam auxilii:& obſidionem diutius ferr̃ nõ poſſe.propter inopiam rerum neceſſariarum:duos uiros romam miſit cũ litteris ad ſenatũ oẽs fortunas ſuas.i.ſtatum ſuum. Sitas.i.poſitas eſſe. Hoſtem infeſtum.i.hoſtẽ in exitium ſuũ paratum & perſeuerantem. Penuria.i.inopia. Rerum neceſſariarũ:qa neceſſaria ad uictum iam deficere inceperant.

Trahi.i.prolongari. Impigros.i.strenuos. Miserando casum suū.i.cōmiserationē ducendo. Confirmat.i.inducit. Paucis diebus iussa efficiūt: quia paucis diebus Romā uenerūt cū litteris adherbalis ad Senatū. Iussa.i.p̄cepta q̄ p̄cepat adherbal. Quarū sīa.Salu.nō uerba sed sīas lr̄arum adherbalis pōit.

On mea culpa.i.,ppter meā culpā.in hac epistola beniuolentiā captat a Senatu: & in odiū aduersariū adducit:cū eius crudelitatē ostēdit & superbiā. Oratū.i.ad orandū. Vis.uiolentia. Subegit.i.coegit. Extinguendi.i.occidēdi. Ecce crudelitatē iugurthe ostēdit. Inuasit.i.īcessit. Ne q̄ uos neq̄ deos:i.nec deos nec hoīes ueretur. Sanguinē meū.i.uitam. Malit.i.magis uelit. Itaq̄:quia cupit me extinguere. ideo iam menses quinq̄ me obsidet. Socius: p hoc ostēdit sibi a Sēatu auxiliū deberi. Et est argumētū a partibus iustitiæ:uidelicet a gratia. Neq̄ patris mei:contra iugurthā nō opitulatur mihiq̄ a patre meo ipse in filiū adoptatus est:neq̄ q̄d nos decreuistis:quā parte regni quisq̄ possideat:sed calcata pietate:& decreto uestro neglecto me regno expulit:& uitā mihi auferre conatur. Beneficia.s.in iugurthā:quia iugurtha a patre meo in filiū adoptatus & assumptus ē. Et hoc nihil mihi prodest:quia iugurtha impius & īmemor beneficii sanguinē meū quærit.

Decre.ue.i.id q̄d uos decreuistis:uidelicet: uterq̄ parte illā regni teneat:quā legati romāi assignauerunt:ipse iugurtha hoc negligit:& regnum meū inuasit. Ferro an fame: duobus ingentibus malis se premi dicit:ferro & fame. Acrius.idest uehementius. Vrgear:idest premar. Incertus sum.i.nescio:dubius sum. Dehortatur fortūa mea scilicet infœlix & aduersa fortuna dehortaf̄ me plura scribeř de iugurtha:qa timeo ne mihi nō credaf̄. Nā ita euenīr solet:ut miseris & infoelicibus parū credatur

Parū fidei miseris esse.i.parū credi miseri sicuti ego sum regno&'fortūis oībus spoli..tus Nisi tantū intelligo.ac si diceret. Nescio utrum mihi credatis id quod scribo de iugurtha. Sed hoc certe scio. Aliud ēt ptæter me iugurthā quærere: Nā quæ rerum trahi non posse ex his qui una cirtham profugerant:duos maxime impigros delegit: eos multa pollicendo ac miserando: casum suū confirmat:uti per hostium munitiones noctu ad proximū mare:deinde Romā pergerēt:Numidiæ paucis diebus iussa efficiūt. Litteræ Adherbalis in senatu recitatæ quarū sīa hæc fuit.

On mea culpa sæpe ad uos oratum mitto. P.C. sed uis iugurthæ subegit:quem tanta libido extinguendi me inuasit ut neq̄ uos:neq̄ deos immortalis in animo habeat: sanguinem meū: q̄ oīa malit:itaq̄ iam quintum mensem socius & amicus Po,Ro.armis obsessus teneor:neq̄ mi cipsæ patris mei beneficia: neq̄ uestra decreta auxiliantur:ferro an fame acrius urgeat:incertus sum:plura de iugurtha scribeř dehortatur fortuna mea:ēt ante exptus sum parū fidei miseris esse:nisi tamē intelligo illum supra q̄ ego sum petere:neq̄ simul aīcitiā uestrā & regnū meum spare :utrū grauius existimet nemini occultū ē mihi credatis id quod scribo de iugurtha. Sed hoc certe scio. Aliud ēt ptæter me iugurthā quærere: Nā quæsierit hoc quomō regnū numidiæ quod ē uestrū sibi usurpet. Quare si mihi auxilio eē nō uultis: saltē rebus uestris prouidete. Tantū illud a uobis peto ut me ex mānibus eius eripiatis.& hoc est quod dicit. Et ex hoc loco maxie attētos facit eos ad quos scribit. Dicit enī hoc ad eos ptinere de quo agit. Nisi tātū.i.solūmodo. Illū.s.iugurthā. Supra q̄ ego sum petere. intelligo inqt iugurthā plus q̄ ego sum q̄rere:nō solū me q̄rit:sed ēt aliud. Et ita Senatū ualde sollicitū reddit ne diutius tardet cōtra iugurthā prouidere. Dicit.n.iugurtha quærit aliud q̄ me. Et quid ē illud quod quærit? imperiū numidiæ quod ē uestrū sibi usurpare q̄rit. Petere.i.q̄rere. Supra q̄ ego sum.i.plus q̄ ego sum. Neq̄ simul amicitiā uestrā & regnū sperare meū. Ego intelligo iugurtha hæc duo simul sperare nō pōt:uidelicet ut & amicus uester sit & regnū meū teneat atq̄ usurpet. Nouit enim & intelligit iugurtha hoc fieri nō posse ut me regno spoliet:& sit uester amicus. Et quāobrem Quia cū ego iunctus sim societate & aīcitia cū populo romāo:apte intelligit se eē uestrū inimicum: si me regno spoliauerit:ius enī societatis & amicitiæ hoc exigit:ut q mihi hostis estis:is etiā uester sit hostis. Cum āt nūc iugurtha me regno spoliauerit aperte se hostē populi romāi eē demōstrat atq̄ fateř. q̄ si hostis uester ē iugurtha uidete ne regnū numidiæ quod ē uestrū sibi usurpet. Et hoc est quod dicit. Neq̄ simul. Et intelligo illū iugurthā nō sperare simul aīcitiā uestrā & regnū meū:quia amicus uester eē nō pōt simul:& teneř regnum meū. Et hæc ē rō:quia ego sum amicus & socius populi romāi:ut necesse sit eū eē uestrū inimicū: qui mihi inferat iniuriā. Vtr̄ grauius existimet:nemini occultū est:ac si diceret. Cū iugurtha intelligat se amicitiā uestrā simul & regnū meū habere nō posse.i.cū iugurtha intelligat se nō posse uestrū amicū eē simul & mihi inimicū:quis nō intelligit:cū me regno iā spoliauerit:illū factū eē uestrū inimicū & hostē. Si aūt uester hostis ē factus:quis hoc quoq̄ nō intelligit illū aliud quærere:q̄ me uidelicet regnū numidiæ :quod ē uestrū. Et hoc est quod dicit. Vtrū grauius existimet:nemini est occultū.i.nemo ignorat an grauius aliquid cogitet iugurtha.i.nēo ignorat an maius quiddā quærat iugurtha q̄ ego sum. Vult enim adherbal probare hoc & cōcludere q̄ iughrtha quærit aliud q̄ se adherbalē:uidelicet regnū numidiæ quod ē populi romāi ut senatus cito,puideat quādo res sua agit̄. Nā in initio probat hoc adherbal quod dicit:uidelicet iugurtham aliud quærere q̄ se Adherbalē. Et hoc probat ab antea cta uita:ac si diceret:iugurtha hoc facere cōsueuit cū aliquē

regno

regno ſpoliauit:ſtatim aggreditur aliū & ꝓpterea:cū me regno ſpoliauerit:quis dubitat quin regnū numi
diæ qđ eſt ueſtrū:ſtatim iuadat:imo illud iam armis tenet:niſi cito ꝓuideatis:q; aūt iugurtha habeat hāc cō
ſuetudinē:ut cū aliquē regno ſpoliauerit:ſtatim aliū aggrediat:ꝓbat ab exēplo:dicens iugurtha primo hiem
pialem fratrē meū interfecit:deinde me regno expulit. Nā in initio:uere dico:q; cū iugurtha me regno ſpo
liauerit:nemo ignorat:quin grauius aliqd facere cogitet:qa ſic facere cōſueuit. Nam in initio hiēſalem occi
dit:deinde me regno expulit. Quæ ſane fuerīt
noſtræ iniuriæ nihil ad uos. Color eſt q uocat
occupatio q̄ fit cum dicimus nos p̄terire aut nō
ſcire:aut nolle dicere:ide qđ nūc maxīe dicīus
ut hoc loco:Adherbal cōmemorat iniurias ac
ceptas a iugurtha ut oſtendat eas ad ſenatū pti
nere:quādo quidē ipſe adherbal ſocius ē & ami
cus populi romani. Et tamē dicit iniuriæ quas
intulit iugurtha noſtre ſint.i.ad nos tantūmō p
tineant:nihil ad uos.ſ.ptineāt:ac ſi diceret de in
iuriis noſtris nolite eſſe ſoliciti. Sed ſolliciti eſte
de regno numidiæ qđ eſt ueſtrū qđ nūc iugur
tha armis tenet. Nihil ad uos.ſ.ptineant iniu
riæ noſtræ p occupationē monet Senatū ut in
iurias illatas a iugurtha ulciſcat:& tamen nega
re uidet. Verū:ac ſi diceret:ſi de noſtris iniu
riis nō curatis:ſed ſaltē de regno numidiæ:qđ ē
ueſtrū curā habete. Veſtrū regnū.ſ. numidiæ
ſicut ſupra dixit Ad miniſtrationē regni uult eē
ſuā:ſed regnū ip̄m uult eē populi ro. Quanti
fecerit.i.q̄ti æſtimauerit. Pericula mea decla
rant nō.n.eſſem in his piculis ſi uerba legatoꝝ
obſeruaſſet. Quid eſt reliquū.i.quid ſupeſt qđ
reſtat:per qđ iugurtha moueri poſſit:niſi uis ue
ſtra.i.potentia ueſtra. Nā ego qđē:ordo ē:Nā
pro quia:& hæc quæ ego ſcribo & illa quæ an
te ſum q̄ſtus in ſenatu uana forent potius.i.po
tius eēnt falſa:q̄ miſeria mea facerent fidē uer
bis.ac ſi diceret:uos poteſtis credere id eē uerū
qđ ſcribo:quia calamitas & miſeria mea facit ut
credatis. Sed utinā & hæc quæ nūc ſcribo:& ea
quæ conquæſtus ſum in ſenatu de iugurtha cū
eſſem romæ:eſſent falſa potius q̄ miſeria mea
faceret fidē uerbis.uelīē:ut id qđ ſcribo nō eſſet
Sed quoniā eo natus ſum:ordo eſt:ſed ego iā de
i.ad id ut eſſem oſtētui ſceleꝝ iugurthæ. Senſus pēdet aſupiori:nā antea p occupationē hoc dixit:nolo uos
de me & de meis iniuriis eſſe ſolicitos:ac ſi diceret:nō peto ut me reſtituatis in regnū quia nolo uos de me
eē ſolicitos:tātūmō de regno numidiæ qđ eſt ueſtrū eſte ſoliciti:qa q̄tū ad me attinet:unū ſolū a uobis peto
ut me de manibus ipiis iugurthæ eripiatis:ne ſi in poteſtatē & manus eius uenero uitā in tormētis & crucia
tibus corpis finire cōpellat. Eo natus ſū ac ſi diceret:quoniā fatali quadā neceſſitate ad hoc natus ſū:& ad
hāc miſeriā me uēire opportebat:ut iugurtha ī me potiſſimū ſua ſcelera oñtaret. Sceleꝝ oſtētui eēm.i.nt
eſſē ad oſtentationē ſceleꝝ iugurthæ:qa iugurtha ſua ſcelera ī me potiſſimū oſtētat. Inimici.i.iugurthæ.im
pū:poteſtatē ſupbā:& dominationē. Euadā.i.effugiā. Regno numidiæ qđ ueſtrū ē:uti libet cōſulite. Color
eſt q dē pmiſſio:quæ fit cū ī dicēdo nos oſtēdimus aliq̄ rē totā tradere & cōcedere alicuius uolūtati. Sicuti
hoc loco facit adherbal:dicit.n.de regno numidiæ:ego nō curo:facite ꝓuidete ut uultis:uſtꝝ ē illud tātū a
uobis peto:ut me de mānibus ipiis iugurthæ eripiatis & hoc p̄cor p maieſtatē impii & fidē amicitiæ. Cōſu
lite:ꝓuidete. His litteris recitatis:i.cū hæ litteræ recitatē fuiſſent ī ſenatu:Dicit qđ decreuerit ſenatus poſtq̄
litteræ adherbalis ſūt in ſenatu recitatæ. Quidā fuerūt:q cenſerēt exercitū ſtatim ī affricā eſſe mittendū &
adherbali ſubueniēdū. interea in ſenatu decerneret quid eēt faciendū de iugurtha. q legatis nō obediuerat
ſed fautores iugurthæ ipediuerūt:ne hoc ſenatuſcōſultū fieret. Decretū itaq; ē:ut legati ad iugurthā mitte
rent:q ei minarent uerbis ſenatus:q; ab oppugnatione deſiſteret. Quāprimum.i.cito. Cōuleret.i. deli
beraret. Interim:uidelicet dū exercitus ī affricā mittit. Sūma ope.i.ſūma ui. Enixū ē. Nota enixū in paſ
ſiua ſignificatiōe ab enitor.i.conor. Ita bonū publicū.bonū cōe uictū eſt:& ſupatū gratia priuata. Nā bonū
cōe fuiſſet ſubuenire adherbali ſocio & aīco po.ro. Vt in pleriſq; ſolet negociis ſicuti fieri ſolet in multis
rebus & negociis. Gīa priuata.i.gratia quorundam qui priuatim tuebant iugurthæ pecūia ab eo corrupti

ctū legantur tamen in Africam maiores natu nobiles amplis honoribus uſi: in quibus fuit M. Aemilius Scaurus: de quo ſupra memoramus homo conſularis: & tum in Senatu potentes principes hi: & q; iugurthæ res in inuidia erat ſimul & a numidis obſecrati triduo naue aſcēdere: deinde breui uticā appulſi: lras ad Iugurthā mittūt q̄ociſſime ad prouīciam accedat ſe ad eū ab ſenatu miſſos. Ille ubi accepit homines claros quoꝝ auctoritatē R.o. pollere audierat cōtra incœptū ſuū uēiſſe: prīo cōmotus metu atq; libidine diuerſus agitabatur. Tiebat irā ſenatus ni paruiſſet legatis: porro aius cæcus cupidine ad incœptū ſcelus rapiebatur. Vicit tamē in auido ingēio prauū cōſiliū, igit exercitu circūdato ſūma ui Cirthā irrumpere nitit maxīe ſperās deducta manu hoſtiū: aut ui aut dolis ſeſe caſum uictoriæ inuenturꝝ: qđ ubi ſecus procedit: neq; qđ intēderat efficere pōt: utpus q̄ legatos cōuēiret: Adherbalis potiretur: ne amplius morādo Scaurum quē plurimum metuebat incenderet: cum paucis equitibus in prouinciam uenit. Tametſi ſenatus uerbis minæ graues nunciabantur; quod ab oppugnatione Cirthæ non deſiſteret: multa tamen oratione conſūpta legati fruſtra diſceſſere: ea poſtquam Cirthæ audita ſunt: Italici quoꝝ uirtute mœnia defendebātur cōſiſi deditiōe facta pro

Leganť .i. legati mittunť. Maiores natu. i. ſenes nō ſicuti pauloāte adoleſcētes. Amplis uſi honoribus: ſdeſt perfuncti magnis honoribus: ut cōſulatu: ſicuti Scaurus q & cōſul fuerat & princeps ſenatus. In quis. i. in q̄bus. Hii. ſ. legati triduo naué aſcēdere pro aſcēderunt: qa res erat in iuidia. & qa a Numidis obiecrati ſcilicet fuerāt. Res erat ī iuidia. i. ī odio. Nā multi moleſte ferebāt q; iugurtha tā ſceleratus eēt in adherbalem & tā ſupbus ut legatis nō paruiſſet. A numidis: qui uenerāt ad ſenatū cum litteris adherbalis. Obiecrati: rogati. Triduo. i. tribus diebus. Vticā eſt ciuitas africæ: quā romani tenebāt. Appulſi. i. aduecti. Litteras ad iugurthā mittūt. cuius rei litteras mittunt. ſ. ut q̄ celerrime accedat ad prouinciam. Quāocriſſime. i. q̄ celerrime: hoc eſt ualde & maxīe celeriter. Accedat. i. ueniat.

Ad ꝓuinciā: ſicuti ſupra dixi ea pars africæ quā tenebāt romani uocabať prouīcia a porro & uincendo dicta. Ille ubi accæpit: ordo ē: ille ſcilicet iugurtha prīo cōmotuſ metu atq; libidine agitabatur diuerſus. Vbi. pro poſtq̄ accepit hoſtes claros uēiſſe contra ſuū incœptū. quorū ſcilicet hoſtium auctoritatem audiuerat pollere romæ. Cū inq̄t iugurtha audiuiſſet hoſtes ſummæ auctoritatis uēiſſe ad ſe timere cœpit. Sed tamē cū hoc tīore erat iūcta libido pficiēdi qđ ſemel incœperat. uidelicet ut urbē cirthā expugnaret & adherbalē caperet. Cū ergo metus & libido iugurthā agitarent: uicit tandē libido. Atq; ita circūdato exercitu cirthā irrūpere conatus ē: ſed nihil perficere potuit. Pollere. i. ualere. Contra incœptum. i. cōtra conatū ſuū: uidelicet ut cogerēt eū deſiſteť ab īcoepto: & a ꝓpoſito ſuo. Metu atq; libi. Ipſe declarat: & quid tīeret. & quid cupet: tīebat ſenatū. niſi paruiſſet legatis q uolebāt eū ab oppugnatiōe cirthæ deſiſtere. cupiebat āt ipſe urbē capere priuſq̄ ad legatos uēiret. Aduerſus. i. in diuerſas ptes. Agitabať. i. cōmouebať. Porro. i. deinde. Cupidine. i. cupiditate. Ad inceptū ſcelus: uidelicet ut Cirthā urbē expugnaret: & Adherbalē caperet atq; necaret. Rapiebať: ferebatur: ducebať. Vicit tamē ī auido ingēio prauum cōſiliū: qa deliberauit prius expugnare urbem ſi ullo mō poſſet. deinde ad legatos uēire

Irrumpe. i. ꝓuī ingredi. Nitiť: conať per oppugnationē ingredi. Maxīe ſperās: ſperabat iugurtha poſſe urbē aut ui aut dolis capē: ſi hoſtes diuiderenť inter ſe: nec in uno loco ſimul oēs pugnarent: ſed ſeparati urbē diuerſis in locis defenderent: & hoc eſt quod dicit maxime ſperans deducta manu hoſtium aut ui aut dolis ſeſe caſum uictoriæ inuēturum. Deducta manu hoſtiū. i. diuiſa multitupine hoſtiū q urbē defendebāt: uidelicet ne in uno loco ſimul oēs pugnarent. Nā deduco ſignificat diuido. Aut ui aut dolis. i. aut per uim aut per dolos. qa quādo ſimul oēs in uno loco pugnāt: difficilius ſuperanť: & difficilius decipiunť. Sed ſi multitudo diuiſa eſt facilius & ui uincunť & dolis decipiunť. Quod ubi ſecus ꝓcedit. ordo ē: ille iugurtha uēit in ꝓuinciā cū paucis eqtibus: ne āplius morādo incēderet. M. Scaurū quē plurimū metuebat: ubi pro poſtq̄ quod ideſt illud ſecus ꝓcedit. neq; pōt efficere id qđ ītēderat. ſ. utiq̄ potiretur adherbalis priuſq̄ cōuēiret legatos:. Sēſus patet. Secus ꝓcedit. i. aliter euēit. ſ. q̄ putabat. nā ſpabat poſſe urbē capē āteq̄ legatos cōuēiret. ſed nō potuit. Intēderat. i. cogitauerat. & conatus fuerat. & declarat qđ ſit illud qđ ītēderat. uolebat. n. priuſq̄ legatos cōuēiret capē adherbalē. Cōuēiret. i. alloq̄reť. Adherbalis potiretur. i. adherbalē capet: & eū in ptātē ſuā redigeret. Amplius. i. diutius. M. Scauꝝ pricipē legatiōis. Incēderet: i. exagitaret: irritaret: In ꝓuīciā. dixi āte a qđ ſit ꝓuīcia: uēit in ꝓuinciā uidelicet romāorum ad legatos. At tāetſi. ordo ē. ac. i. & tñ legati fruſtra diſceſſeť cōſūpta multa oīone: tāetſi ꝓ q̄uis graues minæ nūciabanť ei uerbis Sēatus: q; ꝓ quia nō deſiſteret ab oppugnatiōe. q̄uis legati ex pte ſenatus grauiter minarenť iugurthæ: q; nō deſiſteret oppugnare adherbalē. tñ nihil fecerūt: ſed fruſtra diſceſſerūt. Ea: ordo ē: italici uirtute quoꝝ mœnia defēſabanť: cōſiſi ſeſe fore īuiolatos p magnitudinē po. ro. fcā deditiōe ſuadēt Adherbali

Vti tradat se & oppidū iugurthæ:& suadent:ut dico fecerūt hoc postq̄ ea sunt audita Cirtæ paciscit tātū uitā ab eo.Et dicebāt.de cæteris fore curæ senatui.Qui urbē Cirtā defendebāt magna ex parte erāt italici/ Igit hi:cū uiderēt legatos frustra discessisse:nec spē auxilii adherbali esse relictā:suadent ei:ut & se & urbē iugurthæ tradat:hoc pacto:ut uitā sibi relinquat.Adherbal q̄u s crederet iugurthā fidē nō esse seruatuꝝ:tamē quia illi italici q hoc suadebāt aderbali:cogere etiā poterāt:i ille nollet:fecit sicuti illi hortabant.Et tradidit se iugurthæ.Quo facto statim iugurtha contra fidē adherbalē interfecit. Ea.i.ille res:uideli / cet q̄uo legati frustra discessissent re infecta.

pter magnitudinē:Po.R.inuiolatos se se fore: Adherbali suadent uti se & oppidū Iugurthæ tradat:tantū ab eo uitam paciscatur:de cæteris senatui curæ fore:At ille,tametsi oia potiora fide Iugurthæ rebatur:tamen qa penes eosdem si aduersaretur cogēdi potestas erat:ita uti ceteris fuerant italici deditionē facit.Iugurtha in primis Adherbalem excruciatū necat:deinde oēs puberes Numidas:atq; negociatores p̄miscue uti quisq; armatus obuius fuerat:interfecit. Quod postq̄ Romæ cognitū ē:& res i senatu agitari cœpit:idē ministri regis īterpellando ac sæpe grā īterdū iurgiis trahendo tps atrocitatē facti leniebāt:ac ni.C.Mēmius Tri.Pl.designatus uir acer & infestus potentiæ nobilitatis Po. R.edocuisset id agi:ut per paucos factiosos

Cōfisi Sperabāt italici:si dedittio fieret se nihil mali passuros esse:sed fore oīno inuiolatos a iugurtha:quia erant italici sub imperio Ro.cōstituti. Tantū ab eo uitā paciscat.i.solū ex pacto uitā petat. De cæteris rebus italici dicebāt:o adherbal.Si uitā seruaueris:satis est. Cætera senatus curabit. At ille:ordo est:At.i.sed ille fecit deditionē ita uti italici censuerāt:quia potestas cogendi erat penes eosdē si ille aduersaret: tametsi pro q̄uis ille rebatur oīa potiora fide iugurthæ.Adherbal q̄uis de fide iugurthæ dubitaret uidelicet illū non seruaturꝝ id qđ promitteret:tñ quia uidebat fore:ut si nollet:cogeret per uim ab ipsis italicis:tradidit se & urbem iugurthæ. Tametsi oia potiora fide iugurthæ rebat.i.q̄uis putabat oīa esse meliora q̄ fidem iugurthæ uidebat adherbal se nihil pe⁹ius facere posse q̄ se fidei iugurthæ cōmittere:qa sciebat illū non esse seruaturū fidem. Penes eosdē.i. apud eosdē.s.italicos:quia si noluisset adherbal tradere se & urbē iugurthæ sicuti uolebāt:ip̄m didit.primo ip̄m Adherbalē interfecit:deinde oēs Numidas adultos & negociatores qui armati defendebant urbē.italicos seruauit:qa timebat romanos. Oēs puberes:i.adultos:puberes dicūtur q ad eā ætatem uenerūt ut iā primā barbæ lanuginē emittant. Oēs numidas:uidelicet qui habitabāt cirtā. Nam Cirta est ciuitas Numidaꝝ. Negociatores:qui non erant ciues nec incole Cirtæ:sed aduenæ & pegrini:qui tamen & ipsi urbem defensuerant. Promiscue.i.mixtim pariter sine differentia:quia sic peregrinos sicuti incolas necauit. Vti q̄sq; armatus obuius fuerat:sicuti quisq; armatus sibi restiterat in expugnatiōe urbis. Quod postq̄.Cum (inquit) romæ cognitū esset:quid defecisset iugurtha:uidelicet q̄uo cirtā per deditionē accepisset:& cōtra fidem adherbalem regem necassent:& cedem ingētem hoīum ppetrasset:senatus tractare cœpit quid de ipso faciendum esset.Fautores iugurthæ ne aliquid decerneret elaborabant:tps & gratia & cōtentione q̄tum poterant:trahebāt:& atrocitatē facti iugurthæ mitigabāt. Quod postq̄:ordo est.idē illi ministri regis leniebāt atrocitatē facti interpellādo:& trahendo tps sæpe gratia:interdū iurgiis.postq̄ qđ.i.illud est cognitū romæ:& postq̄ res cœpit agitari in senatu. Agitari.i.tractari:discuti. Ministri.i.fautores:q corrupti erāt pecunia. Interpellando.i.īpediendo.interpellare ꝓprie est mediā alterius orationem uel actionem interrūpere. Sæpe gratia: quia nōnunq̄ fautores regis:senatores priuatim benigne & suppliciter rogabāt:ut amore & gratia sui nihil contra iugurthā decernere uellent. Interdū iurgiis.i.cōtentionibus: quia fautores regis regis aliquando non priuatim sed publice in senatu causam iugurthæ defendebāt:aperte resistentes his qui aliquid cōtra iugurtham dicebāt esse decernendū. Trahendo.i.prolōgando ꝓlatādo. Atrocitatem aspitatem:inuidiā:nihil.n.tā asperū & tam graue est:qđ diuturnitate tpis leue & molle non fiat. Ac nisi:ordo est.profecto oīs iuidia foret dilapsa prolatādis cōsultatiōibus:tanta erat uis gratiæ:pecuniæ regis set populum romanum:id agi:ut scelus cōdonaret iugurthæ per paucos factiosos. Tribuni plæbis primum creati fuerunt ad defensionē plæbis cōtra uim cōsulū & nobilitatis horum tribunoꝝ magna erat potestas adeo:ut si totus senatus aliquid decerneret:solus tribunus plæbis intercedendo illud īpedire posset:Cū ergo Caius Mēmius tribunus plæbis designatus uideret maiorem partē senatus & nobilitatis ita esse corruptam:ut scelus iugurthæ impunitū relinqueretur populum ad contionem uocauit:& ei exposuit:quēadmodum per paucos potentes & amicos iugurthæ.id tractaretur ut scelus iugurthæ impunitum relinqueretur. Quo factū est ut senatus populū timens statim decerneret ut consul cū exercitu in affricā mitteret cōtra iugurthā.Et hoc est qđ dicit. Tribunus plæbis designatus.i.electus:& creatus Nundū.n.inierat magistratū sed tantūmodo creatus erat tribunus plæbis. Acer.i.fortis & uehemens. Infestus potentiæ nobilitatis.i. aduersus & cōtrarius potētiæ nobiliū Mēmius moleste ferebat tantā esse potētiā senatus:ut puincias rege ret & totā rēp.pro arbitrio suo gubernaret.iō erat aduersus & inimicus potētiæ nobilū. Id agi.i.tractari.

Iugurthæ ſcelus cõdonaretur:pfecto oís inui-
dia in prolatandis cõſultationibus dilapſa foret
Tanta uis gratiæ atq; pecuniæ regis erat: ſz ubi
ſenatus delicti conſcientia populum timet:lege
Sempronia prouinciæ futuris Conſ.Numidia
atq; Italia decretæ ſunt:Conſ.declarati.P. Sci-
pio Naſica.L.Calphurnius Beſtia Calphurnio
Numidia Scipioni Italia obuenit.Deinde exer
citus qui in Affricã portaret ſcribitur: ſtipẽdiũ
aliaq; quæ bello uſui forent decernuntur.Atiu
gurtha cõtra ſpem nuncio accepto: quippe oía
cui uenũ ire Romæ in aío hæſerat: filium & cũ
eo duos familiares ad ſenatum legatos mittit.
Hiſq; uti illis qnos hiempſale íterfecto miſerat:
præcepit omnis mortales uti pecunia aggredi-
antur: Q ui poſtq̃ Ro. aduẽtabãt:ſẽatus a Be-
ſtia cõſultus ẽ:placeret ne legatoſ iugurthe reci
pi mœnibus:Hiq; decreuere :ni regnũ ipſumq;
deditũ uẽiſſẽt:uti diebus ĩ pximis decẽ Italia de
cederẽt:Cõſul nũiidis ex Scipiõe Decio nũciari
iubet:ita infectis rebus illi domum diſcedunt.

Iugurtha ſcelus cõdonaretur. i.ut iugurthe ſcelus nõ puniretur.nã ſcelus dicit cõdonari qñ ĩpunitũ relinq̃ tur. Oís ĩuidia,platãdis conſultatiõibus dilapſa foret. Vnũquodq; ſcelus qñ recẽs ẽ atrox & indignũ & pu nitione dignũ uidet:ſed ſi in lõgũ punitio differt atq; ptrahit:p diuturnitatẽ tpis atrocitas ſceleris & ĩuidia minuitur.Fautores igit & aíci iugurthe:quotiẽs in ſenatu de ipſo agitabat dabãt operã ut nihil decerneret; ſed in aliud atq; in aliud tps differret:& ita tps deliberatiõis prolõgãdo ſenſim atrocitatẽ facti iugurthæ & ĩ uidiam minuebant. Oís inuidia.i.odium.

Prolatandis conſultationibus.id eſt prolongã-
dis & protrahendis deliberationibus. Dilap
ſa foret.i.effugiſſet. Sed ubi.ordo eſt: Numi
dia atq; italia prouincie decrete ſunt futuris cõ-
ſulibus lege Sempronia:ubi pro poſtq̃ Senatus
timet populum conſcientia delicti: Prouinciæ
populi Romani regebantur alie per conſules:
uel proconſules.aliæ per prætores digniores,p
uinciæ regebãtur per conſules:Sẽpronius grac
chus conſul legem tulerat ut italia & numidia,p
uincie regerentur per conſules.Cum ergo Se-
natus intelligeret populũ per.C.Memiũ tribu
num plebis eſſe cõmotum:timere cœpit:& ſta
tim decreuit ſecundũ legem ſemproniã: ut qui
proxime conſules electi eſſent italiam & numi
diam prouincias regendas haberent. Cõſules
declarati ſunt.P.Scipio naſica&.L.Calphur.Be
ſtia:hi prouincias inter ſe partiti ſunt:Calphur
nio numidia:Scipioni italia per ſortem euenit.

Delicti conſciẽtia:nam qa Senatus ſciebat ſe
peccaſſe:propterea timebat populum.Sciebat
enĩ Senatus pars maior ſe a iugurtha eſſe cor-
ruptam.& ideo non punire ſcelus eius: quẽad-
modum & iuſtitia & dignitas populi romãi ex
igebat.Et hoc erat delictum. Decretæ.i.deli-
beratæ. Deinde exercitus :oſtendit quãta ce
leritate prouiderit Senatus contra iugurtham
poſtq̃ timere cœpit populum. Portaretur.i.
nauibus ueheretur per mare.nam mare diui-
dit africam ab italia. Stipendium:ſtipẽdium
dicitur merces & præmium militare. Vſui:i deſt utilitati. Decernuntur:deliberantur:ſtatuuntur. Atiu
gurtha:ita quidem Senatus decreuerat:ut conſul cum exercitu contra iughrtham in aphricã iret. Sed iugur
tha cum hoc intellexiſſet:filium ſuum & duos familiares legatos miſit ad Senatum.ordo eſt:At iugurtha mit
tit filium & duos familiares cum eo legatos ad Senatum:nuncio accæpto contra ſpem :quippe pro quia cui
hæſerat in animo:omnia uenum ire Romæ. Contra ſpem nuncio accæpto:id eſt cum nuncium accepiſ-
ſet contra ſpem:quia non ſperabat iugurtha q̃ ſenatus contra ſe exercitum mitteret: quia hoc fixum hẽbat
in animo:q̃ omnia Romæ eſſent uenalia:id eſt oía Romæ uenderentur. Cum ergo iugurtha hoc haberet
in animo q̃ omnia Romæ uenderent:ſperat ſe pecuniis poſſe redimere impunitatem ſui ſceleris: quia Ad
herbalem primo regno ſpoliauerat:poſtea interfecerat.Sed ubi uidit Senatum decreuiſſe :ut exercitus con
tra ſe mitteretur:ſtatim legatos ad eum miſit. Cui hæſerat in animo:id eſt cui fixum erat in animo. Et
quid erãt fixum:hoc quod ſequitur:uidelicet omnia uenum ire.ideſt oĩa uendi Romæ:uenum ire.i.uenire
hoc eſt uendi. Hiſque :ordo eſt. Et præcepit his ſcilicet legatis:ut ĩ pĩ aggrediantur omnes mortales pe
cunia uti pro ſicut precepit illis:ſcilicet legatis quos miſerat ſcilicet romanis interfecto hiempſale. Iugurtha
totam ſuam ſpem habebat in pecunia ſua:& in auaritia romanorum nobiliũ.Dicit ergo iugurtha ſicuti quã
do hiempſalẽ interfecit:legatis quos Romã miſit precepit:uti corrũperent pecunia quoſcunq; ciues nobiles
poſſent.ſic etiam precepit his legatis quos nunc miſit. Omnes mortales aggrediantur pecunia :id eſt oés
homines pecunia corrumpere temptent. Qui:ordo eſt:Senatus eſt conſultus a Beſtia cõſule :ne:id eſt an
placeret legatos iugurthæ recipi mœnibus:poſtquam qui:id eſt illi aduentabant Romam :Beſtia cõſul cum
audiuiſſet legatos iugurthe Romã appropinquare:Senatum conuocauit:& eum rogauit an placeret,q̃ lega
ti iugurthe inter urbẽ reciperdntur:Senatus decreuit:q̃ nõ reciperentur inter urbem:niſi uẽiſſent ut regnũ
iugurthe & ipſum iugurthã tr..derent & dederẽt populo romão.q̃ ſi non ueniſſent propter hoc ſpatio decẽ
dierũ ab italia recederent. Aduentabant:id eſt appropinquabant. Conſultus:id eſt rogatus. A Beſtia.
L.Calphurnius Beſtia conſul erat:ut antea dixit. Mœnibus:id eſt inter mœnia. Neq;:ſcilicet Senatores.
Ipſum:ſcilicet iugurtham. Deditum.dedere eſt tradere. Ex Senatus decreto nunciari iubet.i. Con
ſul iubet: ut legatis nuncietur:quemadmodum decreuiſſet Senatus. Infectis:id eſt non perfectis.

Interim

Interim. Dum legati iugurthæ in affricā redeūt. calphurnius bestia cōsul exercitu p̄parato: eligit hoīes nobiles & potētes quos secū ducat in affricā & in numidiā: & ideo nobiles & potētes elegit. ut si qd. minus laudabile fecisset: eoꝝ auctoritate tegeret. Parato. i. p̄parato. Legit. i. elegit. Factiosos. i. potentes: factiosi dicūtur q multos habēt sui studiosos & complices sibi adherētes. Quoꝝ auctoritate quæ deliqsset munita fore spabat. Sic. n. solet euenire: ut si qs sociū habeat magnū aliquē & potētem uerū: ét si male faciat: tamen tolleret: & recte factū putetur pp auctoritte potētis illius uiri quē habuit sociū. Munita. i. tecta. Supra memorauimus: Nā supra mores scauri descripsit. Memorauimus. i. diximus.

Interim Calphurnius parato exercitu legit sibi hoīes nobiles: factiosos quoꝝ auctoritate q̄ deliqsset munita fore spabat: in qbus fuerat Scaurus de cuius natura & habitu supra memorauimus. Nā in cōsule nostro multæ bonæq; artes aī & corporis erant: q̄s omnis auaritia p̄pediebat: patiēs laboꝝ: acri īgenio satis ꝓuidens: belli haud ignarus: fortissimus cōtra picula: & insidias: sed legiones p Italiā regiū: atq; inde Siciliā: porro ex Sicilia in Affricā trāsuecte sūt. Igitur Calphurnius in initio paratis comeatibus acriter Numidiā aggressus est: multos mortalis & urbes aliquot pugnādo cœpit. Sed ubi iugurtha p legatos pecūia tētare: belliq; qđ administrabat alperitatē ostēdere cœpit: aīus æger auaritia facile cōuersus ē: cæteꝝ socius & minister oīum cōsilioꝝ assumit Scaurus: q tametsi a principio plærisq; ex factiōe eius corruptis acerrime regē impugnabat: tamē magnitudine pecuniæ a bono honestoq; in paruū abstractus est. Sed Iugurtha primū belli tantūmodo mora redimebat: existimās se se aliqd īterim Romæ præcio aut gratia effectuꝝ. Postea uero q̄ participē negocii Scauꝝ accepit: in maximā spē adductus recuperādæ pacis: statuit cū eis de oībus pactionibus præsens agere: cæteꝝ interea

Interim. Dum legati iugurthæ in affricā redeūt. calphurnius bestia cōsul exercitu p̄parato: eligit hoīes nobiles & potētes quos secū ducat in affricā & in numidiā: & ideo nobiles & potētes elegit. ut si qd. minus laudabile fecisset: eoꝝ auctoritate tegeret. Parato. i. p̄parato. Legit. i. elegit. Factiosos. i. potentes: factiosi dicūtur q multos habēt sui studiosos & complices sibi adherētes. Quoꝝ auctoritate quæ deliqsset munita fore spabat. Sic. n. solet euenire: ut si qs sociū habeat magnū aliquē & potētem uerū: ét si male faciat: tamen tolleret: & recte factū putetur pp auctoritte potētis illius uiri quē habuit sociū. Munita. i. tecta. Supra memorauimus: Nā supra mores scauri descripsit. Memorauimus. i. diximus.

Nā uero dico q̄ calphurnius bestia hoīes potētes elegit quos secū duceret: ut si qs peccasset: eoꝝ auctoritate se defenderet. Quia ipse cōsul hēbat quidē multas uirtutes: sed hēbat uitiū auaritiæ: quo uitio oēs uirtutes īpediebātur & ideo facile peccare poterat: ac propterea se potentibus uiris muniuerat. Artes. i. uirtutes. Præpediebat. i. īpediebat. Patiēs laboꝝ. s. erat. Acri. i. uehemēti. Belli haud ignarus. i. pitus belli. Fortissimus. i. fortissimus. Sed legiōes Dicit qūo exercitus in affricā trāsuectus sit. Igitur. s. post q̄ exercitus in affricā traductus est. Cōmeatibus: cōmeatus dicūtur ea q̄ ad uictū sunt necessaria. uulgo uictualia nūc appellātur. Sed ubi iugurtha: ita quidē calphurnius bestia cōsul cum exercitu numidā ingressus multos hoīes & aliquot urbes cœpit. Sed iugurtha ubi hoc intellexit legatos ad cōsulē misit q illū pecunia corrūperet. & aspitatē ac difficultatē belli ei monstrarent: quo facto statī aīus ad auaritiā pronus mutatus ē. Ordo ē: sed aīus æger auaritia facile est cōuersus: ubi propostq̄ iugurtha cœpit tēptare .s. eū pecunia plegatos: & cœpit ostēdere aspitatē belli qđ administrabat. Pecunia. i. cū pecūia

Temptare: i. exp ri. Aministrabat. s. consul

Aīus. s. cōsulis. Aeger. i. īfirmus. Auaritia. i. pp auaritiā. Cæteꝝ: cōsul accepit sibi sociū. M. Scauꝝ: ut oīa ex cōsilio & auctoritate eius faceret. Qui tametsi: ordo ē: qui. s. scaurus: tamen est abstractus a bono & honesto ad puū magnitudine pecuniæ: tametsi pro q̄uis ille acerime īpugnauerat regē a principio plærisq; ex factiōe eius corruptis. Quāuis (inqt) Scaurus a principio regē impugnasset: & cū multi ex factiōe eius corrupti essent: ipse tamen corrumpi nō potuisset: tamen nūc ipse quoq; magnitndine pecuniæ simul cū consule corruptus ē: & a iusticia atq; honestate ad prauitatē deductus ē. A principio: uidelicet q̄n adherbal rex romam uenit & de iugurtha i senatu cōquæstus é Tūc. n. scaurus contra iugurthā in senatu fniam dixit: eūq; uehemēter īpugnauit. Plærisq; ex factiōe eius corruptis Tūc multi ex factiōe scauri corrupti fuerūt a rege iugurtha uel a legatis: sed scaurus ipse corrūpi nō potuit. A bono. i. recto & iusto. Ad prauitatē. i. ad prauitatē & iustitiā. Abstractus. i. deductus. Sed iugurtha: iugurtha a principio solūmō q̄rebat hoc quō bellū protraheret: nec copiā pugnādi hostibus faceret: qa se īferiorē esse intelligebat: ut si p̄lio uictus esset: regnū amitteret: Ergo a principio i hoc tātū elaborabat: ut bellū ptraheret: & pugnā subterfugeret. Sed postea q̄ scauꝝ pecūia corrupit: atq; illū negocii pticipē fecit spare cœpit se pacē cū romāis hēre posse: nā cōsul oīa facieb at ex cōsilio scauri sūmæ auctoritatis uiri: scauro igit pecūia corrupto cū rex de pace spare cœpisset: statuit ad cōsulē ire: & p̄sens cū eo & Scauro tractare de oībus q̄ ad pacē ptinebāt. Tātūmodo belli morā redimebat. i. solūmō bellū ptrahebat & prolōgabat: pugnā subterfugiēs. Præcio. i. pecūia. Participē negocii scauꝝ accepat. i. postea q̄ scauꝝ pecūia corrupat: & negocii pticipē fecerat. Recuperādæ pacis: q̄ amiserat bello sibi a romanis illato. De oībus pactiōibus. i. pactis q̄ ad pacē ptinebāt. Agere tractare cū eis. s. cū cōsule calphurnio bestia & scauro socio & pticipe oīum cōsilioꝝ cōsulis. Cæteꝝ iterea: uide qd dicat: cōsul pecūia corruptus a iugurtha. pacē ei se datuꝝ eē ꝓmiserat: si iter se cōueīrēt. sed ut cōmode d pace tractaī iuicē possēt: necesse erat: ut ābo i colloqū uēirēt: igit cōsul ut iugurtha ad se i castra uēiret. sextū q̄sto rē suū misit i urbē uaccā ubi erat iugur. cā fidei: y ut fidē iugurte daret: q̄ sine piculo ad cōsulē i castra uēiret

Nam iugurtha non ueniſſet ad conſulem niſi data ei fides eēt a conſule per quā tutus ad eum iret. Hac igit de cauſa conſul Sextum quæſtorem in urbem Vaccam miſit uidelicet ut fidem iugurthe daret. ſed tamē ſimulauit ſe alia de cā conſul mittere quæſtorē. Finxit enim ſe mittere quæſtorem ut frumentū acciperet: q legatis iugurthæ impauerat qui ad ſe uenerant. hoc autē ideo ſimulauit ne qs intelligere poſſet conſiliū ſuū: & ne qs deprehēdere poſſet illū a iugurtha pecūia eſſe corruptū. Fidei cauſa: uidelicet ut iugurthe fidē daret & pmit teret illum tutū & inuiolatum fore: ſi ad conſulem in caſtra ueniret. Quæſtor: quæſtores dicebantur q præerant pecuniæ publicæ ſiue urbani: ſiue prouinciales eſſent a quærendis pecuniis nominati. Cuius rei ſpecies erat acceptio frumenti conſul palam oſtēdit omnibus ſe mittere queſtorem ut frumentum acciperet. quod antea legatis iugurthe imperauerat coram oībus: ſed tamē illū miſit cā fidei. uolebat. n. conſilium ſuū oībus paucis exceptis eſſe occultum. Cuius rei: uidelicet q queſtor miſſus eēt in urbem Vaccam. Species. i. color. apparebat enī q queſtor miſſus eſſet propter frumentum accipiendum. cum reuera miſſus eſſet propter fidem iugurthæ preſtandam. Quod calphurnius palam legatis imperauerat: quoniam deditionis mora iduciæ agebanť. Iugurtha per legatos ſuos cōſuli calphurnio mōſtrauit ſe deditionem eſſe facturū. Sed interea donec deditionē faceret a cōſule petebat inducias: quas cōſul cōceſſit ſub hac conditione ut certam quantitatē frumenti iugurtha daret. & hoc eſt quod dicit: Tamen hec oīa compoſita erant & ficta a conſule iam corrupto ut conſilium ſuū oībus occultaret. Legatis. ſ. iugurthe. Nam ſupra dixit iugurtham miſiſſe legatos ad conſulem. Quoniam deditiōis mora Quamobrem conſul legatis iugurthe frumentum imperauit. quo ire hoc fecit. Quia cum legati inducias peterent a conſule donec iugurtha deditionem faceret: ille eas conceſſit ſub hac conditione ut iugurtha certam frumenti quantitatem daret. aliter eas nequaq̄ concedebat. Deditionis mora: id eſt propter moram deditionis. donec iugurtha ſe conſuli dederet inducie agebabtur. Igit̄ rex. quando qdem data eſt ei fides per queſtorem. Conſtituerat. i. decreuerat. In caſtra: ſcilicet romanorū ordo eſt igit̄. Rex uenit in caſtra. ac ille locutus pauca preſente conſilio de inuidia ſui facti: atq ut acciperet i deditionē tranſegit reliqua cum Beſtia & Scauro ſecreto. Vide quo conſilio uſus ſit conſul: ut uideretur facere de conſilio oīum id quod faciebat. Cum rex ueniſſet in caſtra: ſtatim conſilium nobilium & principū cōuocauit ut toto preſente conſilio iugurtha peteret quod uolebat. igitur iugurtha preſente conſule & toto cōſilio pauca quedam de inuidia ſui facti locutus eſt. Deinde rogauit ut in deditionem acciperetur. Et nihil aliud preſente conſilio locutus eſt: ſed cætera ſeparatim cum conſule Beſtia & Scauro tractauit. Deinde ſequenti die conſul iterū conuocato conſilio ſnīas oīum quæſiuit: nunqd eis uideretur iugurtha ī deditionem accipiendus. Itaq toto probante & aſſentiente conſilio iugurtha in deditionem accipitur. hac conditione ac pacto hoc ut. xxx. elephantos traderet & pecus. & multos equos & paruū quoddam pondus argenti: quæ oīa quæſtori tradita ſunt. Preſenti conſilio. Nam in exercitu cum deditio aliqua facienda uel ſuſcipienda eſſet conuocabantur a duce exercitus capit a. & prīceps exercitus ueluti quæſtor. legati. centuriones & q in exercitu aliqua prædite erant dignitate. uel qui aliquando magiſtratum aliquem geſſiſſent. Et de conſilio eorum faciebat quod faciendum erat ſi res poſtulabat ut ſententias eorum exquireret. Tranſegit. ideſt perfecit.

fidei cauſa mittitur a conſule Sextius quæſtor in oppidum Iugurthæ Vaccam: cuius rei ſpecies erat acceptio frumenti: quod Calphurnius palam legatis imperauerat: quoniam deditionis mora induciæ agitabantur. Igitur rex uticonſtituerat in caſtra peruenit: ac pauca præſenti conſilio locutus de inuidia facti ſui atq uti in deditionem acciperetur: reliqua cum Beſtia & Scauro ſecreta trāſegit. Deinde poſtero die quaſi per Satiriam legem ſententiis exquiſitis in deditionem accipitur: ſed uti pro conſilio imperatum erat elephāti trigiuta pecus: atq equi multi non cum paruo argēti pōdere quæſtori traditur. Calphurnius Romā ad magiſtratus

Quaſi per legem ſatyram. Dicendo quaſi oſtendit conſulem hec omnia ſimulaſſe. Nā conſul ſimulabat ſe nihil facere uelle niſi de conſenſu conſilii: cum lex ſatyria eſt que uno rogatu plura continet. hoc modo placet ut iugurthe fœdus feriatur: in deditionem iugurtha recipiatur. Elephantos tradat omnes tranſfugas tamen parua & pauca ad conſilium referret. magna autem & multa ſecreto cum Scauro perageret. Dicit ergo tunc conſulem conuocato conſilio ſententias oīum exquiſiuiſſe: quaſi legem Satyram ſeruare uellet que iubebat dux & imperator exercitus: ſententias exquireret totius conſilii. cum graue aliquid deliberandum eſſet. præſertim cum ipſa deditio facienda uel ſuſcipienda eſſet. hoc autem ideo fecit ut ſi fœdus huius deditionis improbaretur a Senatu: ſicuti improbatum eſt: culpam a ſe in conſilium reiiceret: & eam ſibi cum oībus eſſe cōmunem oſtenderet. Quæſtori traduntur: quia quæſtor pecuniam publicam curat. Calphurnius. Dicit quid fecerit conſul compoſito bello. & pace data iugurthe. Roma: inquit Calphurnius profectus eſt ut Comitia haberet in quibus magiſtratus futuri declararentur. Ad magiſtratus rogandos. Rogare legem uel rogare magiſtratum eſt: cum quis populum rogat. & a populo petit nt eam legem quam fert: populus accipiat & ſciſcat ac ſancit. Sic & rogare magiſtratum eſt quum quis populum rogat: & ab ipſo populo petit ut hunc uel illum magiſtratum creet: ſiue conſul ſiue prætor ſiue quæſtor: ſiue quicunq alius magiſtratus ſit creandus. Quo facto cum candidati. hoc eſt illi qui petebant magiſtratū: populo ſigillatim ſupplicaſſent.

plicassent:ut sibi fauerēt:tribus in suffragiū mittebātur:& ita magistratus declarabātur.Erat āt pōpulus romāus in tribus trigintaquinq; diuisus.Cum populus ad ferēda suffragia cōuocabatur:comitia dicebanť. In Numidia:ex parte iugurthæ. Agitabať.i.agebať:& erat. Postq̄ res.Ordo est:grauis inuidia apud plæbem.s. erat:postq̄ fama diuulgauit romæ res gestas in affrica:& quo mō forēr actæ.s.ille res.Et postq̄ cœpit agitari de facto cōsulis p oēs locos & p oēs cōuentus.Cum(inquit)romæ diuulgatū est id qđ fecerat cōsul cū iugurtha in Affricā: uehemēter populo displicuit & senatui:incertus erat senatus cōfirmaret ne an infirmaret & rescinderet fœdus quod cōsul fecerat cum iugurtha.Nam potentia Scauri q̄ socius cōsulis fuerat in ea re obstabat:ne senatus factū cōsulis rescinderet.Et hoc est quod dicit.

rogādos ꝓficiscitur: in Numidia & in exercitu nostro pax agitabatur:Postq̄ aūt res in Affrica gestas qūo actæ forēt fama diuulgauit: Romæ per oīs locos & conuentus de facto consulis agitari:apud plæbem grauis inuidia orta est patres solliciti erāt:an probarent tantum flagitium:an decretum consulis subuerterent parum constabat.Ac maxime eos potentia Scauri:q; is auctor & socius Bestiæ ferebatur a uero bonoq; impediebat.Ac.C.Memmius de cuius libertate ingenii:& odio potētiæ nobilitatis supra diximus:inter dubitationem:& moras senatus in contionibus populum ad uindicandū hortari:monere populum ro.ne rempublicam ne libertatem suam desererent:crudelia & superba multa facinora nobilitatis ostendere: prorsus intentus omnino plæbis animum accendebat:sed quoniam ea tempestate Romæ Memmii facundia clara pollensq; fuit: decere existimaui unam ex tam multis orationē eius pscribere:Ac potissimū eam dicā:quā ī cōtione post reditū Bestiæ huiuscemodi uerbis differuit.

Vlta me dehortantur a uobis Quirites : nisi studium reipublicæ omnia supēret : opes factionis : uestra

Apud plebem grauis inuidia.s.erat:quia plebs uehemēter oderat id qđ fecerat cōsul. Probarent:ordo est:patres erāt solliciti ne.i.an probarent tantū flagitiū:& parū constabat an subuerterent decretū consulis. Probarent.i.cōfirmarent. Flagitiū.i.rem tā turpē & indignā.Flagitiū secundū Donatū dicit more militari res flagitatione:i.repræhensione digna. Decretū:id quod cōsul decreuerat in iussu senatus. Subuerterent.i.rescinderent & infirmarent:irritarent. Parum constabat.i.non constabat: incertū erat. Ferebatur.i.dicebať. Ac.C.Mēmius. Ita quidem senatus dubitabat qd de fœdere cōsulis cum iugurtha facto statueret an probaret illud an im,pbaret.Sed Mēmius trubunus plebis populū hortabatur:ut scelus consulis uindicaret atq; puniret. Et odio nobilitatis potentiæ. Nam supra dixit hunc Mēmium infestū & inimicum fuisse potentiæ senatus & nobiliū. Inter dubitationem & morā senatus.Dum senatus dubitat & differt quid de facto consulis statuat: Contionibus:Contio significat multitudinem populi conuocatā ad audiendum & significat orationem quæ habeť ad ipam multitudinē.Et significat locum ubi conuocatur:nūc significat orationem. Ad uindicandum.i.puniendum. Hortari pro hortabatur. Monere pro monebat. Sed quoniam:Ordo est: sed ego existimaui decere:perscribere unam scilicet orationem ex tam multis eius orationibus: quoniam ea tempestate facūdia memmii fuit clara & pollens romæ.Sensus patet. Ea tempestate.i.eo tempore. Facundia memmii.i.eloquentia: Clara.i.nobilis & nota. Pollens.i.potens.Multum.n.in dicendo ualebat Memmius. Dicere.i.conuenire. Potissimum.i.maxime præcipue. Eam.s. orationem. In cōtione.Ecce contio hoc loco non orationem significat:sed multitudinem populi conuocatam. Post reditum Bestiæ:postq̄ Bestia consul rediit ex Affrica Romam. Diserut:idest dixit.

m

Vlta me dehortantur a uobis.Quirites nisi studium reipubli.omnia superet.In hac oratione Mēmius hoc suadere populo romano intēdit:ut libertatē suam tueať & eam a nobilitate oppressionibus & inquisitionibus ueritas inuestigetur: deturq; opera:ut iugurtha populo romano dedať:ut eius indicio scelus detegatur.Sed in principio orationis beniuolētiam captat a pſona sua:cum ostendit studiū suum in rempu.& in eos ipsos qui audiunt. Multa me dehortātur a uobis.Quirites:Multa(inquit) quæ me dehortanť atq; deterrent a studio defendēdæ uestræ libertatis.Sed amor meus in rempu.oīa uincit:& facit ut illa cōtemnā quæ me deterrent a studio defendendæ uestræ libertatis cōtra nobilitatem. Multa me dehortantur a uobis.i.multa me dehortantur o Quirites a defensiōe uestri. Quirites.i.o Romani.Quirites autem dicti sunt uel a curi hasta sabinorū uel a curibus quæ est ciuitas sabinorū: postq̄ inter Romulū & Tacitum regem Sabinorū fœdus percussum est. Nisi studium reipu.i.amor & uolūtas mea prona in rempu.superet.i.uincat. Opes factionis:hæc sunt quæ me dehortantur a uobis:uidelicet opes factionis.i.potentia partis:uidelicet potentia nobilitatis: quæ est pars aduersa:contra quam uestram defensionem suscipio. Vestra patientia. Ac si diceret nobilitas potens est ad opprimendā uestram

libertatē.& uos patientes estis ad tantam iniuriam tolerandā. Ius nullū:quia plebs labores sustinet bellorū nobilitas honores possidet: Ac maxīe q; innocētie plus piculi q̄ honoris est. Ecce pbat quomō ius nullum est quia bōi & innocētes plus periculi hēnt q̄ honoris. Hoc āt dicit plebs bōa & innocēs pericula quidem & labores sustīet:sed nobilitas honores hēt:quia magistratus & impia & prouīciæ per nobilitatē gubernant. Plebs uero ad bella geréda detrudit:& ad labores ac picula subeunda destinat. Nam illa quidē piget dicere

dixi q; potētia nobilitatis & uestra patientia & ius nullū dehortātur me a defensione uestre libertatis:quia sunt & alia quæ me dehortantur: sed piget dicere ea. Et que sunt illa:his aīus.xv. supioribus.multi ex plebe interfecti sunt a nobilitate.multi ēt uestri defensores perierē:quos in ipso periculo deseruistis.& postea īterfectos inultos reliqstis. Cū ergo hec in mēoriā ueni unt:dehortātur me a studio uestre defensiōis: quia uideo uos deserere & parui facere uestros defensores. Nam illa:dixi q; illa me dehortā tur quæ supra posui:quia illa quæ sequunt sine labore & tedio dicere non possum. Ordo est. Nā pro quia me piget dicere illa.s.que sequunt uidelicet q̄ pro quātum fueritis ludibrio superbie paucoꝝ.& piget dicere q̄ pro quantū fœde multi uestri defensores perierint inulti.& ut p sicut animus sit corruptus uobis ab ignauia: & secordia:qui nec nūc quidem obnoxii inimicis exurgitis ; atque etiam nunc timetis eos: qui

patientia ius nullum:ac maxime q; innocentiæ plus periculi q̄ honoris est:nam illa quidem piget dicere:his annis quindecim q̄ ludibrio fueritis superbiæ paucorū q̄ fœde:q̄q; inulti perierūt uestri defensores:ut uobis animus ab igna uia atq; secordia corruptus sit: q̄ nec nūc quidē obnoxii inimicis exurgitis:atq; etiam nūc time tis eos quibus terrori decet esse: sed quanquaꝝ hæc talia sunt:tamen obuiam iræ potentiæ factionis animus subegit. Certe ego libertatem: quæ mihi a parētē meo tradita est experiar. Verū id frustra an ob rē faciā in uestra mau situ ē:

bus decet esse terrori. Commemorat Salustius iniurias :quas plebs accepit a nobilitate: ut ipam plebem magis contra nobilitatem Romanæ urbis accendat:& non patiatur diutiis opprimi suam libertatem. Quā ludibrio fueritis supbie paucoꝝ piget me dicere quēadmodū supbia nobilitatis uos ludibrio hūerit & lacerauerit:ac pro arbitrio suo tractauerit iam quindecī annis:exquo Tyberius gracchus uester defensor īterfectus est. Quam fœde.i.cruente. Multi uestri defensores perierint.s.Tyberius gracchus prio.Deinde.C. Gracchus frater eius &.M.Fuluius.Quomō perierint.C.Gracchus & Fuluius supra diximus. De Tyberio paulopost dicēs. Vt uobis aīus plebē licenter arguit ignauie:ut eā accēdat ad capessendam libertatē. Obnoxii inimicis.i.obligati inimicis:quia tīetis eos quos timere deberent.& ideo quia tīetis uestros inimicos a quibus timēdi estis.,pterea nō exurgitis contra eos qui tot uobis iniurias intulerunt.& uestros defensores occiderunt. Timetis eos qbus terrori decet esse.i.timetis eos a quibus uos estis timendi. Sed q̄q̄:ordo est sed tamē aīus meus subegit me obuiā ire potentiæ factionis:q̄q̄ hec sint talia. Quanuis inquit multa & magna sint que me dehortātur a uobis o Quirites:sicuti supra mōstraui. tñ aīus meus erga uos:& erga rēpu.uincit hec oīa.& cogit me resistere potētie nobilitatis. Hec talia sint:uidelicet magna & grauia. Obuiā ire.i.resistere. Factiōis potētie.i.potētie ptis aduerse.s.nobilitatis. Subegit.i.coegit. Certe ego:uolo inqt expiri libertatē meā cōtra nobilitatē. Verū:ordo est:uerū.i.sed ē situ ī uīa mau o Quirites.an faciā id frustra:an faciā ob rē.i.o Qu.ī uīa ptāte positū ē:an expiar libertatē meā frustra an utiliter.q; si me sequi uolueritis.& uestrū auxiliū mihi pstar utiliter experiar libertatē meā. Si āt me deserueritis frustra & sine utilitate libertatē meā experiar. Ob rē.i.utiliter. Frustra.i.sine utilitate. In uīa mau.i.ī uīa ptāte. Situ est.i. positū ē. Neq; uos hortor.ordo ē.neq; ego hortor uos ut uos armati eatis cōtra militias:qd.i.quā rem nīi maiores sæpe fecere.i.nō hortor uos ut ui & armis resistatis iuriis q̄s nobilitas uobis īfert licuti fecerunt sæpe maiores nostri.nā exactis iā regibus plebs armata bis secessit a pribus ī mōtē auētinū. nec recōciliari potuit dōec ei Senatus postulata cōcederet. Cā āt priæ secessiōis hec fuit. Magna iter pres.i.senatū & plebem discordia erat,pter nexos ob æs alienū.nexi dicebant q tātis; seruiebāt creditoribus suis dōec debitū psoluis sent. Nexi dicebant q; propter debita uicti creditoribus suis tradebant. Fremebāt & murmurabāt plebei homines se foris,p impio & libertate dimicare.domi āt a ciuibus captos & oppssos teneri: tutioreq; ī pace īter hostes q̄ iter ciues libertatē suā eē. Igit Appio Claudio & Seruilio cōsulibus:cū uolsci ifesto exercitu ad urbē uēire nūciarent:alius aliū hortabat ne oīo noīa darēt.& ne se ad militiā scribi paterent. Patres ācipiti repulsi in tāto periculo Seruilium cōsulē monēt ut rēpublicā terroribus circumuentā expediat. Tū cōsul misso Senatu in cōcionē prodit. Docet cure eē pribus ut plebi cōsulat & puideat. Interī citati dēt noīa ; Deinde edictum ppōit ne qs uinctum ne ue clausum teneat quo minus nomen dare possit:& ne qs miles: donec in castris esset:bona ipsa possidderet. Mox uero aderant nexi nomina profitentes. Finito ergo & expedito bello plebs aderat: promissa consulis & Senatus: nobilitatique fidem expectans: Appius pebi semper grauis atque infestus ut fidem collegæ uanam faceret:ius de creditis pecuniis dicebat:qui nexi fuerant creditoribus tradebantur. Plebs promissis eluſa & decepta:cum a tribus populis: Volscis :Equis & Sabinis bellum instaret:nulla ratioe compelli potuit:ut ad militiam noīa daret. Coctus nocturni & colloquia

loquia fiebāt ſe inuicē exortantiū ne ad bellū gerendū proficiſcerē. Senatus hac de re cōſultus: increpat cōſules: q imperiū cōſulare nō exequātur. Sed cōſules nihil ꝓficerēt: tandē Dictator creatur q edictū propoſuit fere ſimile edicto Seruilii. Atq ita plebe dante noīa legiones decē cōſcripte ſunt. Mox tribus bellis ꝓſpere confectis: & parta uictoria de Volſcis: Equis: & Sabinis cū dictator ad ſenatū rettuliſſet: quid de Nexis fieri placeat: relatio reiecta eſt. Tum dictator iratus. Non placeo (inqt) cōcordiæ auctor. Optabitis mediuſfidius ꝓpe diem ut mei ſimiles romana plebs patro-nos habeat. Ita curia egreſſus dictatura ſe abdi-cauit. Tum patres timor inuaſit: ne ſi exercitus dimiſſus eſſet: rurſus coctus occulti & colloqa ſecreta cōuentuſq nocturni fierēt cū magno pi culo ciuitatis. Itaq ſimulāt ab Equis bellū reno

Quir. neq ego uos hortor qđ ſæpe ueſtri ma-iores fecere: uti contra iniurias armati eatis: ni-hil ui nec ſeceſſione opus eſt: neceſſe eſt ſuo

uatū eſſe: ac ſub hac ſpecie iubent ut cōſules legiones & exercitū educant. Plebs quia in cōſulis uerba iuraue rat: ut legiōe & iuramēto ſolueret. Conſules interficere parabat. Sed cū intellexiſſet ſe propter hoc nō exol ui religione: Sicinio quodā auctore ſeceſſit in montē ſacrū: ut quidā referūt: ut alii dicūt in montē auentinū. Ibi ſine ullo duce uallo foſſaq cōmunitis caſtris qeti rem nullā niſi neceſſariā ad uictum ſumentes: aliquot di es ſeſe tenuerunt. Pauor ingens urbē inuaſit: Itaq patres Meneniū Agrippam facundum uirum miſerūt ad plebem reconciliandā: qui in cōtione huiuſcemodi uerba fecit. Tempore quo in noīe non ut nunc oīa con-ſentiebant: ſed ſingulis mēbris ſuū cuiq conſiliū ſuus ſermo erat: indignatæ ſunt reliquæ ptes q ſuo labore oīa uentri pararentur: Venter aūt in medio quietus nihil faceret: niſi q uoluptatibus datis frueretur. Con-ſpirauerūt igitur: ne manus ad uos cibū ferret: ne os acciperet datū ne dentes cōficerent. Hac ira dum uen-trē domare uolunt: ipſa quoq mēbra pariter cum toto corpore: ad extremā tabem corruptionēq uenerūt: hinc apparuit uentris quoq non eſſe ocioſum officiū: qui cibū acceptū in oēs partes corporis redderet: ſanguinē hunc quo uiuimus cōparando cibo mature cōfecto. Menenius igit cum docuiſſet iram plebis in partes eſſe ſimilē ire membroꝝ in uentrē flexit animos oīum. Cœptūq eſt agi de concordia: Cōceſſum q plebi eſt: ut ſuos magiſtratus haberet ſacroſanctos: qui ei aduerſus conſules auxiliū ferrent: ne ue cuiq ex pa tribus eum magiſtratū capere liceret. Ita tribuni plebis tunc primū duo creati ſūt. C. Licinius. & L. Albinus: Atq ita plebs reconciliata eſt: & ſeditio ſedata. Cauſa alterius ſeceſſionis hæc fuit. Appius Claudius decem uir captus erat amore inſano uirgine filiæ cuiuſdam uirginii plebei hois Icilio uiro tribunicio deſpōſate. Et cū eam aliter habere nō poſſet ad explendā libidinem ſuā. M. Claudio clienti ſuo negocium dedit: ut illā in ſeruitutē traheret: q diceret eam ex ſerua ſua natam: eiq auxiliū ſuum pollicitus eſt. Cum ergo. M. Claudius eam per foꝝ tranſeuntē rapuiſſet: eāq ſeruā ſuam aſſereret: re ad tribunal Appii deducta: eam. M. Claudio Appius adiudicauit. Virginius pater cū indignitatē rei ferre nō poſſet: ſimulato cū filia & eius nutrice collo quio: ueluti ab ea rei ueritatē exquirere uellet: anteq uelut ſerua abduceret: ſtricto ferro: hoc te (inquit) mō filia in libertatē uindico: pectus deinde puellæ tranſtigit: reſpectanſq ad Tribunal Appii: hoc te (inquit) Ap pi caputq tuū ſanguine cōſecro. Ad hoc facinus clamore ſublato Appius cōpræhendi uirginiū iubet. Ille q-cunq incedit ferro uiam facit. Icilius ſponſus corpus exangue puellæ ſublatū populo oſtentat. Scelus Appii: puellæ infœlicem formā: patris neceſſitatē deplorat. Ita plebs in urbe Icilii clamore: & indignitate ſceleris cōcitatur. Virginius in caſtra ꝓfectus: ubi ordines ducebat: non minorē ibi q in urbe tumultū concitat. Sce-lus Appii: & cūcta quæ geſta erant exponit. Supinas deinde tendens manus: cōmilitones appellans orabat: ne quod ſcelus Appii eſſet: ſuū crederent. Vitam filiæ ſibi ſua cariorem: fuiſſe: ſi libere ac pudice uiuere po-tuiſſet: cum uelut ſerua ad ſtuprū duci uideret: morte melius adimi ratum q cōtumelia liberos uiuere: in ſpe-ciem crudelitatis lapſum eſſe. Illis quoq ſorores: filiaſq & uxores eſſe. Libidinē Appii cum filia ſua nequaq extinctā. Hec Virginio uōciferanti ſuccłamat multitudo: ſe nec dolori illius: nec libertati ſuæ defuturos. Ita multitudo exercitus concitata facto agmine: eunt ad urbem: & montē Auentinū occupant: ut quiſq occur-rebat ad repetendam libertatem tribunoſq plebis creandos adhortantes. Nam pauloante creatis decemui ris ſublata erat tribunicia poteſtas: & prouocatiō ad populū duo munimenta libertatis. Alia uox nulla uio-lentiæ audita eſt. Sed non multo poſt plebs urbana cum liberis & uxoribus factū exercitus ſecuta: ipſa quo-q ſeceſſit in mōtem Auentinum urbe uelut in ſolitudine relicta. Patres noua re pterriti. L. Valerium & M. Horatium legatos mittunt: qui de recōciliatione cum plebe agerent. Icilius pro multitudine reſpondit: ple-bem petere: ut ſibi poteſtas tribunicia & prouocatio reſtituat. Et ſibi decemuiri tradātur: ne ue cui fraudi eſ ſet: conſciſſe milites ante plebem. Legati poſtulata plebis ad ſenatū deferunt. Senatus cōſultum fit: decemui ri primo quoq tempore ſe magiſtratu abdicarent. Qu. Furius pontifex maximus tribunos plebis crearet: & ne cui fraudi. i. pœne eſſet ſeceſſio militū plebiſq. Ita plebs recōciliata eſt. Nihil ui nihil ſeceſſione opus eſt. Non eſt opus ui aut ſeceſſiōe: uidelicet ut ſecedatis & recedatis a patribus quēdamodum bis noſtri maio res fecerūt. Neceſſe eſt. Eſt neceſſe ut ipſimet eāt præcipites ſuo more. Vide qd dicat. Mēmius reſpōdet tacitæ q̄ſtioni. Poſſet enim dicere aliquis. O Mēmi: tu dicis q nō eſt opus ui aut ſeceſſiōe. Quare hoc dicis? An forte patres cōmittunt ſcelera digna ſeceſſione? Mēmius reſpondet. Ita cōmittunt. Neceſſe eſt. n. ut no bilitas & patres faciant ſicuti facere conſueuerunt. & ſcelus ſceleri addant: ut ueſtram opprimāt libertatem Ex quo neceſſe eſt: ut uos eis reſiſtatis nō ui neq armis neq ſeceſſione: ſed iudicio, & iuſticia. Et hic ē ſenſus totius orationis Mēmii. Neceſſe eſt: obſcure hunc ſenſum cū ſuperiore coniungi. Dicit enim ſic. O Qui-rites: ego uos hortor ut ueſtrā libertatem defendatis: & reſiſtatis iniuriis patrū non ui neq armis neq ſeceſ

ſione quēadmodum meretur. Nā quantū pertinet ad ipſos patres neceſſe eſt ut faciāt quēadmodū cōſueue
runt:& ea cōmittant que mereant ut reſiſtatis eis ui & armis & ſeceſſiōe. Sed nō hortor ut ſic reſiſtatis eorū
iniuriis. Quid ergo faciendū eſt? Vindicādū inqt in eos cēſeo nō māu neq; ui: ſicuti merentur: ſed iudicio &
iuſtitia. Haq; queſtiōibus & tormētis & indicio ipſius iugurthe: Veritas indagāda & inqrēda eſt de crimine:
p quod cōſul tā ignominioſum fœdus cū iugurtha fecit in iuſſu Sēatus populiq; romāi. Nā in eo fœdere ma
ieſtas Senatus populiq; romani uiolata eſt. Et
ideo hoc crimē puniēdū cēſeo non ui neq; ar-
mis ſed iudicio & iuſtitia. Precipites eant: ire

metipſi more p̄cipites eāt Occiſo Tito Graccho

præcipitem eſt temere & incōſulte in aliquod malum ruere. Eſt inquit neceſſe ut patres & nobiles ad oppri
mendā ueſtram libertatē precipites ruant: ſicuti conſueuerunt. Et ita capta opportunitate iniurias nobilitatis
in plebē romanā cōmemorat. Et prīo oſtēdit quēadmodū Tiberiū gracchū defenſorē plebis iniuſte occide
runt. Poſtea. C. Gracchū & Fuluiū qui iura libertatis plebis romāæ tuebant: Occiſo: ordo ē: magnæ q̄ſtiōes
habitæ ſunt in plebē romanā occiſo Tiberio Graccho quē nobiles aiebant parare regnū. Poſtq̄ inqt occide
runt Tybertū gracchum tanquā regnum affectantē: multos ex plebe romana tormētis cruciauerunt: uelu
ti per torturam & funē ab eis ueritatē elicere uellent. Tiberius aūt gracchus ita interfectus ē: atq; hac de cau
ſa. Romani agros quos hoſtibus uicinis bello uictos adimebant partī uendere: partim in publicū redigere:
& egenis ac pauperibus ciuibus pro modica pēſione utēdum tradeī ſolebant. Sed cū diuites īcœpiſſent eas
penſiōes augere: & hoc mō ex agris paupes excludere. Lata ē lex quæ uetabat quenq; ciuē romanū hr̄e plus
q̄ quinquaginta iugera agri. hec lex auxilio fuit paupibus ciuibus aliquot ānos cōtra diuites. Sed cū rurſus lo
cupletes contēpta lege agros occupare cœpiſſent. & ob eā cām pauperes ciues irritati ad militiā dare noīa
recuſarēt: & filios educare nollent. Tiberius gracchus tribunus plebis creatus hanc cām ſuſcipere. & paupe
ribus ſubuēire cōſtituit. Itaq; plæbe flagitāte legem promulgat mitiſſime ſcriptam: quæ iubebat ut locuple
tes accepto precio quod pro penſione erogauerant agros publicos dimitterēt. & eos paupibus ciuibus tra
derent. Factio nobilium & locupletū aduerſus hanc legem ſe opponit: quo minus ferat: & a populo ſanciat:
Sed cum per ſe locupletes infirmi eſſent. M. Octauiū tribunū plebis collegam & familiarē Tyberii cōfirmāt
ut legi intercedat: hoc ē auctoritatem ſuam interponat ne lex feratur. Eſt autē tribunorum plebis maxima
in prohibēdo poteſtas. nam uno prohibēte alii etiam ſi plures ſint nihil efficere poſſint. Ob hanc intercēſſio
nem iratus Tyberius priore lege reiecta: quæ erat humaniter ſcripta aliam plebi magis gratam promulgat
uidelicet ut agri qui contra leges erant poſſeſſi dimitterētur: nulla mētione precii facta. Et edicto propoſito
oēs urbanos magiſtratus quicq; agere prohibuit priuſq; de lege agraria ad populum ferret. Aerario ſigilli im
preſſit: & p quæſtores quicquam depromi: aut importari uetuit. Locupletes cuncti ueſtes mutauerāt: & me
ſti forum circuibant. Poſtq; dies comitiorū aduēit. M. Octauius interceſſione perſeuerat. Tiberius Octauiū
ſuppliciter rogat ut ab interceſſiōe deſiſtat. Quod cū negaret Octauius Tiberius ad rē ñ legitimā neq; huma
nam cōuerſus. M. Octauiū tribunatu priuare atq; amouere cogitauit. Itaq; poſtero die cōuocato populo rur
ſus. M. Octauium uerbis hortat: ut ab interceſſione deſiſtat: Quod cum impetrare nō poſſet: tulit ad popu
lum de abrogatione Octauii. Ac ſtatim tribus in ſuffragium miſit. Erant tribus triginta quinq; : quarum cum
decem & ſeptem Octauium abrogaſſent: & una tantum reſtaret ad rem perficiendam: Tyberius ad Octa
uium conuerſus rogat ut ab interceſſione deſiſtat: ne ue tantam notam ſibi inferri patiatur. Deinde toto ſupe
ctante populo eum reuerēter amplexus deprecabatur. Ferunt his precibus Octauium oculos lachrymis im
pleſſe: & aliq̄to cum ſilentio ſtetiſſe. Sed ubi ad locupletes & nobiles reſpexit: qui aderant rogantes eum ut
perſeueraret in interceſſione: generoſe Tyberio reſpondit: ut faceret quod uellet. Itaq; populi iuſſu abroga
to magiſtratu Octauii: & miſſo a Tyberio apparitore: qui illum de tribunali detraheret. cōcurſus ex locuple
tibus & a plebe factus rixaq; orta eſt. Octauius per tumultum aufugit. Itaque lex agraria: hoc eſt de diuiden
dis agris lata eſt. Tres uiri qui agros diuiderent creati ſunt. Tiberius ipſe legis auctor. Appius Claudius ſo
cer. C. Gracchus frater. Poſt hæc cum Attali regis teſtamentum a pergamenis Romam tranſmiſſum eſſet
in quo populus Romanus ſcriptus fuerat: ſtatim Tiberius tulit ad populum: ut Regis pecunia ciuibus roma
nis quibus agri dabantur: pro cultura aſſignaretur. De oppidis autem quæ Attali fuiſſent nihil ad Senatū
ſed ad populum pertinere dicebat. Hæc res maxime Senatum offendit. Poſtremo aperte contra Senatum
contentione magis q̄ iuſtitia & æquitate multitudinem excitare conatus eſt aliis legibus: quibus tempora
militiæ detrahebat: & iudicibus tūc ſenatoribus parem numerū ex equeſtri ordine ſtatuebat. De his rebus
ut ad populum ferret in Capitolium pergit: ubi multitudo conuenerat. Inter hæc Flauius Flaccus ſenator in
eminentem locum aſcendens: quoniam uox eius præclamore & ſtrepitu multitudinis exaudiri non pote
rat: manu ſignificauit uelle ſe cum Tyberio loqui: iuſſuq; Tiberii per multitudinem receptus: nunciauit ei di
uites de nece eius agitare: eaq; de cauſa ſeruos ac liberos cum armis habere. Hec poſtquam amici qui circa
Tyberium ſteterant: audiuerant: ſubito togas accingunt: haſtiliaq; de manibus miniſtrorum qui multitudi
nem reprimunt: rapientes ſe ad reſiſtendum parant. Sed illi qui in concione longius aberant: hanc præpa
rationem admirantes: quum interrogarent quid ſibi uellet ea res. Tiberius manu tangens caput ſuum: ſibi
periculum imminere ſignificabat. Hoc ſignum inimici maligne interpretantes: quaſi diadema & coronā
regni depoſceret: rem Senatui nunciauit. Qua de re cum omnes perculſi eſſent Scipio Naſica Mutium
Sceuolam conſulem cohortatur ut libertati Romanæ Reipublicæ ſuccurrat. Deinde cum reſpondiſſet cō
ſul: ſe auctorem belli inteſtini & ciuilis diſcordiæ fore: nec quenq; romanum ciuem ſine iudicio necaturum:

proſiliens

quem regnum parare homines aiebāt:in plæbem Romanā graues habitæ sūt quæstiones: post.C.Cracchi &.M.Fuluii cædem:itē uestri ordinis multi mortales in carcere necati sunt: Vtriusq; cladis non lex:uerū libido eoꝝ finem fecit: sed sane fuerit regni reparatio plæbi sua iura restituere:quicquid sine sanguine ciuiū ulcisci nequit iure factum sit:superioribus annis

ēo ſatifactio iniuriarū repeteret.q; ſi ſatiſſacere nollet:tūc eo bello perſequi iure gentiū populo romāo licu iſſet.Hic igitur rigor iuris gentiū erat Sed æqtas & bonū de hoc rigore aliquid remittūt. Nā æquū & iuſtū eſt.ut q nō accipit iniuriā:iniuriā nō faciat. Cū ergo iugurtha & comites romæ tuti & inuiolabiles eēnt.Acq tas exigebat:ut ipſi quoq; aliis iniuriā nō inferrēt.Quia ergo Bomilcar occidi mādauerat Maſſiuā:ex iure æq tatis accuſatus ē. Fit reus.i.accuſat' q; Maſſiuā fecerit interfici.Nam reus dicitur ille qui accuſatur:ſiue ille a quo in iudicio aliqd petitur. Actor dicit' ille:q accuſat: ſiue ille q petit aliqd ī iudicio. Ex æquo id eſt ex æqtate.Nā æquitas poſtulat: ut q non leditur:nō lædat. & q iniuriā nō accipit:iniuriam nō inferat. Bono.i.ex iuſto. ex iuſtitia æquū & bonū partes iuris ſunt. Ex iure gentiū. Ius gentium dicitur quod apud oēs gētes ſeruatur Quale eſt:ut legati ubiq; ſint tuti:fides publica ubiq; inuiolata ſerue'.Liberi parētes obſeruent & eos in neceſſitate alant & ſimilia. Comes eius.ſ.iugurthæ.& hæc erat cauſa:quaꝝ ex iure gentiū Bomilcar romæ tutus erat & inuiolabi lis:qa comes iugurthe erat:q romam uenerat: data ei publica fide. At iugurtha:uide quid di cat. Iugurtha non prius ceſſauit defendere Bo milcarē q; cognouit inidiā facti & atrocitatem ſceleris uicere gr̄am & pecuniā ſuā. Et ob eam cām cum uideret futurum eē ut Bomilcar dam naretur:quia plus poterat inuidia & atrocitas ſce leris ut dānaretur q; gratia & pecunia ſua: ut de fenderetur:eum iudicio ſubtraxit:& occulte in numidiā eū dimiſit:ne de dānato ſupplicium ſu meretur.Et hoc eſt quod dicit. Manifeſtus tā ti ſceleris.Notanda cōſtructio.Dicimus enī hic manifeſtus eſt furti:ut hoc loco.Iugurtha mani feſtus tanti ſceleris.qa manifeſte omnes in telli gebant cauſam ꝓpetratæ cædis a iugurtha eſſe profectam. Non prius omiſit contra uerū ni ti:id eſt non prius ceſſauit cōtra ueritatem ten dere:defendendo Bomilcarē. Quā animaduertit.i.cognouit. Super gratiam atq; pecuniam ſuam inuidi am facti eſſe.ſ.iugurtha non prius ceſſauit contra ueritatem tendere defendēdo Bomilcarē accuſatum q; co gnouit inuidiam facti plus poſſe q; pecuniam & gratiā ſuam.Nam iugurtha gratia & pecunia contēdebat q; tū poterat.ut Bomilcarē defenderet:ſed inuidia & atrocitas cædis ꝓpetrate plus poterat:ut Bomilcar dānaret q; pecūia iugurthæ ut Bomilcar defēderet. Inuidiā facti:ſ.cædis ꝓpetrate Igitur:ergo quia uidebat ſe Bomil carem defendere non poſſe eum clam in numdiā remiſit. Ordo ē.igitur iugurtha cōſulēs magis regno q; ua dibus:clā dimittit Bomilcarē in numidiā:ueritus ne metus parendi ſibi inuaderet reliquos populares: ſi ſup pliciū foret ſumptū de illo:q; dederat qnquaginta uades ex aīcis in priori actione. Scimus q; q in iudiciū uo cantur uades dare coguntur:ſe obtēperaturos eſſe iudicio.Ergo iugurtha cū a Mēmio Tribūo plebis ī iudiciū uocatus ē:dederat ex aīcis ſuis uades quīquaginta: per quos promittebat ſe ſtatutū eſſe iudicio: & de eo ſup peraturum.Nunc autem cum uideret aperte futurum eſſe:ut Bomilcar damnaretur in iudicio: & obtem plicium ſumere':uadibus ſub periculo ſatiſfaciēdi pro fuga Bomilcaris relictis:ipſum Bomilcarem periculo ſubtraxit:& eum ī numidiam remiſit.Hoc autē ideo fecit:qa ſi de Bomilcare ſupplicium ſumptum eēt: reliq ti muiſſent parere & obedire regi:ſi eos ſecum ducere uoluiſſet: quēadmodum duxerat ſecum Romā Bomil carem. In priori actiōe:uidelicet quādo a Mēmio in iudiciū uocatus eſt.& in concionē productus:ut ſupra uiſum ē.Actio dicitur ciuilis cōtrouerſiæ agitatio ſiue diſceptatio;que cōſtat ex accuſatiōe & defenſiōe: ſiue ex petitione & recuſatiōe uel negatione. Regno magis q; uadibus conſulēs.i.magis attendens cōſeruatio nem regni q; uades.nam carius ſibi regnū erat q; uades. Nā ſi de Bomilcare ſupplicium ſumptū eſſet:regnū in periculo erat hac de cā:qa reliqui poſtmodū regi nō obtēperaſſent:caſum Bomilcaris attendentes. Et ip ſe.ſ.iugurtha. Eodē loco.i.ad eundē locum.ſ.ī numidiam. Iuſſus a Senatu. Senatus iuſſerat ut iugurtha ex italia diſceeeret. Fertur.i.dicitur. Eo.i.ad eam urbem.ſ Romam. Vrbē uenalem.ſ.Romā.Cum egreſ ſus eſſet iugurtha:reſpiciens Romam dixit.O Roma urbs uenalis cito perires:ſi inuenires qui te emeret. Venalem:id eſt uendibilem. Mature.id eſt cito.

profitetur. Et reus magis ex æquo & bono q; ex iure gentium Bomilcar comes eius qui Ro mam fide publica uenerat. At iugurtha mani feſtus tanti ſceleris uon prius omiſit cōtra uerꝫ niti q; animaduertit ſuper gratiam atque pecu niam ſuam inuidiam facti eē. Igitur quanq; in priori actiōe ex amicis quinquaginta uades de derat:regno magis q; uadibus conſuleus clam in numidiā dimittit Bomilcarē:ueritus ne reli quos populares metus inuaderet parenti ſibi ſi de illo ſupplicīū ſumptū foret: & ipſe paucis diebus profectus eſt:iuſſus a ſenatu Italia dece dere. Sed poſtq; Roma egreſſus eſt: fertur ſæ pe tacitus reſpiciens poſtremo dixiſſe:urbē ue nalem & mature periturā ſi emptorē iueneric.

Nterim Albinus renouato bello: commeatum: ſtipendium: aliaque quæ militibus uſui forent:maturat in Affricam portare:ac ſtatim ipſe

Nterim Albinus. Nunc narrare incipit qd fecerit Albinus cōſul poſtq; iugurtha romā egreſſus in nu midiā rediit. Dicit ergo Albinū cōſulē cū iugurtha bellū renouaſſe.atq; ex italia in affricā & cōmeatū & ſtipēdiū:& cætera q militibus ſunt neceſſaria:portaſſe. Cōmeatū:qué nūc uulgo uictualia uocāt

Renouato bello.ſ.contra iugurthā. Stipēdiū:præmium militare. Aliaq; ueluti arma:ueſtes. Vſui.i.ad uſum

uſum:ad utilitatẽ. Maturat.i.accelerat:feſtinat. Ipſe.ſ.Albinus cõſul. Profectus eſt.ſ.in Affricã.Nam Numidia in qua bellũ gerebaꝫ pars eſt affricæ:ut dictũ eſt.Ordo eſt.Ac ipſe ſtatim eſt profectus uti prout cõſtituerat bellũ aut armis aut deditione aut quouiſmodo ante comitia:qđ tẽpus haud longe aberat.Dicit Albinũ cito in Affricã eſſe profectũ:quia bellũ renouatũ cũ iugurtha cito finire cupiebat:ut poſſet ad Romã redire ad comitia que nõ lõge aberãt.Comitia tria ſignificat:comitia dicit tẽpus iꝑm in quo populus conuocaꝫ ad creãdos magiſtratus.Dicitur ẽt populus iꝑe cõuocatus ad hoc:uidelicet ad magiſtratus declarandos.Comitia ẽt electiões ipſæ a populo factæ dicunt.hoc loco comitia tempus ſignificat: unde ſeqtur:qđ tempus haud lõge aberat. Armis bello. Deditione:ut iugurtha ſe dederet.

Profectus eſt uti ante comitia:qđ tꝑs haud longe aberat:armis aut deditione:aut quouis modo bellum conficeret. At cõtra Iugurtha trahere omnia: & alias cauſas moræ facere:polliceri deditionem:ac deinde metum ſimulare: cedere inſtanti: & poſt paulo ne ſui diffiderent inſtãr: ita belli modo:modo pacis mora conſulem ludificare:ac fuere qui tum Albinum haud ignarum conſilii regis exiſtimarent. Neq; ex tanta properantia:tam facile tractum bellum ſecordia magis q̃ dolo crederent. Sed poſtq̃ dilapſo tempore comitiorũ dies aduentabat. Albinus Aulo fratre in caſtris pro prætore relicto Romã diſceſſit.Ea tempeſtate Romæ ſeditiõibus tribunitiis atrociter Reſpu.agitabatur.P. Lucilius.L.Annius tribuni plæbis reſiſtẽtibus collegis cõtinuare magiſtratum nitebantur. Quæ diſſenſio totius ãni comitia impediebat.Ea mora in ſpem adductus Aulus: quem pro prætore in caſtris relictum ſupra diximus:aut conficiendi belli:aut terrore exercitus ab rege pecuniæ capiundæ:milites menſe Ianuario ex tabernaculis ĩ expeditionem euocat:Magniſq; itineribus hyeme aſpa ꝓuenit ad oppidum Suthul:

Ne ſui different.i.inſtabat ne ſui hoſtes diffiderent & deſperarent. Ita belli modo.i.aliquã do. Modo.i.aliquando mora pacis.i.aliquãdo per morã belli aliquando per moram pacis cõſulem ludificabat & decipiebat. Pacis mora: quia ſimulabat ſe uelle facere pacem:per dedi/tionem. Ludificare.i. decipiebat. Fauere.ſ. aliquid. Haud ignarum:i.inſcium.Aliqui fuerunt qui exiſtimarent Albinum intellexiſſe cõſilium regis neq; negligentia magis q̃ dolo bellum traxiſſe. Tanta properantia.i.feſtinatione.Nam ſupra dixit illum feſtinaſſe :ut bellum finiret ante comitia: Secordia.i.negligentia.

Neq; ex tanta properãtia.Et fuerunt qui crederent bellum tam facile tractũ.ſ.fuiſſe:neq; ꝓ non magis ſecordia q̃ dolo.i.aliqui fuerunt qui crederent bellũ ab Albino eſſe prolongatũ magis dolo q̃ negligẽtia cuius rei indicium & cõiectura erat:quia a principio tantope feſtinabat: & tã facile poſtea illa feſtinatio ceſſauit. Sed poſtq̃ Cum(inquit) dies comitioꝝ appropinquaret:albinus cõſul fratrem ſuũ Aulum in caſtris reliquit in loco ꝓtoris & ipſe Romã reuerſus eſt:ut comitiis intereſſet. Dilapſo tempore.i.elapſo tpe. Aduentabat.i.appropinquabat. Pro ꝓtore.i.in loco ꝓtoris: hoc eſt cum officio ꝓtoris.Prætor aũt ſex faſces habebat.Conſul uero duodecim. Ea tẽpeſtate.eo tpe(inquit)reſpublica uexabaꝫ per ſeditionem tribunoꝝ plebis. Seditionibus:i.diſcordiis. Publius Lucullus & Lucius annius tribuni plebis nitebantur cõtinuare magiſtratũ collegis reſiſtentibus:quia uolebãt:ut ſequenti anno reficerentur tribuni.collegæ aũt eorum nolebãt & reſiſtebant. Collegis:uidelicet aliis tribunis plebis. Magiſtratum.ſ.tribunatũ. Quæ diſſenſio:per hanc diſſenſionem comitia totius anni impediebãtur: quia magiſtratus a populo creari nõ poterant. Ea mora.Ordo eſt. Aulus quem ſupra diximus eſſe relictũ in caſtris pro ꝓtore adductus in ſpem ea mora.i.propter eam moram:euocat milites ex tabernaculis in expeditionem menſe ianuario:aut cauſa conficiendi bellum:aut cauſa capiũdæ pecuniæ a rege terrore exercitus.i.ꝓpter terrorem exercitus. Aulus frater albini cõſulis relictus ut ꝑſſet exercitui:cũ uideret ſibi tempus dari ad bellũ gerendum:quia ſucceſſor creari nõ poterat: propter morã comitioꝝ:quæ a tribunis impediebantur:exercitũ in expeditionem eduxit:ſeu ſperans bellũ finire poſſe:anteq̃ ſucceſſor mitteretur: ſeu ut eo terrore iugurtham induceret ut ſibi pecunias daret. Ea mora.i.propter eam moram. In ſpem adductus: Aulus quid ſperabat propter eam morã.Sperabat ſe poſſe bellũ finire anteq̃ ſucceſſor crearetur in locũ albini fratris ſui:qui annũ ſuum expleuerat. Conficiendi.i.finiendi. Terrore exercitus: Nam Aulus credebat ſe poſſe terrere iugurthã:ſi exercitum in prælium educeret:atq; eo terrore iugurthã inducere:ut pecunias ſibi daret. Ex tabernaculis.i.ex tentoriis. In expeditionem.i.in bellum. Euocat.i.educit. Magnis itineribus:quia ſingulis diebus magna itinera conficiebat: Hyeme aſpera: utpote menſe ianuario. Quod oppidum: ordo eſt. Tamen Aulus agere pro agebat uineas: & iacere pro iacebat aggerem: & præparabat alia quæ forent uſui incepto. & hoc faciebat:aut gratia ſimulandi: quo: ideſt ut adderet formidinem

regi aut cæcus cupidine potiūdi oppidi ob teſauros:q̄q̄ quod.i.illud oppidū neq; poterat capi:neq; poterat obſideri & ſæuitia tēporis & opportunitate loci.nā pro qa planicies limoſa fecerat paludē hyemalibus aqs circū murū ſitū in extréo p̄cipiti mōtis. Senſus ē. Aulus aggreſſus ē oppugnare hoc oppidū Sulthul: licet ine pugnabile eſſet & propter naturā loci:& ꝓpter ſæuitiā tp̄is:ſed hoc fecit ut uel regē terreret:uel qa cupiebat cape hoc oppidū ꝓpter teſauros regis q̄ ibi erāt. Sæuitia tp̄is:qa erat hyems aſpera. Sæuitia:id eſt aſperi tate. Opportunitate: quia oppidū erat i mō te altiſſimo muro munitū.& circa murū aquæ pluuiales paludē fecerant i planicie limoſa. Nā circum:declarat quare dicit opportunitate loci oppidū capi non poſſe. Situm:id eſt poſitum

Prærupti.id ē editi & alti. Nā p̄ruptus dicit̄ i altū eleuatus. Virg.i.ænei. Inſeq̄tur cumulo p̄ ruptus aquæ mons. Limoſa.i. cenoſa & limo & ceno ac luto plena. Hiemalibus aqs.i.cum aquis que hieme pluūt. Gratia.i.cauſa. Formidinē.i.pauorē. Adderet.i.iniiceret:inferret. Oppidi potiūdi.i.capiendi oppidi. Vineas:machiuamentū bellicum. Agere:ꝑ agebat.i.admōebat. Aggerem iacere. Quid ſit iacere aggerē clarius demōſtrat īferius ubi ſic dicit. Deīde iubet uineas agere:ſuperq; eas aggerem iacere:& ſup aggerem impoſitis turribus opus admiſtros tutari. Sic ergo faciebant. Vineas ad muros agebant & appellebāt. deīde ſuper uineas iaciebant.& fundebant terrā.i.aggeré & ſup aggerē turr̄s faciebāt.& ī his turribus pugnatores locabant. Quid ſit uinea:qd ſit agger declarat̄ īferius. Incœpto:ad īcœptum uidelicet ad obſidionē & oppugnationē oppidi.

Vſui:ad uſum & utilitatē. Vanitate.i.amentia & ſtultitia. Legati.ſ.Auli. Nam Aulus licet a fratre pro p̄toꝛ ī caſtris relictus ſit:tamē erat legatus. Legatus dicebat̄ q uni legioni præerat. Legio aūt quattuor milia militum continebat. Licet poſtea is nūerus auctus ſit. Subdole.id ē fraudulenter & doloſe. Augere:pro augebat. Et declarat qūo eius amentiā augebat:nā iugurtha fingebat ſe tīere. Et ꝓpterea ad eū legatos mittebat:ipſe cum exercitu ſe fugeꝛ ſimulabat

Miſſitare:pro miſſitabat.i.frequenter mittebat. Ipſe.ſ.iugurtha. Vitabundus.i.uitāti ſimilis.nam nō uitabat:ſed uitare ſimulabat. Saltuoſa.i.nemoroſa. Tramites.i.per uias occultas. Ductare:pro ductabat. Spe pactiōis.id ē per ſpem pactionis.Iugurtha callidus hāc ſpem Aulo dedit:ut diceret ſe cū illo pactū & fœdus facere uelle:ſed uolebat ut Aulus ſequereť ſe ī regiōes occultas ut delicta & errata ſua *in hōc bello commiſſa* eſſent magis occulta. Pepulit:id eſt induxit. Relicto Sulthule:id eſt omiſſa obſidione & oppugnatiōe Sulthulis. Abditas:id eſt remotas & occultas. Cedentem.id eſt retrocedentem & fugientem. Ita ſcilicet dicebat. Callidos.i.aſtutos. Exercitum.ſ.Auli. Tentabat.i.ſolicitabat. Centuriones. centurio dicebatur qui uni centuriæ ꝑerat. Centurio centum hoīes continebat:& centuriæ ſunt peditū. Turmæ uero eqtum. Turma trigīta equites cōtinebat.& eſt prolepſis. Tranſfugerēt:ab exercitu romano ad ſe. Corrumpere pro corrumpebat:uti partī tranſfugerent:& uti alii deſererent locū dato ſigno. Diſciplīa militaris erat ut miles in pugna locum ſemel captū in iuſſu imperatoris non deſereret. Signo dato.ſ.pugnæ per tubā. Nam tuba canitur cū milites in pugnam uadunt. Locum.ſ.pugnæ. Quæ poſtq̄ ex ſentētia inſtruit.i.poſtq̄ corrupit pecunia centuriōes & duces turmarū quemadmodū uolebat. Intempeſta nocte.i.media nocte. Nam ut dicit Seruius. Nox ītempeſta dicit̄ nox media:hoc ē nimiū obſcuriſſima:qa caret tempore:quod ſecundū Lucretium p ſe nullū ē.niſi ex actibus ītelligat̄. Mediū aūt noctis tp̄s caret actu. Ergo ītēpeſta nox iactuoſa:hoc ē ſine actu:p quē dignoſcit̄ tp̄s. Intēpeſta nox.i.ſine tēpeſtate hoc ē ſine tpe. Nā tēpeſtas ſignificat tēpus. nox uero ſine tpe ideo dicit̄:qa eſt ſine actu quo tp̄s dignoſcit̄. Multitudīe.i.cū multitudīe. Circūuenit.ſ.iugurtha:id eſt circundat. Perculſi:id eſt perterriti. Periculū anceps.ſ.erat.i.duplex:nā periculū erat ſiue mānerēt

ubi regis teſauri erant quod quāq̄ ex ſæuitia tēporis & in opportunitate loci neq; capi: neque obſideri poterat:nam circa murum ſitū in prærupti montis extremo planicies limoſa hiemalibus aquis paludem fecerat:tamen aut ſimulā di gratia:quo regi formidinem adderet:aut cupidine cæcus oppidi potiundi uineas agere:aggerem iacer̄:aliaq; quæ incœpto uſui foret̄ properare. At iugurtha cognita uanitate atq; imperitia legati ſubdole eius augere amentiam miſſitare ſupplicantes legatos. Ipſe quaſi uitabundus per ſaltuoſa loca & tramites exercitum deductare. Deniq; Aulum ſpe pactionis pepulit uti Sulthule relicto in abditas regiones ſeſe euoluti cedentem inſequeretur. It delicta occultiora fuere: interea per homines callidos die noctuq; exercitum tentabat:centuriones:duceſq; turmarum partim uti tranſfugerēt corrūpere: alii ſigno dato uti locum deſererent:quæ poſtq̄ ex ſentētia inſtruxit intempeſta nocte cū multitudine Numidarum Auli caſtra circumuenit Milites Romāi perculſi inſolito metu arma capere:alii ſeſe abderē:pars territos confirmare: trepidare:omnibus locis uis magna hoſtiū cælum nocte atq; nubibus obſcuratum: periculū anceps. Poſtremo fugere ac manere rutius foret:in incerto erat: ſed ex eo numero quos pauloante corruptos diximus:cohors una Ligur

sive fugerēt:& hoc sequētia declarāt. Cohors una ligurū.Ligures & traces auxilia miserā t ad hoc bellū po/pulo romano.Ergo ex liguribus una cohors:& ex tracibus duæ turme equitū cum paucis militibus grega/riis ad iugurthā transfugerūt. Gregariis militibus:milites gregarii dicti sunt:quasi ex grege hoc est ex mul/titudine:& sunt milites uiliores. Et centurio.ordo est.Et cēturio primipili tertiæ legionis dedit locum in/troeundi hostibus p munitionē q̄ acceperat uti defenderet.Centurio primi uexilli tertiæ legionis corrup/tus:locū hostibus dedit:ut in castra romana in/troirēt p munitionē q̄ accepat uti defenderet. Centurio primi uexilli tertiæ legionis corrup/tus locū hostibus dedit: ut in castra romana in troirent p munitionē q̄ defendendā accepat.In exercitu multæ legiōes erant.In legione multæ centuriæ.Primipilus dicebatur qui nō solū aq/læ p̄erat:uerū etiā quattuor cēturias hoc est q̄/dringētos milites ī prima acie gubernabat.Di/cit aūt centurio primipili & cēturio primipilus hoc est cēturio primi uexilli uidelicet aqlæ q̄ ē primū signū ac uexillū:unaq̄q̄ legio habet unū centurionē primipili: Eaq̄.i. per eā partem.

cum duabus turmis Thracum:& paucis grega riis militibus transiere ad regem:& primipilus tertiæ legionis p munitionē quā uti defenderet acceperat:locum hostibus ītroeundi dedit. Ea Numidæ cuūcti irrupere.Ex nostris fœda fu/ga:plærique abiectis armis proximū collem occu pauere:nox atq̄ præda castrorꝝ hostes quomi/nus uictoria uterent remorata sūt. Deinde Iu/gurtha postero die cū Aulo in colloqo uerba fa cit:tametsi ipm cū exercitu fame ferroq̄ clausū teneat:tamen dicit se memorem humanarꝝ re/rum si secū fœdus facerēt: incolumes oēs sub iugum missurꝝ:præterea uti decem diebus Nu midia decederēt: Q uæ q̄q̄ grauia & flagitii ple na erant:tamen q̄a mortis metu nutabāt: sicu/ti regi libuerat pax conuenit. Sēd ubi ea romæ comperta sūt:metus atq̄ mœror ciuitatem in/uaserat:ps dolere pro gloria imperii:pars insoli ta bellicarꝝ rerꝝ timōre liberati: Aulo omnes in/festi:ac maxime q̄ bello præclari sæpe fuerant: q̄ armatus dedecore potius q̄ manu salutem q̄ siuerat:Ob ea consul Albinus ex delicto fratris dehinc inuidiam ac periculum timens: senatū de fœdere consulebat:tamen exercitui interim supplementū scribere a sociis & nomine latino auxilia accersēr.Deniq̄ omnibus modis festina

Nostris.i.romanis.uide q̄ facile uicti sunt ro/mani.Cū numidæ hostes castra romana irru/pissent:subito romāi alii fugiētes alii arma obii ciētes in cōllē quēdā montis proximū ascende rūt. Plæriq̄: ac si diceret:romani collē occupa uerūt alii fugiendo:alii nō fugiendo:sed pugnā do paulatim cedentes. Nox atq̄ p̄da castrorꝝ: hoc dicit:duæ res fuerunt:q̄ hostes impediue/runt ne funditus romanos delerēt.s.nox & p̄da castrorū.Nam nox obscura prohibebat: ne ho stes romanos insequerentur.Et dum hostes oc cupati sunt in diripiendis castris romanorum: interea in locum tutū romani fugerūt.In legio ne decem cohortes sunt.Sed prima cohors re/liquas & numero militū & dignitate præcedit: hec.n.suscipit aquilā:quod primū & p̄cipuum si gnū est in exercitu.hec habet īmagines impa/torꝝ.habet milites mille cētum quinq̄: equites c.xxxii.reliquæ eiusdē numeri sunt: singulæ.n. habent pedites q̄ngentos quinquaginta quin/q̄.equites.lxvi.prima cohors caput est totius le gionis:ab hac cū pugnādum est:prima acies in cipit ordinari. Quominus.i.ut nō. Victo/ria uterentur.Victoria uti est hostē funditus de lere:ita ut reliquiæ fracti exercitus in unū colli gi non possint:uiresq̄ resumere.Nā sæpe ꝓuenire solet:ut acies prælio fusæ atq̄ fugatæ:in tutū aliquem lo/cum se recipiant:& breui tempore in pristinum robur reparātur. Tametsi.Ordo est.Iugurtha tamen di/cebat se memorem rerum humanarꝝ esse missurū omnes incolumes sub iugum: tametsi tenet ipsum cum exercitu clausū fame & ferro.Cum Aulus & iugurtha in colloquiū uenissent:iugurtha sic dixit. O Aule scio res humanas īstabiles esse ut q̄uis hodie uictor sim tamen cras uinci possim.Et propterea:q̄uis te cum exer/citu fame & ferro clausum obsideam:tamē si mecū fœdus facere uis:non recusabo.Et oēs milites romanos sub iugū mittam:atq̄ ita Incolumes abire permittā.Aulus conditionē ignominiosam metumortis non re/cusauit .Itaq̄ oīs exercitus sub iugū missus est.Sic aūt milites sub iugum mittebātur:ut tradit Liuius.Hastæ duæ ter ræ affixæ ī altū erigebātur:Tertia e trāsuerso ducebat:atq̄ ita milites subire cogebantur.Quæ res eos uictos significabat. Præterea:hoc etiam iugurtha in cōditionibus fœderis uolebat:ut Romani decem dieꝝ spaciō e Numidia discederēt. Quæ q̄q̄.ordo est:tamē pax cōuenit.s.ita sicuti libuerat regi:quia nuta/bātur metu mortis.q̄q̄ quæ:idest illa erāt grauia & plena flagitii. Mortis metu:nā in colle quē occupauerāt clausi a iugurtha obsidebātur:nec inde discedere poterāt:quin in Numidias inciderent. Conuenit.i.com/posita est. Metus atq̄ meror:romani ciues:& timebāt & dolebāt.Et declarat utrūq̄: Pro gloria impii.nā gloria impii romāi in tā turpi fœdere maculata & uiolata esse uidebat. Dedecore potius: uidelicet permit tendo ut exercitus sub iugum mitteretur.Nam euen tū pugnæ potius experiri debuit:q̄ tantā ignominiā su bire. Senatū defœdere consulebat:utrū senatus fœdus probaret:an rescinderet & irritaret. Supplementū scribere.i.scribebat milites quos in suppementum mitteret eorum qui amissi erant in prælio. Auxilia

Milite q̄ a ſociis adiumēto mittebanť:auxilia uocabanť. Accerſere:pro accerſebat.i.aduocat. Suo.ſ.i iuſſu.i.ſenatus decreuit aulū non potuiſſe fœdus facer cū iugurtha ſine ſuo præcepto:& ſine p̄cepto populi romani.Ecce decreto ſenatus reſcindiť fœdus factū cū iugurtha. Impeditus a tribunis.Ecce quāta erat auctoritas tribūoꝝ plebis.Cōſul copias parauerat quas ſecū in affricā duceret:& tribuni eū ne hoc faceret prohibuerūt. Nā oīs exercitus.Dicit quare cōſul in aphricā profectus:qa totus exercitus hiemabat ī prouincia q erat deductus ex Numidia. Vt conuenerat:id eſt ſicuti pactū fuerat inter Aulum & iugurthā ſic.n.inuicē cōuenerant ut romāi ſpatio decem dierū ex numidia diſcederēt. In prouiciam.i. in eam partē affricæ quā tenebāt romani:quæ more romāo dicebatur puicia:ut ſupra dixius.

Poſtq̄ eo uenit:ordo ē.Albinus conſul. Ex copia rerum ſtatuit. Mos dicēdi apud Saluſtiū eſt ex copia rerum cōſiliū capit.ex copia rerum conſilium trahit.ex copia rerū ſtatuit.i.ex oportunitate & occaſiōe quā habebat: hoc cōſilium capit.& hoc decernit:uidelicet nihil ſibi agēdū eē.ſtatuii nihil ſibi agendum.ſ.eſſe:cognitis militibus:quos Aulo corruperat licentia atque laſciuia ſoluto impio præter fugā:q̄q̄ aius ardebat p̄ſequi iugurthā:& mederi fraternæ iuidiæ poſtq̄ uenit Albinus cōſul cū in affricā ueniſſet cupiebat p̄ſequi iugurthā:ut cladem uitio fratris acceptā ſi poſſet aliquo mō releuaret. Sed poſtquā cognouit totum exercitū licentia & laſciuia corruptū nihil tentare uoluit. Mederi fraternæ inuidiæ.i.iuidiā fraternā releuare:nā Aulus ab omnibus odio habebatur. Preter fugā.i.poſt fugam. Soluto impio.i.cum impio fracto & eneruato:qa Aulus permittebat milites facere quicqd uolebāt. Licētia:qa milites licenter faciebant quicquid uolebant:neglecta militari diſciplīa. Interim Rome.tranſit ad aliam rem.Dicit enī Caiū Manliū tribunū plebis rogationē ad populū promulgaſſe: ut inqſitio fieret de his quorū conſilio iugurtha Séatus decreta neglexiſſet:& qui ab eo pecunias acceptſſent in legatiōibus uel in impiis:& q elephātas ac perfugas tradidiſſēt.& qui de pace uel de bello pactiones cū eo feciſſent. Rogationē ad populū promulgat.i.petitionē uel legem populo propōit.quæ petitio cōtiuebat ea quæ ſequunť.Is qui populū uocat & petit ab eo ut aliqd iubeat aut uetet.dicit ad populū ferre:ſiue ad populū promulgare:ſiue populū rogare.Exēpli gratia.Caius Manlius populum conuocatū interrogat:uultis:iubetis ne Quirites uti quæraťī eos quorū cōſilio iugurtha Senatus decreta cōtempſit. Cū hanc rem ad populū promulgaſſet.i.cū hanc rem populo propoſuiſſet:q eam rem probabant:diſſuadebant populo Romano ut rogationē ſuffragiis ue auxiliis confirmaret. Qui autem improbabant:diſſuadebāt. Cū res in utranq; partem diſputata eſſet & diſcuſſa:populus q ex trigintaquinq; tribus conſtabat.mittebať in ſuffragiū.Cum decē & octo tribus.i.pluſq̄ dimidia pars populi rogationē probaſſent ſuffragiis. Lex ſiue rogatio plata dicebať.Promulgare autē dicitur quaſi prouulgare.i.ad uulgum ferre:hoc ē populo proponere. Aut in legatiōibus:ex hoc legati notabanť qui miſſi ſunt ut regnū numidiæ inter iugurthā & Adherbalē diuiderent:quorū pars maior a iugurtha pecuniā accæpit:ut ſupra uiſum ē. Aut imperiis:per hoc conſul Beſtia notabať. Elephantes perfugas:hoc uiſum ē ſuperius.nam q in caſtris relicti ſunt:elephātes tranſfugas uendiderunt. Pactiones feciſſent.per hoc Beſtia conſul & Aulus frater Albini cōſulis notabanť. Huic rogatiōi.ordo eſt.Partim hoīes conſcii ſibi:alii metuentes pericula ex iuidia partium parabant occulte ipe dimenta huic rogatiōi per hoīes latini noīs & per ſocios italicos:quoniā aperte reſiſtere non poterant quin faterenť illa & alia talia placere ſibi.hoc dicit:illi q erant ī delicto:banc rogationē Manlii īpedire conabanť per hoīes latīos & italicos:q erant ciues romāi.Sed tamē nihil facere potuerunt.Nā rogatio perlata ē & iuſſa: Alii ex iuidia partiū pericula metuētes.Multi nobiles erāt q tiebant ꝓpter iuidiā partiū:qa ītelligebant periculū ſibi īminere ſi plebs in hac rogatiōe uictoriam obtinuiſſet.nam factio nobiliū per hanc rogationē uires amittebat.Ecōtra factio plebis uires & aīos augebat:ſicuti ipſe Salu.īfra oſtēdit. Quoniā apte reſiſtere nō poterant.iō occulte reſiſtebāt huic ragatiōi per alios:qa per ſe apte reſiſtere nō poterāt:qn iuū delictū faterenť. Illa & alia ta.ſ.accepiſſe pecūias a rge.& ipm rgē iuuiſſe & cætera feciſſe q ī rogatōe pmulgata

re:Senatus uti par fuerat decernit:ſuo atq; populi ſine iuſſu nullū potuiſſe fœdus fieri:Conſul impeditus a Tri. Pl. ne quas parauerat copias ſecum portaret:paucis diebus in affricam proficiſcitur. Nam omnis exercitus uti conuenerat Numidia deductus in prouincia hyemabat. Poſtq̄ eo uentum eſt q̄q̄ perſequi iugurtham & mederi fraternæ inuidiæ animus ardebat cognitis militibus quos præter fugam ſoluto imperio licentia atq; laſciuia corruperat: Ex copia rerum ſtatuit ſibi nihil agendum: Interim Romæ.C.Manlius Limitanus Tri.Pl. rogationem ad populum promulgat:uti quæreretur in eos: quorum conſilio Iugurtha ſenatus decreta neglexiſſet:& q tradidiſſēt elephātas & perfugas:quiq; ab eo in legationibus aut imperiis pecunias accepiſſent. Item qui de pace aut bello cum hoſtibus pactiones feciſſen:: Huic rogationi partim conſcii ſibi: alii ex partium innidia pericula metuentes:quoniā aperte reſiſtere non poterant: quin illa & alia talia placere ſibi faterētur: occulte per amicos:ac maxime per homines nominis latini: & ſociis itali

cõtinebant. Hoſes latini noīs.i.per hoīes latinos:qbus ciuitas Ro.data erat.i.q̄ ciues romani facti erant. Sed plæbs. Sed eſt incredibile memoratu q̄tū fuerat intenta plæbs:& q̄ta ui iuſſerit rogationē:magis odio nobilitatis:cui illa mala parabant:q̄ cura reipu.tanta libido erat in ptibus:ſenſus patet. Incredibile memoratu.i.dictu incredibile:quia ſi diceret non crederet. Suffragiū proprie dicit uotum & uolūtas uniuſcuiuſq̄: q̄ primo uote:deinde p.L.Caſſiū lega lege p tabellā oſtendebat:ita ut uoluntas cuiuſq̄ pandat pſona occultaret. Rogationē iuſſerit.i.rogationē ſuffragiis approbauerit. Nā eam rogationē ſe acceptare:& approbare ſuffragiis oīdit. Nam plæbs dicebatur iuſſiſſe id qđ ſuffragiis approbabat. Igitur cæteris metu perculſis. Cū(inquit) cætera nobilitas perterrita eſſet ob legē Manlii Scau. inter cæteros nobiles potens:parte huius terroris& periculi imminentis excuſſit. Nam cum tres inquiſitiones cõtinerent in lege:fecit & obtinuit:ut ipſe unus eſſet ex his qui īquiſitionem faciebāt. Atq̄ ita cū de ipſo inquiſitio facienda eſſet q pecuniā acceperat a iugurtha p potentiā ſuā fecerat:ut ipſe de aliis inquiſitionē faceret.

Igitur cæteris metu perculſis.i.cæteris nobilibus metu perterritis. Inter læticiā plæbis:nā plæbs letabatur:quia uidebat fore ut multi nobiles dānarent. Tres quæſtiones:prima quæſtio erat de his:quoꝝ conſilio iugurtha ſenatus decreta contẽpſerat:& qui pecuniam ab eo acceperant. Secunda erat de his qui elephātos & tranſfugas uendiderāt. Tertia de his qui pactiones de pace aut bello cum hoſtibus feciſſent.

In eo numero.i.numero quæſitoꝝ: obtinuerat ut ex tribus quæſitoribus unus eēt:nā opus erat:ut ſinguli quæſitores ſingulis inquiſitionibus preeſſent. Nam quæſitores dicūtur qui de crimībus ſuſpectis inqſitiōem faciūt. Sed queſtiōe exercitata:ordo eſt:ea tẽpeſtate ſic īſolentia cœperat plæbem ex ſecūdis rebus:ut proſicut ipſa inſolentia ſæpe cœperat nobilitatem: exercitata quæſtione aſpere & uiolenter ex rumore & ex libidine plæbis. Poſtq̄(inquit)inquiſitio exercitata eſt ſicuti plæbs cupiebat:ipſa plæbs ſuperbire cœpit ex hoc quēadmodum ſæpe nobilitas ſupbire cõſueuerat. Aſpe & uiolenter:qa multi nobiles dānati fūt inter quos.L.Opimius:q princeps legationis fuit qñ decē legati miſſi ſunt ut regnū numidiæ diuiderent inter iugurthā & adherbalem. Ex rumore & ex libidine plæbis.i.quēadmodū dicebat & cupiebat plæbs. Ex rumore.i.ſecundū rumorē & famā plæbis:quia inquiſitio facta eſt:de his hoībus de quibus plæbs dicebat eſſe faciendā. Ex ſecūdis.i.proſperis rebus:qa inqſitiones fiebāt quēadmodū ipſa plæbs uolebat. Cæteꝝ mos Salu.capta opportunitate:dicit unde ptes & factiones romæ originē habuerint. Partiū populariū & ſenatus factionū. Tota ciuitas in duas ptes & duas factiones diuiſa erat:una pars ſiue factio erat ſenatus & nobiliū. Altera pars erat plæbis. Sed factio ſenatus magis unita erat & cõiuncta:factio plebis magis diſparſa. Sed ubi tota plæbs in unū conſpirabat pp multitudinē ſuperior erat:preſertim ſi duces factiones potentē aliquem inueniſſet:ut Caiū Marium:& Caiū Cæſarem. Ocio.i.propter pacem. Nam diuturna pax & quies a;tumultu belloꝝ uires & animos eneruauerat & in ſuperbiā erexerat. Prima.i.præcipua & melio ra. Nam hoīes exiſtimant diuitias eſſe cæteris rebus meliores. Nam ante Carthaginem. Oſtendit nocuiſſe romanis delere Carthaginē:quia donec Carthago ī impio fuit ſemper in bello romanos tenuit occupatos:ita ut nec laſciuire nec ſuperbire poſſent. Sed deleta & extincta Carthagine:cū imperiū romanū creuiſſet in īmenſum:& reꝝ oīum affluentiā diuturnitas pacis atq̄ ocii peperiſſet:laſciuire aī cœperunt & in ſuppiam extolli.atq̄ ita dominandi libido pablatim inceſſit. Ante Carthaginē deletam. Cum in ſenatu agitaretur an delenda eſſet Carthago. Sententias dixerūt. M.Cato Cenſorinus:& Publius Scipio Naſſica Cato cenſebat delendam eſſe Carthaginem:ut metu ppetuo belli roma liberaret:e cõtra.P.Scipio Naſſica Cenſebat Carthaginē non eſſe delendā:ne metu belli ſublato ignauia torpeſcerent aī:& uires ocio ac laſciuia corrūperētur qđ poſtea factū eſt:ut Sal.hic docet. Sed ubi ordo eſt. Sed laſciuia atq̄ ſupbia inceſſere:dico laſciuia & ſuperbia appoſitiue ea quæ ſecundæ res amant:ubi pro poſtq̄ illa formido diſceſſit mentibus. Senſus patet. Illa formido.ſ.Carthaginis.i.poſtq̄ Carthago deleta eſt,& metus belli ſublatus:ſupradiximus quemadmodum.P.Scipio Affricanus minor Carthaginem captam funditus deleuerint exquo Affricanus cognominatus eſt. Eaquæ ſecundæ res amant. Nam ex affluentia rerum laſciuia & ſuperbia generatur.

Inceſſere.i.inuaſere.intrauere inuectæ & introducte ſunt. Ita:ordo.ita ociū quod optabant in aduerſis rebus fit acerbius & aſpius poſtq̄ adepti ſunt.i.illud ociū.Optabat pacē quando i bello erant. Et poſtq̄ adepti ſunt pacē eo aſpior fuit bello. Cœpere.plepſis ē.Nobilitas inqt cœpit cōuertere dignitatē in dñationem, quia non ſatis habebat:q̄ admīſtrationē reipubli.& prouīciarum poſſidebat:ſed prorſus dominari uolebat: ex altera parte plebs libertatem ſuam in libidinē cōuertē cœpit:qa non ſolum ſenatui & nobilitati ſubiecta eē uolebat:ſed leges ferebat & iubebat:que nobilitatis potentiam extingueret:ſicuti fuit lex ſuperior de quæſtionibus exercendis:qua lege tota nobilitas perculſa eſt. Abſtracta.i.diſtracta:diuiſa ſunt. Reſpub: bonū cōmune & bonum publicū.Dū unuſqſq̄ rem ſuā curat: reſpublica neglecta ē:& dilacerata eſt.Dū unuſquiſq̄ bonum priuatū curat:bonū publicum contemnit. Nobilitas magis factiōe pollebat.i.factio nobilitatis potentior erat:quia magiſ erant uniti & cōiuncti.plebs uero diſperſa erat. Soluta id eſt diſiuncta:qa paupes ciues quærebāt quotidie quomō uictū ſibi pararent:non quomō diuitibus & nobilitati reſiſterent.Et ideo potentia plebis minor erat:qa non erant uniti & coniuncti ſicuti nobiles. Imperatores.i.duces exercituū. Parentes:aut parui liberi militū:pbat quod ſuperius dixit:uidelicet quomodo nobilitas dignitatē in dominationem uertere cœpit. Ecce totius reipubl.admīſtrationem tenebant & tamē poſtea patres & liberos pauperū ciuiū q foris bella gerebant de agris ſuis pellebant:ſi forte eis uic ni erāt. Sedibus:uidelicet de agris hoc etiam ſupra docuimus factum eſſe: quādo Tiberius gracchus legem agrariam tulit. Nam diuites q̄ potentes augebant penſiōes:& ita de agris publicis pauperes ciues excludebant. Ita cū potentia.ordo ē:ita auaritia cum potētia inuadere pro inuadebat:& polluebat & uaſtabat omnia ſine modo & ſine modeſtia:& nihil penſi habere pro habebat.& nihil ſancti quoad p̄ci pitauit ſemetipſum. Nobiles romani potentes erant & auari:& propterea per fas ac nefas oīa aggrediebātur:atq̄ omnia uiolabant.Nam quia potentes erant:omnia aggrediebantur.quia auari erāt:oīa uolebant:& oīa per pecuniam faciebant. Polluere:pro polluebant:hoc eſt uiolabant oīa per auaritiā: ſicuti ſenatores romani pecunia corrupti iuſtitiam & fidem uiolauerunt:iugurtham pro tantis ſceleribus impunitum relinquentes.& quemadmodum legati per auaritiam fidem uiolauerunt:qui acceptā pecunia melio rem partem regni iugurthæ aſſignauerunt. Nihil penſi habere.i.nihil conſiderabant. Et hoc refertur ad id quod dixit:inuadere:quia temere & ſine ulla conſideratione ea aggrediebantur quæ uel erant illicita:uel ſuis uiribus maiora. Neq̄ ſancti hr̄e.i.& nihil ſancti hēbat:hoc refertur ad id qđ dixit.polluere. Nhil ſanctum habere eſt oīa ſancta uiolare.nam id dicitur ſanctum quod uiolari nefas eſt:ut fides:pietas:iuſtitia:religio:nec oīa & his ſimilia ſancta dicuntur:quia ea pollui & uiolari non licet.Sed nobiles romani nihil ſancti habebant:quia oīa uiolabant quæ uiolari non licet.nam fidem & iuſtitiam pro pecunia uiolabant:ut antedixi. Nihil penſi:id eſt nihil penſum habebant:quia nihil quod facerent penſabant:id eſt liberabant & ponderabant:& examinabant:ſed temere & inconſulte quicquid appetebant aggrediebantur:& inuadebāt potentiæ ſue confiſi. Precipitauit:id eſt euertit & deiecit.nam potentia Romanorum tātopere creuit:ut ſua magnitudine rueret.Nam arma ab hoſtibus in ſeipſos uerterunt:donec bellis ciuilibus Roma funditus euerſa eſſet. Nam ubi primum:poſtquam(inquit)ex nobilibus aliqui reperti ſunt qui iuſtitiam potentia contemnerent:& ueram gloriam quærerent:tunc primū bellum & diſcordia ciuilis oriri cœpit:iuſta potentia erat nobilium:qui ea faciebant que ſupra dixit:uidelicet qui totius reipublicæ adminiſtrationem habere uolebant:& inſuper inopem plæbem ſeruitute oppreſſam tenebant.uera gloria erat dare operā:ut plebs quæ pro republica ſemper bella gerebat:non opprimeretur a nobilitate.ſed libertatem ſuam inuiolatam haberet. Poſtquam igitur inuenti ſunt aliqui ex nobilibus:qui ſpreta iniuſta potentia hanc ueram gloriam quærerent:nt uidelicet conarentur plæbem in libertatem reſtituere:ſubito exinde bellum ciuile ortum habere cœpit:quia dum nobilitas dominari cupit:plebs autē dominationem pati nō uult:neceſſe fuit ad arma uēire Nā ubi:ordo ē:nā ciuitas cœpit moueri:& diſſēſio ciuilis cœpit oriri q̄ſi pmixtio terræ.ubi primū.i.cū pmū reperti

bonis artibus ciuitatem retinebat. Sed ubi illa formido a mētibus diſceſſit. ſcilicet ea quæres ſecundæ amant:laſciuia atq̄ ſuperbia inceſſere Ita quod in aduerſis rebus optauerant ocium poſtq̄ adepti ſunt:acerbius aſperiuſq̄ fit.Nāq̄ nobilitas dignitatem in dominationem. Et populus libertatem in libidinem uertere:ſibi q̄ſq̄ ducere:trahere:rapere: ita omnia in duas partes abſtracta ſnnt:reſpub.quæ media fuerat dilacerata eſt. Cæterum nobilitas:factio ue magis pollebat:plebis uis ſoluta ac diſperſa in multitudine minus poterat:paucorum arbitrio belli domiq̄ reſpublica agitabatur:penes eoſdem ærarium:prouīciæ:magiſtratus:gloriæ:triumphi erant. Populus militia atq̄ inopia urgebatur: prædas bellicas imperatores cum paucis diripiebant. Interea parētes:aut parui liberi miſerum: ſiuti quiſque potentiori affinis erat:ſedibus pellebantur. Ita cum potentia auaritia ſine modo modeſtiaq̄ ſuadere:polluere,& uaſtare oīa:nihil penſi:neq̄ ſancti habere: quoad ſemetipſam præcipitauit. Nam ubi primū ex no

reperti sunt:scilicet aliqui ex nobilitate:qui anteponerent ueram gloriam iniustæ potentiæ.Mirum uidetur hoc qđ dicit:nisi diligentius consideretur. Nam mirum uidetur:q; bellum ciuile sit:quia ex nobilibus inuenti sunt: qui ueram gloriam iniustæ potentiæ anteponerent:imo ex hoc uidetur potius concordia nutriri potuisse.Sed iam exposui hanc sententiam.quæ exemplo Gracchoꝝ clarius intelligitur. Nam Gracchi uero dū ueram gloriam quærunt: plæbi libertatem & iura sua restituendo:discordiam ciuilem in urbe concitarunt.

bilitate reperti sunt:qui ueram gloriam iniustæ potentiæ anteponerent: moueri ciuitas cœpit & dissensio ciuilis: quasi permixtio terræ oriri. Nam postquã Tiberius:&.C. Gracchus:quorum maiores in punico bello atq; aliis multum Reipu.addiderant:uindicare plæbem in libertatem: & paucorum scelera patefacere cœpere:nobilitas noxia atq; eo perculsa modo per sotios ac nomen latinum: interdum per equites R.o. quos spes societatis a plæbe dimouerat Gracchorũ actionibus obuiam ierat:& primo

Quasi permixtio terræ:ideſt quasi puluis: sic ciuitas turbari cœpit:& suscitari ciuilis discordia: quemadmodum puluis turbari & suscitari solet turbine uenti commotus. Nam postq̃: probat exemplo Gracchoꝝ hoc uerum esse qđ dixit:uidelicet ciuilem discordiam exoriri cœpisse:dum inuenti sunt ex nobilibus qui ueram gloriam iniustæ potentiæ anteponerent:sicuti: Gracchi fecisse probatur:ordo est.Nam nobilitas noxia atq; perculsa eo: ideſt ideo ierat:obuiam actionibus Gracchorũ modo ideſt aliquando per socios ac nomen latinum:interdum per equites romanos:quos spes societatis dimouerat a plæbe.Postq̃ Tiberius & Caius Gracchus: maiores quorum addiderant multum reipub: bello punico atq; aliis.ſ.bellis:cœpere pro cœperunt uendicare plæbem in libertatem:& patefacere scelera paucorum. Quorum maiores punico bello atq; aliis multum Reipubli.addiderunt Gracchi multa præclara facinora bello gesserunt & in bello punico & in aliis.Nam sempronius Gracchus consul & collega.P.Cornelii Scipionis patris Scipionis Africani maioris ad insidiã missus contra Carthaginenses bello naualli fœliciter dimicauit septem nauibus captis:cæteris in fugam uersis idem apud Placentiam contra Hanibalem fœliciter pugnauit: pulso hoste in castris.Tiberius autem Gracchus Hanonem ducem Pœnorum cum exercitu fudit apud luceriam: ex quo prælio minus duo millia hominum cum ipso duce fugerunt.Item.P.Sempronius consul in agro crotoniensi cum Hannibale conflixit:fuso fugatoq; exercitu,quattuor milia hostium occidit: paulominus trecentis cœpit.undecim signa militaria capta sunt. Ex his patet quomodo maiores Tiberii & Caii Gracchorum multum reipu.addiderunt. Deniq; Tiberius gracchus pater eorum bis consul fuit:ac bis triumphauit.

Vindicare.i.trahere.Ecce quomodo Tiberius &.C.Gracchus ueram gloriaminiustæ potentiæ anteponebant:quia ipsi non cupiebant dominari sicuti cæteri Nobiles:sed ipsam plæbem seruitute oppressam in pristinam libertatem reuocare cupiebant: & dum hoc faciunt: discordia & bellum ciuile oriri cœpit.

Scelera patefacere. nam ostendebant quemadmodum Nobiles omnia ad se traherent: ærarium expilarent: pauperes de agris suis pellerent regna & prouincias uenderent: & cætera scelera his similia perpetrarent. Eo: ideſt ideo propter id. Perculsa :ideſt perterrita. Nam nobilitas timebat: quia sciebat se esse in his delictis quæ gracchi patefaciebãt. Modo per socios ac nomen latinum: populi latinorum socii uetustissimi erant populi romani: qui tandem in communionem ciuitatis romanæ accepti sunt: hoc est ciues romani facti sunt: ita ut & ipsi haberent suffragia. Dicit ergo Nobilitatem & senatum restitisse actionibus Gracchorum per latinos: quia latini adherebant senatui potiusq̃ plæbi: aliquando senatus resistebat actionibus gracchorum per equites romanos: quia similiter equester ordo adhærebat potius senatui q̃ plæbi: licet sæpe a senatu alienatus sit: & se cum plæbe coniunxerit: ordo ille: Nam inter senatum & plæbem medius erat: ordo equester: diuitiis maxime præpotens. Quos spes societatis a plæbe dimouerat senatus: ut ordinem equestrem alienaret a plæbe. & eum sibi conciliaret. Atq; coniungeret: dabat ei spem societatis: & propter hanc spem equester ordo a plæbe discesserat: & senatui adhærebat. Spes societatis: & quia equites sperabant se socios fore senatus in administratione totius reipubli.Nam senatus totam rempubli.in sua potestate habebat:ut supra uisum est. Gracchorum actionibus: quibus actionibus libertatem & iura sua plæbi restituere conabantur:ut supra uisum est. Eadem ingredientem:ideſt eadem molientem & conantem quæ ipse Tiberius conatus fuerat:uidelicet ferentẽ leges agrarias. Triumuirum coloniis deducendis. Quando agri publici ex hostibus capti pauperibus ciuibus romanis diuidendi erant:tres uiri creabantur a populo: qui eos agros diuiderent. Et hi triumuiri dicebantur: quemadmodum quando Tiberius Gracchus legem tulit agrariam: tres uiri electi sunt ad agros diuidendos uidelicet. Ipse Tiberius Appius Claudius socer eius Caius Gracchus frater eius. Vnusquisque eorum triumuirum dicebatur. Nunc ergo dicit.C.Gracchum triumuirum deducendis coloniis cum Fuluio Flacco interfectum fuisse: quia.C.Gracchus & Fuluius Flaccus triumuiri erant: ad deducendas Coloniam Tarentum atq; Capuam:& ad agros diuidendos.Nã.C.Gracchus Tribunus plæbis legem tulerat:ut coloniæ mitterentur Tarentum atque Capuam:Colonia dicebatur multitudo ciuium romanorum missa ad aliam ciuitatem:in qua agri publici per triumuiros ei diuidebantur & assignabantur:ergo deducere Colonias est de ciuitate romana ciues tollere:& in aliam ciuitatem ducere in qua eis agri publici diuiduntur &

assignanť. Quemadmodum autem. C. Gracchus & Fuluius Flaccus interfecti sint a nobilitate supra diximus.
Et sane gracchis. Salustius iudiciū suum de morte gracchorum ostendit. Dicit enim eos imoderatū animū habuisse: dum iura sua plebi restituere conantur. Nam licet a principio gracchi egregio animo ducti sint: ut plebis iura & libertatem contra nobilitatem tuerentur: tamen postea ad iniustitiam descenderunt: dū uincere & obtinere conantur quod semel intenderant: quēadmodum Tyberius gracchus fecit q̄ sine exēplo occa uio Collegæ suo magistratū abrogauit. hoc. n. nimis supbū & intolerādū uisū ē oībus. Cupi dine uictoriæ: id est cupiditate uincendi: uideli cet dum cupiunt uicere & obtinere id quod se mel excogitauerant. Sed bono: ordo est. Sed est satius uinci bono. s. more q̄ uincere iniuriam malo more. hæc ē apostolica sententia atq; di uina. Dicit. n. quāuis Gracchi imoderatū aīum haberent: tamē melius erat ut nobilitas eos uin cere permitteret: q̄ ut eos interficeret: & exem plum malū introduceret. Sed bono: sententia generalis quidem est: sed ad propositū accōmo data. Satius: id est melius. Malo more: id est malo exemplo nobilitas uicit iniuriam Grac chorum: sed malo exemplo uicit: quia eos iter fecit. & in ipsa uictoria nimiam crudelitatē ex ercuit. Et ideo melius esset uinci q̄ sic uincere. Igitur. ordo est. igitur nobilitas usa est uictoria: ex sua libidine extinxit multos mortales ferro aut fuga. Ea uictoria: i qua gracchos uicit & i terfecit. Ex libidīe sua. iter uoluntatem & li bidinem hoc itereſt secundū Ciceronē in quar to Tusculanarū: Volūtas est quæ quid cū rōne desiderat. Quæ aūt rōne aduersa icitata est: ea libido ē: uel cupiditas effrenata. Ergo desideri um i bono uolūtas dicit. Desideriū i malo libi do uocat. Multos mortales ferro aut fuga extinxit. ideſt multos iterfecit: & multos exilio mulctauit. Plus timoris q̄ potentiæ sibi addi dit. Ex ea uictoria nobilitas fecit: ut plus time ret in posterum non ut plus posset. Quæ res: uidelicet imoderate uti uictoria: ut i ipsa crude litatem exercere: sicuti nobilitas fecit. Ma gnas ciuitates pessundedit: id est euertit & dele uit. Sic Athenæ florētissima ciuitas euersa est.
Maturius: id est citius: Si uellem loqui de pti bus ciuitatis: prout res postulat. tam magna res est ut citius tēpus defuturum sit q̄ res. Redeo id est reuertor. Facta digressione. postq̄ descri psit mores & partes ciuitatis: nunc reuertitur ad id quod omiserat ut ostendat quid factum sit. postquā Ro mani fusi sunt a iugurtha. & postquam Aulus uictus fœdus cum iugurtha fecit. Quanquam aduersus: id ē contrarius & inimicus: licet aduersus esset plebi propter factionem: tamen famam integram & incorruptā habebat. Fama tamen æquabili: quia nihil de seipso prauum & iniquum dicebatur. Magistratum ingres sus est: id est ubi magistratum iniuit. Consules & alii magistratus aliquot mensibus ante declarabantur. Deinde calendis ianuariis magistratum inibant: id est magistratum Romanæ Reipublicæ administrare in cipiebant. Et quanquam aduerso populi partibus: fama tamen æquabili inuiolata & incorrupta erat. Or do est pendens a superiori. Numidia euenerat metello acri uiro: & tamen erat fama æquabili & inuiola ta: scilicet ipse metellus: quanquam erat contrarius & aduersus populis partibus. Quanquam metellus erat inimicus partium ipsius populi: tamē erat æquabili fama. quia metellus æqualiter & similiter probatus erat apud populum: sicuti apud Senatum. quanuis esset inimicus populi propter partes. Et sine dubio magna q dem laus est metelli: q̄ uita eius & mores ita probabantur ab inimicis sicuti ab amicis. Aduersus partium populi: id est inimicus partium populi. Alia omnia cōmunia sibi cum collega ratus: id est cum putasset alia omnia præter bellum tam ad collegam q̄ ad se pertinere. Metellus enim putabat alia omnia esse com munia sibi cum collega: hoc est alia omnia præter bellum tam ad collegam q̄ ad se pertinere: sed bellum pu tabat præcipue ad se pertinere: quia illa prouincia sibi per sortem euenerat. in qua illud bellum gerēdū erat. Et iō metellus curā rei; aliarū oīum ad rēpu. spectātiū: Collegæ suo relīquēs: ad bellū p̄cipue animū intēdit

Tiberium: deinde paucos post annos ingredie tem eadem. C. Tribunum: alterum trium uirorum in deducēdis coloniis: cū. M. Fuluio Flacco ferro necauerat: & sane Cracchis cupidine uictoriæ nō satis moderatus animus fuit: Sed bono uinci satius est: q̄ malo more iniuriā uincere. Igitur ea uictoria nobilitas ex libidine sua usa: multos mortalis ferro aut fuga extinxit. Plusque in reliquum sibi timoris q̄ potentiæ addidit. Quæ res plærunq; magnas ciuitates pessundedit: dum alteri alteros uincere quouis modo & uictos acerbius ulciſci nolnnt. Sed de studiis partium: omnibus q; ciuitatis moribus: sigillatim aut pro magnitudine parem differe re tempus q̄ res maturius me deseret. Quam obrem ad incœptum redeo.

Post Auli fœdus exercitusq; nostri fugam fœdā. Q. Metellus. &. M Syllanus Conſ. designati prouin cias inter se partiuerant. Metelloq; Numidia obruerat: acri uiro & q̄q; aduerso populi partibus: fama tamen æquabi li & inuiolata: is ubi primum magistratum in greſſus est: alia omnia sibi cum collega ratus: ad bellum quod gesturus erat animum inten dit. Igitur diffidēs ueteri exercitui milites eligē

præsidia

Præſidia undiq; accerſere:pro accerſebat. Auxilia undiq; a ſociis petebat. Ad hæc:ideſt præterea. Pa/
tranda:ideſt perficienda. Auctoritate ſenatus:quia ſenatus decreuerat:ut latini ad hoc bellum auxilia mitte
rent. Et reges:qui erant ſocii populi romani:ſicuti fuit:Eumenes:Ariobarzanes rex & multi alii. Vultro
inſuper. Aduerſus diuitias inuictum animum regebat. Ciues bene de Metello ſperabant ob hanc cauſam
potiſſimum:qa ſciebant illum pecuniis a iugurtha corrumpi non poſſe quemadmodũ ſuperiores duces & le
gati corrupti fuerant. Nã metellus a diuitiis uin
ci non poterat. Exercitus iners:uitia deſcribit
exercitus corrupti. A Suprio Albino pro//
conſule: Albinus elapſo anno non conſul ſed
proconſul erat. Conſulis autem & proconſulis
idem erat imperium. Nam uterq; duodecim fa
ſces. i. duodecim lictores habebat. Lingua q̃
manu promptior: magis promptus erat ad di
cendum q̃ ad faciendum. Prædator: exerci/
tus romãus prædas ex ſociis agebat: & ipſe erat
præda hoſtium. Sine imperio & modeſtia ha/
bitus: ideſt rectus ſine auctoritate & modeſtia:
& hoc pertinet ad Aulum fratrem Albini con
ſulis. Ita: ideſt hoc modo: quia exercitus tan/
ta in ſe uitia habebat. Imperatori nouo. ſ. Me
tello: ordo eſt ita plus ſollicitudinis accedebat
nouo impatori ex malis moribus: q̃ auxilii aut
bone ſpei ex copia militum. Nouus imperator
magis timebat propter malos mores & pp ui/
tia exercitus q̃ ſperabat ꝓpter multitudinem.

Statuit tamen Metellus. Quamuis (inquit)
tempus æſtatis inſtaret bello opportunum: &
ciues euentum belli expectarent: tamen Metel
lus bellum inchoare noluit priuſq̃ exercitum li
centia & laſciuia corruptum: ad normam uete/
ris diſciplinæ reuocaſſet. Statuit tamen: ordo
eſt: tamen Metellus ſtatuit non prius attinge/
re bellum q̃ coegiſſet milites laborare diſcipli/
na maiorum: q̃q̃ & tempus æſtiuorum ĩminue
rat mora comitiorum: & q̃q̃ putabat animos
Id ea'gratia:posset aliqs dicere.Quare iugurtha nouũ colligebat exercitũ.,Nõne habebat ueterem exerci tum:qui secũ profugerat ex prælio.in quo uictus est a metello. Nã in eo plio pauci ex Numidis interierunt: reliqui oẽs incolumes fugerunt:ut supradixit.Salustius huic tacitæ quæstioni respondet.Et dicit:hanc esse cõ suetudinem apud Numidas:ut quãdo rex uictus est in plio:nemo ex fuga eum sequat præter regios equites: unusquisq; post fugã uadit quocunq; uult:neq; illud apud Numidas reprehensibile est:quia sic est cõsuetudo.

Id ea gratia euẽniebat:q; præter regios equites nemo oĩum Numidarũ ex fuga regẽ sequebat. Quo cuiusq; animus fert eo discedunt:neq; id flagitiũ militiæ ducitur:ita se mores habẽt. Igitur Metellus ubi uidet regis:ẽt tum animũ ferocem esse:bellũ renouari:quod nisi ex illius libidine geri non posset.Præterea iniquũ certamen sibi cum hostibus:minore detrimẽto illos uinci:q̃ uincere:statuit nõn præliis neq; in acie: sed alio modo bellũ gerendũ fore. Itaq; in loca Numidiæ opulentissima pgit:agros uastat castella multa & oppida temere munita: aut sine p̃sidio capit:incẽditq;:puberes interficit: iubet alia oĩa militum prædæ esse.Ea formidine multi mortales romanis dediti:obsides: frumentũ & alia quæ usui forent affatim præbita sũt:ubi cunq; res postulabat p̃sidium imposituũ. Quæ negocia multo magis q̃ præliũ male pugnatũ ab suis regẽ terrebãt. Quippe cui spes omnis in fuga sita erat sequi cogebatur:& qui sua loca defendere nequerat in alienis bellum gereret:tamen ex inopia qd optimum uidebatur consiliũ capit: exercitum plærunq; in iisdem locis operiri:iubet:ipse cum delectis equitibus Metellũ sequitur nocturnis auiisq; itineribus ignoratus Romãos palãtes repente aggreditur:eorũ plærosq; inermes cadũt:multi capiũtur:nemo oĩum

Id ea gratia euẽiebat:idest ob eam cãm iugurtha nouum colligebat exercitum:quia nullus de exercitu uetere post fugã eũ secutus erat: p̃ter eqtes regios:qui circa p̃sonã eius semp assistũt.

Flagitiũ.i.scelus reprehensione dignũ. Ita se mores habent.i.talis est cõsuetudo. Igitur ubi Metellus ordo est:igitur Metellus statuit bellũ esse gerendũ non p̃liis neq; acie:sed alio more: ubi pro postq̃ uidet animũ regis etiã tum eẽ ferocem.& postq̃ uidet bellum renouari qd non posset geri nisi ex libidine illius: & postq̃ uidet iniquũ certamen esse sibi cũ hostibus: & postq̃ uidet illos uinci minore detrimento q̃ suos uincere:sensus patet. Igitur quia uidelicet iugurtha nouũ comparabat exercitũ. Etiã tum:uidelicet postq̃ esset uictus. Animũ ferocẽ.i.in uictum & ĩdomitũ:licet rex uictus esset:tamen animũ habebat inuictũ:ferox significat inuictũ indomitũ & forte. Nisi ex libidine illius.i.nisi quẽadmodũ uellet.ipse iugurtha. Iniquum certamen.i.malignũ & inutile.iniquũ erat certamen:in quo uictor plus detrimenti patiebat q̃uirtus:& hoc sequentia declarant. Sed alio more:i.alio modo quẽ modũ ipse iferius ostendit. Itaq; in loca. Ecce sicut alio modo bellum gerit Metellus. Temere munita: idest male munita.Nam temere multa significat.Aliquando temere sine causa significat: Virgi.haud temere est:conclamãt ab aggere uolens.Aliquando significat fortuito:aliquãdo male:ut hoc loco. Aliquando improuide. Temere munita. male munita:scilicet mœnibus & fossa& aggeꝛ

Sine p̃sidio sine custodia militum. Puberes interficit:ætatem bello & armis opportunã & idoneam. Affatim:abundanter. Regem terrebant.i.alienabant: quia multo plures populi defecerunt a rege propter uastationẽ hostilem q̃ propter p̃lium. Quippe:ordo est: quippe pro quia: ille iugurtha cui omnis spes erat sita in fuga:cogebatur sequi:& ille qui nequiuerat defendere sua loca cogebat gerere bellum in alienis.s.locis. Omnis spes in fuga sita erat.i.posita:qa iugurtha non habebat spem salutis nisi in fuga:& tamen cogebat seq Metellum:ut eũ a uastatione & depopulatione prohiberet si posset:quia per huiusmodi uastationẽ multos populos a se deficere uidebat. Tamen ex inopia qd optimũ uidebat consiliũ capit.Modus dicẽdi apud Sallustiũ celeberimus.Ex copia rei consiliũ capit:& econtrario:Ex inopia consiliũ capit.Ex copia rei consiliũ capit:cui opportunitas & facultas & occasio datur ad deliberandũ:econtrario:ex inopia consiliũ capit: qui in deliberando difficultatem habet:qui ex multis unũ aliqd deligit quod faciat:Ex inopia consilium capit:qui non ex multis:sed ex paucis qd optimũ uidetur:deligit atq; decernit unde inferius cũ Mauri & Getuli ex improuiso romanos inuasissent:atq; ordinibus pturbatis cũ nox esset:acrius instarent. Tũ Marius(inquit) ex copia rei consiliũ trahit.Tps non dabatur:sed copia rei ad deliberandũ. Exercitũ plærũq;. Ecce cũ electis militibus Metellũ sequit:& statim romanos inopinãtes aggreditur multos interficit:multosq; capit. In iisdem locis:ubi erat. Operiri:expectare. Nocturnis & auiis itineribus ignoratus.i.incognitus:qa iter nocturno tpe faciebat:& per loca inuia:neq; n.uias:aut semitas tenebat:sed per loca quæ erant sine uia proficiscebatur.Auius dicitur sine uia:Et iam Numidæ:Numidæ cũ romanos:qui ex castris temere & effuse uagabãtur:confecissent:anteq; ex castris auxiliũ romanis afferetur:in colles proximos tuti se receperunt.

Ex castris.scilicet romanorum. Subueniret:scilicet his quos inuaserāt numidæ. Interim:postq̄ narrauit ea quæ gesta sunt a Metello in Numidia dicit quēadmodum Ro.magnum gaudiū ortū sit:postq̄ cognomīe quēadmodum metellus & se & exercitū regeret:& quēadmodum in loco iniquo & aduerso uictoriā habu isset:& agr̄ hostium in ptātem suā redegisset:& iugurtham ex Auli uictoria exultantē spem salutis in solitu dine & fuga habere coegisset. Cognitis metelli rebus:uidelicet his rebus cognitis quæ sequunt. Se & ex ercitum gereret:id est regeret & gubernaret.

In aduerso loco:id est ī loco iniquo & ubi ad pugnandū incōmodo atq̄ cōtrario. Nā iugur tha locū melioré & magis cōmodum habebat uidelicet collem montis:cum esset in plano. Hostium agro potiretur:per oīa subauditur:ut id est quemadmodū uel qualiter:ut sit sensus:in gens gaudium ē ortum Ro. postq̄ est cognitū quēadmodū metellus & se & exercitū gereret: & quēadmodū uictoriā haberet in loco aduer so.& quēadmodū potiretur agro hostiū:& quē admodum coegisset iugurthā habere spem sa lutis in solitudine & fuga. Auli secordia.i.igna uia auli:quem prœlio uicerat:ut supra uisum ē.

Spem salutis in solitudine & fuga:quia iugur tha aliter se saluare nō potuisset:nisi in solitudi nes fugisset. Supplicia decernere.Senatus de creuit ut supplicatiōes diis īmortalibus fierent ob fœliciter gesta metelli. Supplicia antiq̄ sup plicationes dixerūt hac de cā. Maiores ob pau pertatem:aut ex collatiōe sacrificabāt. Aut cer te de bonis eorum qui damnati erant: Vñ sup plicia dicebant supplicatiōes:qnæ erant de bo nis eorum qui supplicia passi fuerāt. hic etiam sacrum & uenerabile & execrādum intelligius quia sacræ res de bōis execrandorum fiebant. Supplicationes autem sunt:quas nunc uulgo p cessiones appellant. Decernere.i.decernebat Et hic more suo infinitiuos ponit pro præteri tis imperfectis indicatiuorū. Meminisse post gloriam inuidiam sequi. Meminerat metellus ita euenire solere:ut post gloriā sequatur inuidia

Quo.id ē quanto. Anxius.i.sollicitus.Quā to magis clarus erat:tāto magis cauebat hostē: ne forte aliqd offenderet:& post uictoriā per ī solentiam atq̄ imprudētiam aliquam cladem intactus profugit:& mumidæ priusq̄ subueni retur:sicuti iussi erant in proximos colles disce dunt. Interim romæ gaudiū ingens ortū cogni tis metelli rebus:ut se exercitumq̄ more maio rum gereret ut ī aduerso loco tamē uictor fuis set:uirtute hostium agro potiretur: Iugurthā magnificum ex Auli secordia q̄ spem salutis in solitudine aut fug. coegisset habere. Itaq̄ sena tus ob ea fœliciter acta diis immortalibus sup plicia decernere. Ciuitas antea trepida & solli cita de belli euentu læta agere læticiam. Fama de metello præclara esse. Igitur eo intētior me tellus ad uictoriā uti oībus modis festinaret:ca uere tamē necubi hosti opportunus fieret me miniisse post gloriā inuidam sequi: ita quo cla rior: eo magis anxius erat:neque post insidias Iugurthæ effuso exercitu prædari. Sed ubi fru mento aut pabulo opus erat cohortes cum oī equitatu præsidium agebāt. Exercitus partem ipse reliquos marius ducebat: sed igne magis q̄ præda ager uastabat:duobus locis aut longe inter se castra faciebāt: ubi ui opus erat cuncti aderant: cæterū quo fuga atq̄ formido latius crescceret diuersi agebāt. Eo tempore iugurtha

acciperet.Nam post gloriam sequitur inuidia siquid offensum est.Et ideo anxius erat:& cauebat. Neque post insidias iugurthe.Insidias dicit per quas iugurtha romanos palantes aggressus partem eorum occidit partem cæpit.neminem eorum intactum abire permisit:ut pauloante monitrauit: Effuso.id est sine ordi ne sparso. Frumento:scilicet ad usum hoium. Pabulo:ad usum equorum. Vbi.id est quando. Præsi dium:id est custodiam. Agitabant:id est agebant. Exercitus:exercitum in duas partes diuiserat:Partem ipse Metellus: partem Marius ducebat. Sed igne:regionem uniuersam igne populationibusq̄ uastabat: sed magis igne. Fuga:scilicet numidarum. Diuisi agebant:id est habitabant:siue erant. Agere multa si gnificat.agere enim significat esse:ut attestatur Virgilius:Getulis agerem si syrtibus exul. Agere significat dicere:ut inquit Terentius in Adelphis. Sed est ne ipse de quo agebam. Agere significat persequi. Vergilius in quarto.Pastor agens telis. Agere fugare. Virgilius in georgicis. Et membris agit atra uenena. Agere ro tare. Virgilius:Ipse tibi adducta circum caput egit habena. Agere:intendere:inquirere:inuestigare:ut Vir gilius in Buccolicis:id quod ago & ta.li.me.ipse uoluto. Agere:urgere:impellere. Tullius in Verrem. Agunt eum præcipitem pœne ciuium Romanorum. Agere perficere. Virgilius. Hic actis propere exequitur præ cepta sybillæ. Actum:id est appulsum. Virgilius:Siue errore uiæ:seu tempestatibus acti. Actum: id est infi xum. Virgilius:Sed uitibus ensis adactus transegit costas. Actum.coactum teeritum: Virgilius. Prodigiis acti cœlestibus ossa piabunt. Actum:id est admotum. Virgilius. Accelerat acta pariter testudine uolsci. Age re.ut ait Festus Pōpeius est ante se pellere. Agere iurgari:ut dicimus:Agit cū eo furti .Aliquādo repēdere:ut ut grās ago:mō uerbis indicare:ut cām ago. Agere etiā scænici dicunt cū gestu & uultu aliē as psōas imitant. In q̄ significatiōe Tullius ī epistola q̄dā ad Celiū dicit. Egiq̄ oēs illos adolescētes.i.gestu & uultu imitatus sū.

IVGVRTINVM

Per colles:iugurtha:quia numero & uiribus par non erat per loca tuta sequebatur Metellū. Qua subau ditur ea parte corrūpebat pabulū & fontes aquarū qua parte audierat hostē uenturū:ut arte fatigaret Metel lum:cui par uiribus esse nō poterat. Pabulū corrūpere:pabulū corrumpebat uel igne:uel ueneno. Fontes ueneno inficiebat. Aliis post aliis:Minabatur aliis:postea aliis. Minitari.i.minabatur:frequētatio usus est quia hoc sæpe faciebat. Ab incepto retinere:ut prohiberet romanos a uastatione agri: Romāus imperator.Metellus ut iugurthā ad p̄lium cogeret:sta tuit oppugnare quandā urbem noie zamā:existimans iugurthā latarum auxiliū urbi: atq; ita ex necessitate ad p̄lium esse uenturū. Arcem regni.i.munimentū & tutamē regni. Laborā tibus suis.i.in necessitate positis. Perfugis: per fuge siue trāsfuge dicūtur q de uno exercitu ad aliū fugiunt. Edoctus:iugurtha itellexit ex his qui fugiebant de exercitu Metelli ad se quēad modū metellus decreuit oppugnare zamā urbē quæ erat arx & munimentū regni in ea parte ubi posita erat.Nā illa urbe stante:& incolumi:totū regnum erat incolume:ergo cū hoc intellexisset iugurtha:zamā priusq; Metellus contendit:& zamēses hortatus est:ut Menia defenderēt:eisq; ad auxilium pfugas tradidit.Nā hoc genus hoīum stabilissimū est atq; firmissiū: deinde pollicetur se breui cū exercitu illuc uenturum. Quod genus.s.hoīum perfugarū. Quia fallere nequibat:ne in manus eorū ueniret a quibus fugerat. Ac post paulo:ordo est: iugurtha paulo post cognoscit Marium esse missum sicca ex itinere frumentatum cū paucis equitibus Metellus cū zamam proficiscertur ad eā oppugnandam intereundum Marium legatū cum paucis eqtibus misit Siccā:ut ex ea ciuitate frumenta ad exercitum cōueheret.iugurtha hoc p exploratores intellexisset: statim cū electis eqtibus noctu Siccā peruenit.Et cū Marius egrederet iam ex urbe sicca iugurtha se opponēs in portis pugnā fecit. Et alta uoce ciues Sicenses hortatur:ut a tergo Mariū inuadant:quod:si fecerint.& se in regno & illos in libertate perpetua futuros dicebat. Frumentatū.i.ad frumenta coemenda & conuehenda ad exercitū. Siecam:est ciuitas:quæ prima a rege ad Metellum defecerat:quando uictus est p̄lio. Fortunam subaudi dicebat. Aetatem acturos:ideſt uicturos. Ac ni.Quamuis Sicenses pauloante a rege ad Metellum defeciſſent:tamen propter instabilitatem gentis rursus a Metello ad regē defecissent:& Marium inuasissent:nisi ipse Marius ꝓpere se de ciuitate signis illatis eripuisset.

Ni:ideſt nisi. Signa inferre properauisset:id est acceleraſſet signa contra ferre.Nam inferre signa est signa contra hostem ferre: ut cum eo prælio contendat.Marius iugitur signa cōtra igurtham qui se in portis oppoſuerat tulit: & repulſo iugurtha per uim euasit. Euadere: ideſt exire: egredi: euadere nunc non significat ascendere:sed per obstantia transire & exire.Nam iugurtha obstabat in portis. Tanta nobilitate.i. mutabilitate.Adeo Numidiæ mutabiles sunt. Sed Milites: Milites iugurthini pauliſper ſuſtinuerunt impetum Marii egredientis: ſed poſtea cum Marius maiore ui eos præmeret: in fugam conuerſi ſunt: paucis amiſſis.

per colles sequi tempus aut locum pugnæ quæ tere:qua uēturum hostem audierat pabulum aut aquarum fōtes:quorum penuria erat corrumpere: modo se Metello interdum Mario ostendere postremo in agmine tentare ac statim ī colles regredi. Rursus aliis post aliis minitari:neq; plælium facere:neq; ocium pati. Tantummodo hostem ab incœpto retinere. Romanus imperator ubi se dolis fatigari uidet:ne q; ab hoste copiam pugnandi fieri urbem magnam & in ea parte qua sita erat arcem regni nomine Zamam statuit oppugnare ratus id quod negocium poscebat:iugurtham laborantibus suis auxilio uenturū: ibiq; prælio fore. At ille quæ parabantur a pfugis edoctus magnis itineribus metellū anteuenit:oppidanos hortatur:mœnia defendant: additis auxilio perfugis:quod genus ex copiis regis:quod fallere nequibat fortissimum erat. Præterea pollicetur in tempore semet cum exercitu affore. Ita compositis rebus in loca qua maximo occulta descendit:ac post paulo cognoscit ex itinere marium frumentatum cum paucis cohortibus Siecam missum: quod oppidum primum omniū post malam pugnam ab rege defecerat. Eo cū delectis equitibus pergit noctu: & iam egritudinibus Romanis in porta pugnam facit: Simus magna uoce Sicenses hortat ut hi cohortes a tergo circūueniant:fortunam illis præclari facinoris casum dare:si id fecerint: postea se in regno:illos in libertate sine metu ætatem acturos:at ni Marius signa inferre atq; euadere oppido properauisset pfecto cuncti aut magna pars Sicensium fidem mutauissent. Tanta nobilitate se se Numidiæ gerunt. Sed milites Iugurthini pauliſper a rege sustētati postq; maiore ui hostes urgent paucis amissis profugi discendunt. Marius ad Zamam peruenit.

id oppidum in campo ſitum magis opere q̃ natura munitum erat: nullius idoneæ rei egens: armis uiriſq; opulentum. Igitur Metellus pro tempore atque loco paratis rebus cuncta mœnia exercitu circnnuenit. Legatis imperat: ubi quiſq; curaret. Deniq; ſigno dato undiq; ſimul clamor ingens oritur: neq; ea res Numidas terret: infeſti intentiq; ſine tumultu manẽt: prœlium incipitur. Romani pro ingenio: quiſq; ps eminus glande aut lapidibus pugnare: alii in uadere: ac murum modo ſuffodere: modo ſalis aggredi: cupere prœlium in manibus facere. Cõtra ea oppidani in proximos ſaxa uoluere: ſudes: pilla: præterea pice & ſulphure tedaq; mixtam ardenti mittere. Sed nec illos qui procul manſerant timor animi ſatis muniuerat. Nam plærosq; iacaula toriq; entis: aut manibus emiſſa uulnerabant. Parm periculo: ſed fama impari: boni atque ignaui erant. Dum apud Zamam ſic certatur: Iugurtha ex improuiſo caſtra hoſtium cum magna manu inuadit: remiſſis qui in præſidio erant: & omnia magis q̃ prœlium expectantibus portam irrupit. At noſtri repentino metu perculſi: ſibi quiſque pro moribus conſulunt: alii fugere: alii arma capere: magna pars uulnerati aut occiſi ſũt. Cæteræ ex omni multitudine nõ amplius quadraginta memores noſ romani grege facto locũ cœpere pelli quiuere. Sed tela eminus miſſa remittere pauci in pluribus minus fruſtrati: ſi Numidiæ propius acceſſiſſent: ibiq; uirtutem oſtẽdere & eos maxia ui cedere: fũdere atq; fugare. Interim Metellus cũ acerrime rẽ gereret clamorẽ a tergo

Id oppidũ zamæ urbis ſitum deſcribit. In campo. i. in plano: non in monte. Quã natura: qa nec monte: nec flumine: nec aliqua re naturali munitum ẽ opidũ illud: ſed opere. Circũueit. i. circundat. Deniq; ſigno dato ſtrepitus eſt plũbũ in modicũ formatũ: quod funda iacitur. Modo murũ ſuffodere. Aliquando murum ſuffodiebant. aliquãdo ſcalis murũ aſcẽdere conabanť: & cupiebãt præliari manibus. Sudes: ſudes dicebanť fuſtes acuti & præuſti quibus utebanť in bello. Virgi. Sudibus p̃uſtis. Pila: pilum pprie telũ romanũ

Sed nec illos qdem. ita quidem uulnerabanť q iuxta pugnabant & muros aſcẽdere conabantur: ſed & q procul manebãt ab oppidanis uulnerabantur iaculis: aut tormentis: aut manibus miſſis. Sed ne illos qdem qui procul manſerãt timor animi ſatis munierat. Qui timidi ſũt a prœlio procul manent. & ita eo tĩore ſunt tuti & muniti: quia timor facit ne ſe periculo exponant. Sed in expugnatiõe zamæ q̃ppter timorem procul a mœnibus ſtabant: non tamẽ eo tĩore ſatis erãt muniti & tecti: ſed iaculis uulnerabanť tormẽtis uel mãibus miſſis. Tormẽtis: oĩs machina: qua aliquid ui emittitur diceba tur tormẽtũ: ſicut nũc uulgo baliſtæ & Bõbardæ uocanť: ſed baliſta apud autiquos aliud erat bõbarda nec noĩe nec re erat apud antiquos. Pari periculo: Boni atq; ignaui erãt pari periculo: ſed erant impari fama boni. i. ſtrẽnui in muris pugnabant ĩſigni gloria & fama. ignaui procul a mœnibus ſtabant cũ dedecore. & tamen utriq; uulnerabantur. ergo piculũ erat par: ſed fama & gloria erat diſpar. Dũ apud zamam. Metellus nõ longe a zama caſtra locauerat: & ua moris eſt: foſſa ualloq; munierat. Deide ipſe cũ exercitu ex caſtris egreſſus eſt ad oppugnandam zamã relictis ĩ litibus in præſidio q caſtra cuſtodirẽt. Preſidiũ aũt ſemp extra caſtra tenebatur. Sed milites q ĩ præſidio erant remiſſi fuerant ĩ caſtra cũ eo tpe nihil mali a iugurtha timerẽt ĩmiere. Et dũ ecce romãi nihil timẽt: iugurtha ex ĩprouiſo adeſt: portas caſtroꝝ irrumpit. Atq; ita romãi qui ĩ caſtris erãt ĩopiato metu perculſi alii fugiũt: alii arma capiũt. multi uulnerãtur: multi occiduntť. Portã. ſ. caſtrorum. Nam caſtra ita muniuntur: ut portas habeant: quæ claudantur & aperiantur. Noſtri. ſ. Romani. Pro moribus: pro qualitate morũ. nam qui ſtrenui erant: arma capiebant & pugnabãt: qui uero ignaui fugiebant. Cæterũ. Dicit ex oĩbus inuentos fuſſe tantũmodo quadraginta: qui uere romani fuerunt: hi collecti i unum locum paulo altiorem occupauerunt. nec ĩde pelli potuerunt. Locum cœpere paulo editiorẽ q̃ alii: id eſt locum occupauerunt paulo altiorẽ: q̃ erant alia loca. uel occupauerunt locum altiorem q̃ alii. ſ. occupauerunt. Quiuerunt. i. potuerunt. Remittere: remittebant tela ĩ hoſtẽ quæ in ſe ab ipſo hoſte mittebantur. Pauci in pluribus minus fruſtrari pro fruſtrabant. Cum pauci in plures tela remitterent: non fruſtrabant: id eſt tela fruſtra non remittebant. Nam quum hoſtes numero plures eſſent uehementius aliquem aſſequebantur & telo eos acriter conficiebant. Sin: id eſt ſed ſi propius magis prope: ac ſi diceret. Ita quidem pugnabant eminus: ſed ſi hoſtes cominus acceſſiſſent: tunc Romani multo magis eorum uirtutem oſtendebant

Rem gereret: ſcilicet apud zamam. Metellus cum maxime intentus eſſet oppugnatiõi urbis: ſenſit poſt ſe tumultum hoſtilem. non enim caſtra longe aberant. Tumultũ. i. ſtrepitum. A tergo: uidelicet poſt ſe

accepit.

Accœpit.i.audiuit. Deinde cõuerſo equo:exp̃ſſis:geſtũ metelli ſe ad clamorẽ cõuertẽtis. Metellus equũ cõuertit:& uidit romanos ad ſe fugiẽtes. Igit̃:uide qũo impator piculo prouidit. Statim cũ eqtatu. C. Marium ad caſtra miſit:& lachrimãs rogauit illũ ne pmitteret aliquã ignominiã & cõtumeliã:in exercitu iã uicto re:& ne hoſtes multos abire pmitteret. Ac ſtatim. C. Mariũ.ſ.miſit. Cohortibus ſocioꝝ.i.cũ cohortibus quas ſocii populi romani miſerãt. Per amicitiã:q̃ erat ei cũ mario. Ille.ſ.Marius. Breui.ſ.tpe. At iugurtha. Dicit quid fecerit iugurtha q caſtra romanoꝝ irrupat: poſtq̃ Marius cũ equitatu ſuperuenit:iugurtha ex caſtris aggredi uolebat: ſed munimentis ip̃ediebatur tamen multis amiſſis euaſit:& ſe in loca tuta recepit. Munimẽto caſtroꝝ.ſ.uallo & foſſa. Super uallum. Ecce qũo uallo caſtra erãt munita. In anguſtiis.ſ.portarũ:multi dũ per locum ãguſtũ erũpere conant̃ ſibi inuicem nocebãt. Officerent.i.nocerent.

Infecto negocio:quia urbem expugnare non potuit. Igitur qa prima die urbem expugnare nõ potuerat:uel qa iugurtha caſtra inuaſerat ducto p̃ſidio dum nõ timetur. Metellus cum ſequenti die iteꝝ ad oppugnandã urbem reuerteretur: oẽm equitatũ in p̃ſidio diſpoſuit ante caſtra. Pro caſtris.i.añ caſtra. Agitari.i.eſſe.

Tribus diſpartit:ut diligenter cuſtodirent caſtra. Qui in proximo:ordo eſt.illi qui erãt locati.in proximo pauliſper territi pturbabãtur.

Qui ī proximo locati.i.poſiti.i.illi q erant magis uicini iugurthæ.i.illi quos primos iugurtha inuadens inuenit. Perturbãtur. i.diſſipantur. Dicit autem iugurthã inuaſiſſe:non eos qui cũ metello erant in oppugnatiõe urbis:ſed equitatũ qui in p̃ſidio caſtrorum relictus erat. Et iugurtha noua arte atq; ratione inſtructus uenerat. Nam cum equitibus pedites miſcuerat: ita ut in cõflictu ipſo noua ratio dimicandi romanos uehemẽter perturbaret atq; cõfunderet.

Neq; diutius Numidæ reſiſtere quiuiſſent:i. non potuiſſent diutius reſiſtere. Quibus.ſ. peditibus. Freti.i.confiſi. Ordo eſt pendens a ſuperiori. Quibus.ſ.peditibus illi freti: non ſequi proſequebantur:deinde cedere procedebant:ſicuti ſolet fieri in equeſtri p̃lio:ſed cõcurrere pro concurrebant equis aduerſis:& implicabant ac perturbabãt aciem. In equeſtri p̃lio: ſolet hic modus eſſe pugnandi: ut equites hoſtem inuadãt:& poſt impreſſionem non terga uertãt:ſed retro paulatim cedant niſi in primo cõcurſu hoſtem funderẽt. Sed iugurtha: in hoc equeſtri p̃lio aliam rõnem pugnandi ſeruauit. Nam cũ pedites eqtibus admixtos haberet: in hoſtem concurrit equis aduerſis: nec retrocedebat:ſed ſe cũ peditibus in acies romanas magis inferebat atq; ita ordines romanorum implicabat ac pturbabat. Cedere.i. cedebant.i. retrocedebãt:& ſe retrahebant. Ita.i.hoc modo. Expeditis peditibus.i.cũ peditibus expeditis. Expediti pedites & cohortes expeditæ fere equitatum ſequuntur. Sunt enim leues ad curſum armis grauibus non impediti. Hoſtes: ſcilicet romanos. Pœnæ uictos dare. Numidæ cum expeditis peditibus ſuis: pœnæ romanos uicerint. Eodem tempore: ſcilicet quo iugurtha præſidium romanorum inuaſit. Vbi quiſque. Ibi uehementiſſime certabatur: ubi legati aut tribuni præerant. Niti: pro nitebatur: ſcilicet unuſquiſque. Oppidani: ideſt ciues qui in oppido erant. Agere: pro agebant. Oppugnare: ideſt contrapugnabant. Auidus: unuſquiſque magis auide feriebat quã ſe ipſum tegebat. Clamor. Deſcribit ea quæ in prælio & pugna acerrima euenire ſolent. Permixtus: ſcilicet erat

accœpit. Deinde conuerſo equo animaduertit fugam ad ſe uerſum fieri: quæ res indicabat populares eſſe. Igitur equitatum omnẽ ad caſtra ꝓpere miſit: ac ſtatim, C. Marium cum cohortibus ſociorum: eumq; lachrymãs per amicitiã perq; remp. obſecrat ne quam contumeliam remãere in exercitu uictore: ne ue hoſtes inultos abire ſinat: ille breui mandata efficit. At iugurtha munimento caſtrorum impeditus quũ alii ſuper uallum præcipitarentur: alii in anguſtiis ipſi ſibi properãtes officerent multis amiſſis in loca munita ſeſe recipit. Metellus infecto negocio poſtq̃ nox aderat in caſtra cum exercitu reuertitur. Igitur poſtero die priuſq̃ ad oppugnãdum egrederetur: equitatum omnem in ea parte qua regis aduentus erat ꝓ caſtris agitare iubet: portas & proxima loca tribunis diſpſit. deinde ipſe pergit ad oppidum: atq; uti ſuperiore die murum aggreditur: iterim Iugurtha ex occulto repente noſtros inuadit & qui in proximo locati fuerant: pauliſper territi perturbantur tamen reliqui cito ſubeniunt. Neq; diutius Numidæ reſiſtere quiuiſſent: ni pedites cũ eqtibus ꝓmixti magnã cladem in cõgreſſu facerẽt quibus illi freti non uti equeſtri fieri prælio ſolet ſequi. Deinde uero cedere: ſed aduerſi equis concurrere: ĩplicare: ac perturbare aciem. Ita cũ expeditis peditibus ſuis hoſtes pœne uictos dare. Eodem tempore apud Zamã magna ui certabatur: ubi quiſq; legatus aut tribunus curabat eo acerrime niti: neq; alius ſpem ĩ alio magis q̃ in ſe habere. Pariterq; oppidani agere: oppugnare aut parare oĩbus locis: auidius alteri alteros ſauciare: q̃ ſemet tegere: clamor permi-

Sed illi oppidani.si forte parũper a pugna ceſſabãt:ſpectabant de mœnibus ꝓliũ equeſtre: quod iugurtha gerebat apud caſtra romana cũ præſidio romanorũ:quod prœliũ pauloãte deſcripſit. Eos uti qui: ordo ẽ Tu aĩaduerteres:pro aĩaduertere poſſes:eos.ſ.oppidanos:modo.i.aliquando lætos:modo.i.aliquãdo pauidos:uti pro ſicut quæq; res erant iugurthæ. Tu (inqt) uidiſſes oppidãos aliquãdo lætos.aliqñ triſtes:quem admõdũ i equeſtri ꝓlio iugurthæ res uel aduerſæ uel ꝓſpæ eũiebãt.Nã ſi iugurtha in ꝓlio uidebaſ eẽ ſuperior læti erant. Si uero uinci uidebaſ :triſtes & pauidi erãt. Vti quæq; res erãt iugurthæ.ſ.uel ꝓſperæ uel aduerſæ. Ac ſicuti.& illi oppidãi monere ꝓ mõebant.alii hortare ꝓ hortabãtur.alios:aut ſignificare pro ſignificabant manu: aut niti pro nitebanſ corporibus: & agitare ꝓ agitabant ea.ſ.corpora huc & illuc quaſi uitabũdi tela:aut iaciẽtes.ſ.tela:ſicuti audiri poſſent a ſuis aut cerni.Oppidani pro affectu & clamabãt & manus ac corpora mouebant:equeſtre prœlium intuentes. Sicuti audiri a ſuis: uidelicet a iugurtha & ab his qui erãt cũ eo:qui ꝓlio equeſtri pugnabãt cũ præſidio romanorũ. ita oppidani alii alios monebant & hortabanſ :tanq; ſi ita uicini eſſent:ut a pgnantibus uideri & audiri poſſent.Quãuis nec audiri poſſent:nec facile uideri a pugnãtibus: Aut mãu ſignificare manus mouebant:tanq; aliquid moueret. Niti corporibus.i.nitebanſ corporibus:nã ꝓ affectu aĩ corpora mouebant.Et ſi uidebant Romanũ iacientẽ telum in Numidã: corpore uitare illud uidebanſ :tanq; ſi ĩ ſe iactũ fuiſſet. Similiter ſi uidebant numidã telũ iacientẽ in romanos:ita ut corpus mouebãt tanq; ſi ipſi iacerẽt.

Quod ubi Marius:poſtq; uidit oppidãos ita & oculis & aĩo intẽtos in ꝓliũ equeſtre: dedita opa oppugnationẽ remiſſius & lenius exercebat tanq; ſi nõ ſparet poſſe urbẽ capere. Quo factum ẽ:ut oppidãi dũ magis intẽti efficiũtur in ꝓliũ equeſtre:ecce repente Marius ſcalis murũ aggrediť.& iã Romani ſummitatẽ muri cœperant.cũ oppidãi & lapides & ignẽ: tela ĩ romanos detrudere cœperũt:atq; ita romãos de numero deiecerũt.& nox ꝓliũ diremit. Metellus cũ uideret ſe urbẽ capere nõ poſſe.& iã æſtatẽ eẽ finitã:exercitũ in puiciã duxit proximã numidiæ:prius ĩpoſitis ꝓſidiis ĩ illis urbibus: quæ ad ſe defecerãt. Quod ubi:ordo ẽ. Marius conſulto lenius agere ꝓ agebat:ac ſimulare ꝓ ſimulabat diffidẽtiã rei:& pati ꝓ patiebaſ numidas uiſeſ ꝓliũ regis ſine tumultu.ubi pro poſtq;:qđ id eſt illud ẽ cognitũ mario q curabat in ea parte. Quod ubi cognitũ eſt: uidelicet poſtquã marius cognouit oppidanos ita intẽtos eſſe in ꝓliũ eq̃ſtre & oculis & aĩo: Diffidẽtiam rei ſimulare.i.ſimulabat ſe diffidere:& deſperaſ poſſe urbem capi. Numidas.ſ.qui erant in oppido. Studio ſuorũ.i.affectu ſuoꝝ. Prope ſũma.i.ferme ſũmitatẽ muri cœpant. Deide:ordo ẽ:deinde illi q ſuperſtiterãt ſũt afflicti:ubi ꝓ poſtq; ubi atq; alteræ ſcalæ ſunt cõminutæ. Vnæ ſcalæ:unus naturaliter caret plurali. Tũ ſi cõiũgitur cũ noĩbus:quæ tãtũ nũeri pluralis ſũt plurale hẽt. Dicimus.n.unas litteras a te accæpi:id eſt unã epiſtolã:ſicuti hoc loco unæ ſcalæ:nam ſcalæ tantũ numeri pluralis. Metellus:ordo eſt.Metellus diſcedit ab Zama:& impoſuit ꝓſidia in his urbibus:quæ defecerant ad ſe:& quæ erãt ſatis munitæ loco aut mœnibus:poſtq; uidet inceptũ fruſtra.ſ.eſſe.& põſtq; uidet oppidũ nõ poſſe capi: neq; iugurthã niti niſi ex inſidiis:aut facere pugnam ſuo:& poſtq; uidet æſtatẽ iã exactã eſſe. Niti:id eſt cõtẽdeſ pugnare. Suo.i.ſibi cõmodo:poſtq; uidit iugurthã uel niſi ex inſidiis pugnaſ.uel niſi in loco ſibi cõmodo. Neq; id tẽpus:ſcilicet hyemis. Sed quoniam.Ordo ẽ.Sed Metellus parat tendere inſidias regi ꝓ aĩcos.ſ.regis & uti

xtus hortatione:lætitia:gemitu. Item ſtrepitus armorum ad cælum ferri.tela utrinq; uolare. Sed illi qui mœnia defenſabant ubi hoſtes paulum modo pugnam remiſerant:intenti prœlium equeſtre proſpectabant eos uti quæq; res Iugurthæ erant:lætos modo:pauidoſ modo animaduerteres ac ſicuti audiri a ſuis: aut cerni poſſent:admonere alii:hortari alii:aut manu ſignificare: aut niti corporibus:& huc & illuc q; ſi uitabundi :aut iacientes tela agitare. Quod ubi Mario cognituꝫ eſt.Nam is in ea parte curabat conſulto lenius agere:ac diffidentiam rei ſimulare:pati Numidas ſine tumultu prœliuꝫ regis uiſere. Ita illis ſtudio ſuorum aſtrictus repente magna ui murum aggreditur:& iam ſcalis aggreſſi milites prope ſumma cœperãt:tum oppidani concurruut:lapides::ignem alia præterea tæla ingerunt:noſtri primo reſiſteſ:deinde ubi unæ ac alteræ ſcalæ imminutæ ſunt:qui ſuperſteterant afflicti ſunt.Cæteri quoquomodo potuere pauci integri.Nam magna ꝑs confecti uulneribus abeũt. Deinde utrinq; prœliũ nox diremit.Metellus ubi uidet fruſtra incœptum:neq; oppidum capi:neq; Iugurtham niti niſi ex inſidiis aut ſuo loco pugnam facere: etiã æſtatem exactam eſſe ab Zama diſcedit: & in his urbibus: quæ a rege defecerant: quæ ſatis munitæ lõco:aut mœnibus erant præſidia imponit. Cæterum exercitum in prouincia:quæ proxima eſt Numidiæ hyemandi gratia collocat:neque id tempus ex aliorum more quieti: aut luxuriæ concedit. Sed quoniaꝫ armis bellũ

& uti ꝓfidia eoꝝ pro armis.quoniã bellũ parũ procedebat armis. Senſus patet. Parũ procedebat.i.nõ ſatis ꝓſpere & feliciter eueniebat. Igitur Bomilcaré. Ordo eſt. Igitur Metellus aggrediť uel parũ procedebat.i.parũ progrediebať. Bomilcaré multis pollicitationibus: Bomilcarẽ: qui fuerat, romæ cũ Iugurtha & inde fugerat clam iudiciũ de nece Maſſiuæ uadibus datis: dico aggrediť Bomilcaré quia maxima copia fallẽdi erat ei: ꝓ maximã amicitiã. Bomilcar ſicuti ſupra dixit propinquus erat iugurthæ & ei maxime fidus. Ergo metellus tentauit per Bomilcarẽ: ſi iugurtham uel uiuũ uel mortuũ habeř poſſet. Hac uero de cauſa ſpauit poſſe induceř Bomilcarẽ ad proditionẽ: qa Bomilcar cũ romæ accuſatus eſſet ꝙ Maſſiuã interfici feciſſet: uadibus datis iudiciũ fugerat. Nunc ergo timebat Bomilcar: ne ſi pax inter romanos & iugurthã fieret: ipſe in conditionibus pacis romanis ad ſuppliciũ traderetur. Deinde fide data. Ordo eſt. Deinde Metellus facile perſuadet Numidæ tum.i.partim infido ingenio: tum.i.partim metuenti ne ipſe ꝓ conditionẽ traderetť ad ſupplicium: ſi pax fieret cũ romanis: dico ꝑſuadet data fide: fore ut Senatus cõcederet illi ĩpunitaté & ſua omnia ſi tradidiſſet ſibi iugurthã uiuũ aut necatũ. Fide data. Dare fidem: eſt promittere. Data fide.i.cũ promiſiſſet. Quid promittebat Metellus? ꝓmittebat fore ut ſenatus cõcederet illi impunitatẽ ſceleris: quo Maſſinã interfici fecerat & ſua oĩa. Impunitatẽ: ne puniretť pro eo ſcelere: Nam merebať ultimũ ſuppliciũ.i.mortẽ. Sua oĩa: nam oĩa quæ poſſidebat publicata fuiſſent. Per conditionẽ: uidelicet in conditionibus pacis. Is ubi primũ. Dicit qũo Bomilcar uerbis ſuis regẽ ad deditionẽ inclinauit. Is.ſ. Bomicar. Vbi primum.i.cũ primũ opportunitatẽ habuit. Commiuntas: i.debilitatas & fractas. Ilo conctante.i.tardãte. O iugurtha caue nedum tu prouideř tardas Numidis: ipſi per ſe ſibi prouideant. Conſulant.i.prouideant. His uerbis his (inqt) uerbis Bomicar induxit iugurthã ut deditionẽ faceret. Imperata: quicqd imperaſſet Metellus. Metellus. ſecundum conſuetudinẽ maiorum Metellus: cũ ſibi ꝓlegatos iugurtha deditionẽ offerret: oẽs ſenatorii ordinis ad ſe ex hibernis uocari iuſſit: ut ex cõſilio eoꝝ deditionẽ acciperet. Ex hibernis. ex manſionibus uti hiemabant. Accerſi.i.uocari ad ſe. Et utrũqꝫ: accerſo: & accerſio diciť. Eorum. ſ. uirorũ ordinis Senatorii. Ducebat.i.exiſtimabat. Facta ſunt: ſcilicet a iugurtha: Nam illico iugurtha fecit quicquid ſibi imperatũ fuerat a Metello. Vinctos: ligatos. Igitur. Dicit iugurtham iterum mutauiſſe animum: & bellum renouaſſe contra Romanos: dum Metellus iuſſiſſet regem ipſum Tiſidiũ uenire ad ſe. Igitur. Ordo eſt. Iugurtha rurſus cœpit flectere animum ſuum: & timere digna ex mala conſcientia: dum ipſe uocaretur Tiſidium ad imperatorem: ubi pro poſtq̃ eſt ſpoliatus uiriſq; & armis & pecunia. Senſus patet. Ex mala conſcientia. Ille habet malam conſcientiam qui ſcit ſe multa mala ꝓpetraſſe. ideo iugurtha qa ſciebat ſe multa mala cõmiſiſſe: timebat ne pro illis malis puniretur. Digna: uidelicet mala ſicuti merebatur.

parum ꝓcedebat: inſidias regi per amicos tendere: & eorum perfidia pro armis uti parat. Igitur Bomilcarem q Romæ cum Iugurtha fuerat & inde uadibus datis clam de Maſſiuæ nece iudicium fugerat: quod ei per maximã amicitiã maxima copia fallendi erat: multis pollicitationibus aggreditur: ac primo efficit uti ad ſe colloquendi gratia occulte ueniat: deinde fide data ſi Iugurtham uiuum aut necatum ſibi tradidiſſet: fore ut illi Senatus impunitatem & ſua omnia concederet: facile Numidæ perſuadet: tum ingenio infido: tum metuenti: ſi pax cum romanis fieret ipſe per cõditiones ad ſupplicium traderetur. Is ubi primum oportunũ fuit: Iugurtham anxium ac miſerãtem fortunas ſuas accedit. Monet atq; lachrimans obteſtatur: uti aliquando ſibi liberiſq; & genti Numidarum optimæ meritæq; prouideat: omnibus præliis ſeſe uictos: agrum uaſtatũ: multos mortalis captos aut occiſos: regni opes cõminutas eſſe: ſatis ſæpe iam uirtutem militum: fortunã tentatã: caueat ne illo cunctante Numidæ ſibi cõſulant. His atq; aliis talibus ad deditionem regis aĩum impellit: mittuntur ad imperatorem legati qui iugurthã imperata facturum dicerent: ac ſine ulla pactione ſeſe regnumq; in illius fide traderẽt. Metellus cũctos ſenatorii ordinis ex hybernis ꝓpere accerſi iubet: eorum atq; alioꝝ quos idoneos ducebat conſilium habet: ita more maioꝝ ex conſilii decreto per legatos Iugurthæ imperat: argenti pondo ducenta milia: elephãtos omnes: equoꝝ & armorum aliquantulum. Q uæ poſtq̃ ſine mora facta ſunt: iubet omnes perfugas uinctos adduci: eorum magna pars uti iuſſum erat adducti: pauci quum primum deditio cœpit ad regem Bocchũ in Mauritaniam abierant. Igitur iugurtha ubi armis uiriſq; & pecunia ſpoliatus eſt: Q uum ipſe ad imperandum Tiſidium uocaretur: rurſus cœpit flectere animum: & ex mala conſcientia digna timere.

Deniq; multis diebus per dubitationē consumptis.quum modo tedio rerum aduersarū oīa bello potiora deduceret interdum secū ipse reputaret q̄ grauis casus in seruitiū ex regno foret:multis magnisq; præsidiis:nec quicquā perditis de integro bellū sumit. Romæ senatus de prouinciis consultus Numidiam metello decreuerat. Per idem tempus Vticæ forte. C. Mario ꝓ hostias diis supplicāti magna atq; mirabilia portendi aruspex dixerat. Proinde quæ aīo agitabat:fretus dis ageret:fortunam:quam ꝓsperet euentura. At illum iam antea consulatus ingens cupido exagitabat:ad quem capiendum præter uetustatē familiæ omnia abunde erant industria:probitas:militiæ magna scientia:animus belli ingens domi modicus: libidinis & diuitiarum uictor. Tantummodo gloriæ auidus. Sed is natus & ꝓoēm pueritiam Arpini altus ubi ꝓmum ætas militiæ patiēs fuit stipendiis faciūdis:nō græca: facundia:neq; urbanis munditiis sese exercuit ita inter artis bonas integrū ingenium breui adoleuit. Ergo ubi primum tribunatū militarem a pōpulo petit:pleriscq; faciem eius ignorā-

Deniq; multis diebus per dubitationē cōsumpsisset: tādē bellū renouare decreuit. Potiora.i.meliora. Duceret.i.putaret. Casus:id est ruina. Multis magnisq; præsidiis ꝑditis ne quicq̄. Nā pecuniam & arma:& equos romanis tradiderat. Ne quicq̄.i.frustra Et romæ.dicit Senatū eo tēpore decreuisse numidiam Metello in sequentē annum. Sed hoc postea populus irritauit facto cōsule. C. Mario & ei decreta numidia. Nā maior est auctoritas populi q̄ senatus. Séatus de prouiciis consultus id é rogatus. Senatus cōsules creare non poterat. Sed cōsulibus creatis prouincias decernere poterat: & finito āno eis imperiū prorogare: & tūc nō consules: sed procōsules dicebantur.

Per idē tempus.i.eodem tempore. C. Marius sæpe in aīo suo consulatum cōcipiebat. Sed qa homo erat nouus & ignobilis genere. non audebat petere tantū magistratū. Sed cum Vticæ sacrificaret: Aruspex dixit magna & mirabilia Caio Mario portendi. hortatusq; est illū: ut experiretur an assequi posset id quod aīo concupierat. Quod cū Marius intellexisset: aīum ad cōsulatum intēdit. nec cessauit donec factus é consul. Per idem tēpus. ordo est. Aruspex per idē tēpus dixerat. C. Mario Vticæ forte supplicāti diis per hostias magna atq; mirabilia portēdi. Aruspices dicebātur qui per qualitatē hostiarū deorū uoluntatem explorabant: & extis earū ī spectis futura p̄noscebāt. Virgi. in. iii. ænei. Pectorūq; reclusis pectoribus inhiās spirantia consulit exta. Duo autem hostiarum genera erant: Vnum in quo per exta uolūtas deorū disquirebatur. Alterū in quo sola anima sacrabatur. Vnde aruspices has uocabat hostias animales. Porro per hostias aruspices ita auspicia captabant ut si hostia ab ara effugisset: aut percussa mugitum dedisset: aut in aliā partē corporis q̄ oportebat cecidisset: tristia portenderet. Et huiusmodi auspicia piacularia appellabātur. Si autem cor in extis: aut caput ī iocinore non fuisset: pestifera auspicia dicebātur: quia tristia similiter portēdebant. Si autem exta integra læta ac ui gentia fuissent: fœlicia oñdebāt. Exta autē dicta sunt q; ea diis proferētur: quæ maxime extant eminētq; sicuti īra corpus cor & iecur p̄ cæteris ptibus maxie eminēt. Per hostias. Bestiæ quæ diis īmolabant: aut hostiæ dicebātur aut victiæ. hostiæ dicebant quæ sacrificabant ab his q contra hostē ibant. Victimæ quæ sacrificabantur ab his qui ex hoste uictoriā reportarēt. Magna & mirabilia portēdi.i.denūciari: significari: ostēdi. Proinde.i.ideo subaudi dicebat aruspex: ut ideo Marius fretus diis ageret ea quæ tacitabat aīo. & q̄ sæpissime expirē fortunā. Fretus diis.i.cōfisus diis: q per exta ostēdebāt uoluntatē suā. Nā qui p exta ostēdebāt dii se uelle ut Marius magnus & mirabilis euaderet: sicuti euasit. Expiretur.i.tētaret. Oīa prosper euentura.ſ.dicebat aruspex. At illum. Dicit quid concupierit antea marius. Præter uetustatem familiæ. Nihil ad capiēdum cōsulendum mario deerat: nisi uetustas familiæ. Neq; enim nobilis ex antiq̄ familia romana erat. Licet ciuis esset: sed erat ex arpino: quæ é ciuitas Cāpaniæ. Industria. industria, ꝓprie dicit exercitatis ingenii. Militiæ magna sciētia: qa semper in bello uersatus erat. Animus belli ingens: belli aduerbialiter positū é: sicut & domi. i. ī bello magnū aīum habebat. ī pace moderatū ac tēperatum. Aīus īgēs. ſ. erat mario. Domi. i. in pace. Libidinis & diuitiarū uictor: uel animus uictor: uel certe marius. Sed is natus. Ecinqt Arpini natus & educatus: cū primū per ætatē potuit ī militia se exercuit: nō ī litteris. Sed is natus. Ece qūo uetustas familiæ mario deerat. Stipēdiis: stipēdiū proprie dr̄ p̄miū militare a stipe dāda. Stipēnūmū signatū dixerūt ātiq a stipēdo. i. cōponēdo. nā q maioré nūerū pecūiaꝝ accipiebāt ñ ī archa pōebāt. sed ī aliq̄ cella stipabāt. i. cōpōebāt quomīus loci occuparet. Nō græca facūdia. i. eloq̄ntia. ñ se ad eloq̄ntiam græcā exercuit. Tribūatū mi. petit ut eēt tribunus militū. eiusmōi hōres dabāt pp populū ī cōitiis. Faciē

eius ignorātibus. Marius quia ſemper in bello uerſatus erat: magis nōie & fama q̄ facie notus erat populo. Cum ergo in comitiis tribunatū pereret militaré: multi neſciebant quis eſſet. Sed poſtq̄ dictū eſt eum eſſe Caiū Mariū cuius fama in bello clara erat: oēs tribus eū tribunū declarauerūt. Declarat̄. i. enūciatur tribunus. Agitabat. i. agebat. Quā gerebat. i. aminiſtrabat. Tum is ad id locorū talis uir appetere nō audebat, q̄uis talis eſſet uir. C. Marius tamen uſq; ad id tēpus nō audebat petere conſulatū: quia uidebat hunc magiſtratum ſolūmodo nobilibus demādari: ſe aūt ignobilem & nouū hoīem eſſe intelligebat. Is talis uir. ſ. Marius. Ad id locoꝝ. i. uſq; ad id tps ſicuti ſupra dixit. Iugurtha ubi gentium foret.

tribus facile notus per omnes tribus declaratu r Deinde ab eo magiſtratu alium poſt alum ſibi peperit: ſempq; in poteſtatibus eo modo agitabat: ut ampliore honore q̄ getebat dignus haberetur. Tamen is ad id locorum talis uir cōſulatum petere nō audebat. Nā poſtea ambitiōe præceps datus eſt: & iā tum alios magiſtratus plæbs cōſulatū nobilitas inter ſe per manus tradebat. Nouus nemo tā præclarus: neq; tā egregius factis erat: quin is indignus illo honore & quaſi pollutus haberetur. Igitur ubi Marius Aruſpicis dicta eodē quo cupido animi hortabatur intendere uidet: ab Metello conſulatū petēdi gratia miſſionē rogat: Cui q̄q̄ uirtus: gloria atq; alia optāda bonis ſuperabant: tamē inerat cōtemptor animus & ſupbia cōmune nobilitatis malum. Itaq; primū cōmotus inſolita re: mirari eius conſiliū: & quaſi per amicitiam monere: ne tam praua inciperet: neu ſuper fortunam animū gereret: non oīa omnibus cupienda eſſe debere illi res ſuas ſatis placere. Poſtremo ca ueret id petere a populo Ro. quod iure negaretur. Poſtq̄ hæc atq; alia talia dixit: neq; animus Marii flectitur: reſpōdit ubi primū potuiſſet p negocia publica factuꝝ ſeſe quæ peteret ac poſtea ſæpe eadem poſtulanti ferꝛur dixiſſe: ne ſe

Nam poſtea ambitione p̄ceps datus eſt. dico q;. C. Marius uſq; ad id tempus nō audebat appetere conſulatū: quia poſtea ſupra modū ambitioſus fuit in petendis honoribus. Nā ſepties conſul fuit q̄d raro alii alicui cōtigit. Ambitio proprie dicitur honoris cupiditas. Præceps datus eſt. i. p̄cipitauit ſe ambitiōe: qa ſupra modum p̄cliuis fuit ad honores. Et tum. i. eo tempore. Alios (inquit) magiſtratus plebs adminiſtrabat: præter conſulatū: quem nobiles tantū modo aſſequebātur. Ordo eſt. Et tum pro tūc plebs tradebat iter ſe alios magiſtratus: ſed nobilitas tradebat conſulatū inter ſe per manus.

Per manus. i. p ſucceſſionē: quia cū aliquis nobilis deponebat conſulatū. alii nobili tradebat ipm conſulatū. Et ita eum magiſtratū ſola nobilitas adminiſtrabat. Nouus. i. ignobilis genere: uidelicet qui nō eſſet ex antiqua familia romana. Licet aliqs clarus & nobilis eſſet factis: ſi nō erat nobilis genere ad cōſulatū aſpirare nō poterat. Quin. i. qui nō. Pollutus. i. maculatus. Si quis nouus cōſulatū eſſet adeptus: eo honore nō ornari & decorari: ſed pollui & quaſi maculari uidebaꝫ. Igitur ubi Marius. Ordo eſt. Igitur Marius rogat miſſionem a Metello gratia petēdi conſulatū: ubi pro poſtq̄ uidet dicta Aruſpicis itendere eodem quo cupido animi hortabatur. Poſtq̄ oſtendit in mario fuiſſe omnia quæ ſufficerent ad capiendū conſulatū præter uetuſtaté familiæ: dicit quid fecerit marius poſtq̄ Aruſpex dixit ei magna & mirabilia portēdi. Marius (inquit) a metello miſſionē poſtulauit. ut romā proficiſceréꝫ ad petendum conſulatū: poſtq̄ ex aruſpice intellexit: ea ſibi p

erta portendi quæ cupiebat in aīo aruſpicis. Aruſpex ab ara & aſpiciendo dictus eſt: quia in aris hoſtiaꝝ exta inſpiciebāt & futura p̄dicebāt aruſpices. Eodem. i. ad eandē rem. Intendere. i. ptinere. Miſſionem uulgo licentiam appellāt. Cui. ſ. metello q̄uis metellus uirtute & gloria clarus eſſet: tamen ſuperbuserat: ſicuti ferme oēs nobiles eſſe ſolent: & ideo moleſte tulit q; marius miſſionē peteret: ut romā proficiſceréꝫ gratia petendi conſulatū. Alia optāda bonis. i. aliæ res quæ optantur a bonis uiris. Contentor animus. i. deſpector. Animus erat in metello qui alios deſpiciebat & conténebat. Quod erat propter ſuperbiā. Nam qui alios deſpicit: ſuperbus eſt. Superbia cōe nobilitatis malū. Nam oēs nobiles ferme ſolent eſſe ſuperbi. Ita. i. hoc modo: uidelicet qa erat ſuperbus. Inſolita re: uidelicet. quia nouus homo auderet petere conſulatū qui tantummō nobilibus dari ſolebat. Eius. ſ. marii. Conſilium q; decreuiſſet petere conſulatum: cū eſſet nouus homo. Tam parua. Paruū & rectum cōtraria ſunt. Igitur metello uidebatur eſſe paruum: q; marius peteret conſulatum cū eſſet nouus homo. Super fortunā animū gereret. i. ne animū maiorem haberet q̄ ſtatui ſuo cōueniret. Super fortunam. i. ſuper ſtatū. Non oīa omnibus cupienda eſſe: ſubaudiē dicebat. Iure: uidelicet qui erat nouus homo. Per negocia publica: uidelicet ſi nō impediretꝫ per negocium ad rempu. perſæpius miſſionem peteret: ut romā iret ad petendū conſulatum. Metellus reſpōdit. O mari: ne feſtines nūc ire romā hac de cauſa: quia ſatis idoneo tpe conſulatū petes cū filio meo. Filius aūt metelli erat ætatis annorū uiginti: nec aliquis cōſulatum petere poterat: niſi eſſet ſaltē annoꝝ uigintiquinq;. Marius igitur moleſte tulit reſpōſum metelli: qui uolebat mariū uſq; in quinquēnium differre petitionē cōſulatus. Fertur: dicitur.

Mature petiturũ.ſ.dicebat mature.i.propere & cito. Tũ proprie id dicit fieri mature quod ſuo tpe fit.ñ q̃ neq̃ citius ẽ:neq̃ ſerius:ſed mediũ quiddã temperatũ.Nã & in frugibus & in pomis ea matura dicuntur quæ neq̃ cruda & imitia ſũt:neq̃ caduca & decocta:ſed tpe ſno adulta maturaq̃. Is.ſ.filius. Contubernio patris.Contubernũ dicit tabernaculũ in quo milites hitant:uel ſocietas. Quæ res.ſ.reſponſum Metelli. Tũ.i.partĩ. Cupidine:propter honorem. Peſſimis conſultoribus.Appoſitio ẽ.Cupido & ira duo peſſimi conſultores ſunt.Nam qui facit id quod conſulit & ſuadet ira & cupido:peſſime facit. Nã ira & cupido peſſime cõſulunt. Graſſari:p graſſabatur.Graſſari:ut ſupra diximus ſecundũ Nonium Marcellũ ſignificat ſupra modũ ſæuire. & ſignificat ambulare.Dicit ergo Marius ibat cũ cupidine & ira:hoc eſt gerebat ſe cupide & iracũde:quia faciebat id quod cupido honoris & ira cõtra metellũ ſuadebat. Nõ enim hoc loco graſſari ad ĩceſſum pedũ pertinet: ſed ad tenoré uitæ atq̃ ad hĩtũ morũ:ſicuti dicimus de eo qui aliquid prudẽter & ſuo tpe facit:ille mature & prudẽter ãbulat. Neq̃ facto ullo.neq̃ dicto abſtinere quod mõ ambitioſum foret.

Quicquid dicebat & quicqd faciebat:erat ãbitioſum.Ambitioſus dicit honoris cupidus:uerba & facta ambitioſa ſunt quæ dicũtur & fiũt ad honorẽ aucupandũ. Milites:ecce factum ambitioſum.Marius ut fauorẽ militum ſibi cõciliaret:eos réiſſius q̃ cõſueuerat atq̃ indulgẽtius tractabat. In hibernis. Hiberna dicunt loca & mãſiones ubi hiemant milites. Laxiore imperio.i.molliori regimine. Habere.i.tenebat. Apud negociatores:Ecce dictũ ambitioſum. Criminoſe:cõtra Metellum magnifice pro ſe & in laudẽ ſui ipſius. Loq;p loquebatur. In catenis:in uinculis. Ecce qũo magnifice loquebat de ſe. Ab imperatore.Ecce qũo crimiabat Metellũ.Dicebat.n. Marius Metellũ dedita opa ptrahere bellũ: qd cito ſi uellet p ficere poſſet. Cõſulto.i.dedita opera. Trahi.ſ.bellũ.i.prolõgari. Quod hõ inanis.i. gloriæ cupidus. Et regiæ ſuperbiæ:iõ dicebat metellum prolongare bellum:qa ut rex ſuperbus gaudebat eſſe diutius in imperio. Quæ oĩa; ea quæ dicebãt marius de metello mercatoribus ſatis uera dicebant duabus de cauſis:uidelicet qa dũ Metellus diutius ĩ bello gerẽdo ẽ occupatus:res eius dõeſticæ uehemẽter afflictæ & diminutæ ſunt: & qa ipſi mercatores cupiebãt ut cito bellũ finiret. Et iõ facile credebãt metellũ protrahere bellũ: quia ipſi cupiebãt ut cito finiret. Aio aũt cupiẽti nil ſatis feſtinat. Eo:ideo. Firmiora.i.magis certa & uera. Firmus certum ſignificat:ſicuti ecõtra:certus firmũ ſignificat. Saluſtius. Apud latera certos locauerat.i.firmos Quia diuturnitate belli res familiares corrupat.Mercatores romãi qui erãt Vticæ ex hoc itelligebãt metellũ delectari ẽẽ in impio:atq̃ iõ protrahere bellũ:qa uidebãt eũ res dõeſticas & fãiliares cõtinere:mõ cũ impio bello poſſet.Et aio cupiẽti nil ſatis feſtinat.Snia generalis ẽ huic loco accõmodata. Aio cupiẽti aliqd oĩa tarda uidẽtur.Nã aius q aliqd cupit nunq̃ ſibi uidet aſſeq id qd cupit. Et aio cupiẽti: mercatores romãi cupiebãt ut cito bellũ finiret.& iõ facile crediderũt id qd dicebat marius:uidelicet metellũ dedita opa ptrahere bellũ qa aio cupiẽti nihil ſatis feſtinat.i.aio cupiẽti aliqd oĩa tarda uident:ſicuti aio mercatores cupiẽti ut cito bellũ finiret.Metellus illd diutius ptrahere uidebat.Et iõ id qd dicebat marius:uidelicet metellũ cõſulto & dedita opa ptrahere bellũ:facile mercatores uerũ eẽ crediderũt.Marius ãt hæc de bello cõtra metellũ negociatoribus Ro.dicebat:ut ipſi Ro.ad ſuos aĩcos ac neceſſarios aſpe cõtra metellũ d bello ſcriberẽt.& mariũ ĩ petitiõe cõſulatus iuuarẽt. Erat ꝑterea ĩ exercitũ:aliã rẽ narrat:q̃ mariũ magis ĩ ſpẽ cõſulatus erexit. Manaſtabalis filius:maſſiniſſa tres hũit filios manaſtabalẽ guluſſã & micypſã.Gauda filius erat manaſtabalis: & nepos maſſi.hũc gaudã micipſa moriẽs ſecũdũ teſtõ reliqt hæredẽ:Nã prios hæredes reliqt filios adhet balẽ & hiẽ.& iugur.filiũ adoptiuũ:q ſi morirent:ſecũdũ reliqt hæredẽ Gaudã filiũ fris ſui manaſta. Morbis cõ.i.ĩfirmitatibus maceratus & afflictus. Cui metellus Gauda ſæpe petiuerat a metello:ut ſellã ſuã more regũ iuxta ſe põeret.& ut cuſtodiæ cã ſibi turmã eqtũ Ro.cõcederet.metellus gaudæ utrũq̃ negauerat

ſtinaret abire:ſatis mature illũ cuꝫ filio conſulatum petituruꝫ. Is eo tempore contubernio patris ibidem militabat:ãnoſ natus circiter uiginti. Quæ res marium tum pro honore queꝫ affectabat:cõtra Metellum uehementer accẽderat:ita cupidine atq̃ ira peſſimis conſultoribus Craſſari:neq̃ facto ullo:neq̃ dicto abſtiere: qd modo ambitioſum foret: milites quibus in hybernis præerat laxiore imperio q̃ ante habere. Apud negociatores quoruꝫ magna multitudo Vticæ erat:crimioſe & ſimul magnifice de bello loqui:dimidia pars exercitus ſi ſibi permitteretur paucis diebus Iugurtham in cathenis habiturum ab imperatore conſulto bellum trahi quod homo inanis & regiæ ſuperbiæ in impio ninis gauderet. Quæ oĩa illis eo firmiora uidebantur:q̃ diuturnitate belli res familiares corruperant:& aio cupienti nihil ſatis feſtinatur. Erat præterea in exercitu noſtro Numida quidam nomine Gauda Manaſtabilis filius: maſſiniſſæ nepos:quem micipſa teſtamento ſecundum hæredem ſcripſerat:morbis confectus & ob eã cãm mente paululũ immutata: Cui Metellus petẽti more regum ut ſellam iuxta ponerẽ

honorem

honorem ſedis negauerat:quia dicebat:honorē illū dari ſolere:tantūmodo illis: quos popu.romanus reges appellauiſſet. Turmā equitū pro cuſtodia corporis negauerat:quia dicebat cōtumeliā fieri equitibus romanis:ſi ad cuſtodiā Satellitis Numidæ.ſ.gaudæ traderent:ordo eſt. Metellus negauerat utrunq; cui.i.illi Gaudæ petēti ut Metellus poneret iuxta ſe ſellā ſuā more regū. Item petēti:ut Metellus cōcederet Turmā equitū romanorū causa cuſtodiæ. Sed mutat in.L.ſella erat in qua ſedebāt reges & impatores. Gauda igit licet non eſſet rex tñ quia ex ſtirpe regia natus erat uolebat ſedere iuxta impatorē ro. more regū.

ret:item poſtea cuſtodiæ cauſa turmam equitum Romanorū utrunq; negauerat: honorē: quod eorum modo foret:quos populus romanus reges appellauiſſet præſidium: quod contumelioſum foret: ſi equites romani Satelliti Numidæ traderentur. Hunc Marius anxium aggreditur: atq; hortatur: contumeliarum in imperatorem cum ſuo auxilio pœnas petat:hominem ob morbos animo parum ualido ſecūda oratione extollit:illum regem:ingentem uirum: maſiniſſæ nepotē eſſe: ſi iugurtha captus aut occiſus foret imperium Numidiæ ſine mora habiturum: id habeo mature poſſe euenire ſi ipſe Conſul ad id bellum miſſus foret:itaq; & illum:& equites romanos:milites:& negociatores:alios ipſe plæros pacis ſpe impellit:uti romam ad ſuos neceſſarios aſpere in Metellum de bello ſcribant: Marium imperatorem poſcant: ſic illi a multis mortalibus honeſtiſſima ſuffragatione conſulatus petebaur. Simul ea tempeſtate plæbes nobilitate fuſa per legē Māliam nouos extollebat: Ita Mario cuncta procedere: Interim Iugurtha poſtq̄ omiſſa deditione bellum incipit: cum magna cura parare omnia feſtinare: et exercitum cogere: ciuitates quæ a ſe defecerant formidine: aut oſtentando præmia affectare: circunuenire ſuos: locos: arma: tela, aliaq; quæ ſpe pacis amiſerat reficere: aut com-

Honorē ſubaudi negauerat. Honorē: uidelicet:ut poneret ſellā iuxta ſe. Modo.i.tantum mō. Præſidiū:ſubaudi negauerat. Præſidiū: uidelicet turmā equitum romanorum: qui corpus eius cuſtodirent. In eos.ſ.eqtes ro. Satelliti Numidæ:ſatellites proprie dicebātur milites mercede cōducti. Moris aūt erat:ut hos imperator & circa ſe haberet:& primos mitteret ad oē diſcrimē:unde quidā Satellites dictos putant:qa ſatis latus tuerent impatoris. Satelliti.ſ.gaudæ:quia nō erat rex:ſed regū miſter & cuſtos. Hunc.ſ.gaudā. Aggreditur.i.addit: accedit ad hunc. Hortat:ut petat pœnas cōtumeliarū impatoris.i.hortat ut puniat & ulciſcatur iniuriam acceptam ab impatoꝛ Metello:qui ei negauerat & honorē ſellæ & turmā equitum. Pœnas petat cōtumeliaq;.i.exigat pœnas iniuriaq;.exigere pœnam:eſt punire & ulciſci. Hominem.ſ.gaudam. Aio parum ualidum.i.ferme. Secunda oratiōe.i. obſequenti ſermone: quia Marius dicebat ea q̄ grata erāt gaudæ. Extollit:laudat. Illum.ſ.gaudam: extollit dicens hæc uerba. Id.ſ.ut gauda habeat impium Numidiæ. Adeo.i.certe Mature.celeriter. Ipſe ſ.Marius. Illum.ſ. gaudam. Negociatores. apud quos criminatus erat Metellum cōſulto protrahere bellū. Spe pacis:qui oſtendebat cito bellū finiri ſi ipſe cōſul ad id bellum mittere tur. Ad ſuos neceſſarios:amicos & propinquos. Neceſſarios dicimus: q̄ nobis uel cognatione uel beniuolentia coniūcti ſunt. Aſpere in Metellum de bello ſcribant:q; uidelicet dedita opa bellū protraheret qđ cito finire poſſet. Sic.i.hoc modo:uidelicet cū gauda & eqtes romāi: & negociatores: & alii multi ſcriberent romā pro Mario cōtra Metellū. Illi.ſ.Mario. Petebatur.i.quærebat:hoc modo multi hoīes Mario conſulatū quærebāt. Simul:erat ēt alia res: quæ Mariū ad petendnm conſulatū: hortabat

q̄ eo tpe cū nobilitas pterrita eēt p legē maniliā:plæbs nouos hoīes ad honores extollebat: Simul.i.& ordo eſt:plæbs extollebat nouos homines ea tēpeſtate:nobilitate fuſa per legem Maniliā. Nobilitate fuſa: ideſt perculſa & perterrita:& uicta hoc eſt fractis uiribus nobilitatis. Nam nobilitas poſt legem Maniliam uires amiſerat. Multi.n.damnati ſūt per eam legem:& oēs perculſi. Eſt aūt tranſlatio ab exercitu qui cū uincitur:funditur & frangit. Per legē manliam quā Manilius tribunus plæbis tulit:ut ſupra uiſū eſt:leges nomen accipiunt a latoribus. Cuncta procedere.i.omnia fœliciter euenieb̄t ad petendum conſulatum. Interim:nunc Saluſtius redit ad propoſitū:ut oſtendat qđ fecerit iugurtha poſtq̄ decreuit renouare bellum. Nam q̄ſi diggreſſionem fecit ad oſtendendū quibus cauſis & q̄ ratione Marius ad conſulatū prouectus eſt: ordo eſt. Interim iugurtha parare pro parabat oīa cum magna cura poſtq̄ incœpit bellū omiſſa deditione. Omiſſa deditione ſicuti uiſū eſt:Iugurtha faceret deditionem:poſtea pœnituit eū:atq; ita deditiōe omiſſa bellum renouare decreuit. Cogere:ideſt congregabat. Ciuitates affectare:pro affectabat:ideſt ſollicitabat:uehementer afficiebat:formidine aut oſtentando præmia. Dicimus ego te afficio formidine:id eſt tibi metum & formidinem incutio. Dicit ergo & metu & præmiis tentabat & ſollicitabat eas ciuitates quæ ab ſe ad Metellum defecerant:ut rurſus a Metello ad ſe deficerent & redirent. Cōmercari.i.emebat

Seruſtia:i.ſeruos. In præſidiis:milites q erãt in cuſtodia ciuitatũ pecunia corrũpere tentabat. Igitur. Dicit quomodo uaccenſes defecerunt ad iugurtham interfecto præſidio romanorũ.ordo eſt.igr uaccẽſes principes ciuitatis fatigati ſuppliciis regis:neq; alienati antea uoluntate coniurant inter ſe:uaccenſes dico: quo metellus ſpoſuerat præſidiũ in initio iugurtha pacificante. Quo:id eſt ad quem locum.Nã hoc relatiuum referr nõ ad pſonã:ſed ad locũ uaccẽſiũ. Fatigati regis ſuppliciis.id eſt,ſupplicatiõibus & p̃cibus regis quia iugurtha ſæpe rogauerat uaccenſes: ut deſicerent ad ſe. Neq; antea uoluntate alienati dicit cauſam quare uaccenſes tam facile defecerunt ad iugurtham duæ fuerunt cauſæ. Et qa rex eos precibus fatigabat: & quia ſponte non defecerant ab ipſo iugurtha ad Metellum:Sed Metellus doloſe ibi præſidium impoſuerat :ut ſupra uiſum eſt. Et ideo facile fidem mutauerant. Nam uulgus uti plærunq; ſolet:Dicoq; principes coniurauerunt:quia uulgus & multitudo infima non coniurauit:utpote magis bellum q̃ pacem appetens. Nouarum rerum: id eſt belli. Quieti & ocio:id eſt paci: Deinde compoſitis iuter ſe rebus: ui delicet dato ordie quomodo Romanos qui erant in præſidio interficerent. Cædem conſtituunt: id eſt interficere Romanos decreuerunt. Conſtituuut: ſcilicet principes ciuitatis. Sed ubi. Dicit Saluſtius quomodo Romanos interfecerunt. Dies erat feſtus celebratus per omnem Aphricam:eo die prĩcipes ciuitatis Vaccæ romãos q erant in præſidio domos ſuas inuitant:alius centurionem:alius tribunum: alius præfectum in uitat:& eos omnes interficiunt præter ipſum præfectum. Deinde milites qui per urbem uagabantur inermes aggrediuntur. Palantes:id eſt uagantes. Quippe:id eſt utpote. Sine imperio:id eſt ſine regimine. Ordo eſt: poſtea aggrediuntur milites palantes inermes ac ſine imperio quippe in tali die. Ac ſi diceret :non ẽ mirum ſi ipſi milites Romani uagabantur:& erãt inermes ac ſine imperio:quia dies erat feſtus:

Idem plæbs facit:ſicut princip̃es ciuitatis milites romanos per urbem uagãtes aggrediebãtur:ſic etiam plæbs faciebat. Pars:ſcilicet plæbis. Alii ſtudio talium rerum:pars plæbis ĩtelligebat conſilium coniurationis principum.pſ uero ignorabat. Ergo & qui intelligebant conſilium: & qui non intelligebant Romanos aggrediebantur. Studio talium rerum:non quia intelligebant conſilium coniurationis:ſed quia eiuſmodi res nouæ eis placebant. Quis:pro quibus. Acta:id eſt ea quæ acta erant & tracta a principibus ciuitatis. Conſilium:ſcilicet coniurationis. Ad arcem: ſic etiam hoc tempore fit:ut præſidia in arcibus ciuitatum ponãtur. Præſidium hoſtium: ſcilicet uaccenſium Romani enim extra urbem fugere non poterant.& quia portæ ciuitatis erant clauſæ: & qa uaccenſes præſidium in portis collocauerãt cõra Romanõs: ſi ſforte fugere tentarent. Ad hoc:id eſt,præterea. Pro tectis ædificiorum:id eſt ex domibus. Et aliaue luti ligna:tegulas. Neq; caueri:id eſt uitari ſcilicet poſſe pro poterat.Romani qui fugiebant per ciuitatem malum quod inferebatur a mulieribus & pueris de tectis euitare non poterant:nec etiam poterãt reſiſtere. Infirmiſſimo generi:ſcilicet mulieribus & pueris.forte & infirmum ſunt contraria. Poſſe:pro poterat. Iuxta:id eſt ſimiliter & pariter. Boni & mali:id eſt fortes & ignaui.& hoc ſequentia declarant. In ea:Dicit Turpilium præfectum ſolum ex omnibus fugiſſe:id quamobrem euenerit non ſatis conſtat.

mercari:ſeruitia Romanorum allicere: & eos ipſos qui in præſidiis erant:pecunia tentare:prius intactum nihil neque quietum pati:cuncta agitare:Igitur Vaccenſes quo metellus in initio Iugurtha pacificante præſidium impoſuerat fatigati regis ſuppliciis:neque antea ſua uoluntate alienati principes ciuitatis inter ſe coniurant·Nam uulgus uti plærunq; ſolet & maxime Numidarum ingenio mobili:ſeditioſuq; at q diſcordioſum erat:cupidum nouarum rerũ quieti & ocio aduerſum.deinde compoſitis inter ſe rebus in diem tertiũ conſtituunt: q; dies feſtus celebratuſq; per omnem Affricam:ludũ & laſciuiam magis q̃ formidinem oſtendebat: ſed ubi tempus fuit :centuriones: Tribunoſq; militares & ipſum præfectum oppidi. T. Turpilium Syllanum:alius alium domos ſuas inuitant:eos omnis præter Turpilium inter epulas obtruncant.Poſtea milites palantes inermes: quippe in tali die ac ſine imperio aggrediuntur ideꝫ plæbs facit:pars edocti a nobilitate:alii ſtudio talium rerum incitati: quis acta :conſiliũq; ignorantib us tumultus ipſe & res nouæ ſatis placebant.Romani milites improuiſo metu in certi:ignariq; quid potiſſimum facerent trepidare·Ad arcem oppidi ubi ſigna & ſcuta erant: præſidium hoſtium:portæ ante clauſæ fugam prohibebant:ad hoc mulieres:puerique pro tectis ædificiorum ſaxa & alia quæ locus præbebat certatim mittere:ita neq; caueri anceps malum neque a fortiſſimis iufirmiſſimo generi reſiſti poſſe:iuxta boni maliq; ſtrenui & imbecilles multi obtruncati ſunt in ea tanta aſperitate ſæuiſſimis Numidis & oppido undiq; clauſo:

Turpis uita:integra fama.Potior fuit.i.carior.Turpilius cariorem habuit turpem uitā q̄ integram famam. Nā fugiendo saluté quæsiuit. sed famá pdidit.Sed melius & laudabilius fuisset fortiter mori integra fama:q̄ turpiter uiuere amissa fama.Nā famam amisit:quia suspicio fuit illū fuisse proditorem:unde etiā accusatus: cū se purgare nō potuisset:capitis dānatus est. Misericordia hospitis:qui eum ad cōuiuiū inuitauerat. Improbus inteſtabiliſq; uidetur.Saluſtius dicit hunc Turpilium improbū:deteſtabiléq; fuiſſe ex hoc:quia ſuſpitionem criminis purgare non potuit:ſicuti infra dicit.Improbus dicitur malus & moribus peruersus.inteſtabilis dicitur qui ita laborat infamia:ut ad teſtimonium faciendū non recipiat: unde ſecundum Nonium Marcellū:inteſtatus dicitur cuius uerbis fides non adhibetur. Dicit ergo Saluſtius hūc Turpilium nō ſolum improbum:ſed etiā inteſtabilē fuiſſe:hoc eſt ualde ſceleratum:& ita criminibus circūuentum: ut nec dignus eſſet:cuius uerbis fides haberet. Videtur.ſ.fuiſſe. Metellus'dicit qd fecerit Metellus imperator poſtq̄ cognouit uaccam urbē defeciſſe ad iugurthā interfecto p̄ſidio romanorū.

Turpilius præfectus unus ex omnibus Italicis profugit intactus id miſericordia ne hoſpitis ac pactiōe:an caſu ita euenerit parum cōperimus niſi quia q̄ illi in tanto malo turpis uita integra fama potior fuit improbus inteſtabiliſq; uidetur.Metellus poſtq̄ de rebus Vaccæ actis comperit pauliſper mœſtus e cōſpectu abiit. Deīde ubi ira & ægritudo permixta ſunt cum maxima cura ultum ire iniurias feſtinat. Legionem cum qua hyemebat:& q̄plurimos poteſt Numidas equites:pariter cum occaſu ſolis expeditos educit:& poſtera die circiter horam tertiā peuenit in quandā planitiē:locis paulo ſuperioribus circūuentam: ibi milites feſſos itineris magnitudine:etiā abnuentes omnia:docet oppidū Vaccam nō amplius mille paſſuum abeſſe:dicere reliquū laborem æquo animo pati:dum pro ciuibus ſuis uiris fortiſſimis atq; miſerrimis pœnas caperent:præterea prædā benigne obſtentat;ſic animis eoꝝ arrectis:equites in primo latere:pedites q̄ arctiſſime ire & ſigna occultare iubet. Vaccēſes ubi animaduerterēt ad ſe uerſū exercitum pergere:primo uti res erat: Metellū eſſe rati:portas clauſere. Deinde ubi neq; agros uaſtari:& eos qui primi aderant. Numidas equites uident:rurſum Iugurtham arbitrati cū magno gaudio obuii procedūt. Equites & pedites repēte ſigno dato alii uulgum effuſum oppido cedere:alii ad portas feſtinare:pars turres capere. Ira atq; p̄dæ ſpes amplius q̄ laſſitudo poſſe. Ita Vaccenſes biduū modo ex perfidia lætati. Ciuitas magna & opulēta cuncta pœnæ atq; prædæ fuit. Turpilius quem prefectum oppidi unū ex omnibus profugiſſe ſupra oſtendius: iuſſus a Metello cauſam dicere. poſtq̄ ſe parū expurgat condēnatus uerberatuſq; pœnas capite ſoluit.

Ex conſpectu abiit.ſ.ne uideri poſſet a militibus latuit donec meſticia & dolor uerſus eſt in iram. Cum qua hiemebat.nā ut ſupradixit:exercitum in hyberna deduxerat:quia erat tempus hiemis.nam hiemare eſt tempus hiemis in hybernis tranſigere. Numidas equites.nam licet romanus eſſet: tamen Numidas equites ſecum habebat. Expeditos: ideſt ſarcinis non impeditos:neq; grauatos: ſed ad rem gerendā paratos:& inſtructos.nā quādo uniuerſus exercitus ad locum aliquē deducitur:tam pedites q̄ equites oīa quæ habent ſarcinis compoſita ſecum portant: quæ poſtea deponūt cum caſtra locantur.Sed cū aliquam rem breui tpe gerendā ducuntur:relictis ſarcinis: expediti proficiſcuntur:ſicuti nunc. Etiā abnuentes.i.recuſantes:nam quia feſſi erant nolebant ulterius procedere.Tunc Metellus docuit eos urbem uaccam nō amplius mille paſſuū abeſſe : dicebatq; illis cōuenire:ut ſumerēt uindictā ex hoſtibus: pro ciuibus romanis interfectis. Dicere.i.cōuenire. Pro ciuibus:qui interfecti fuerant in urbe uacca. Pœnas caperent.i.exigerent:pœnas exigere eſt punire & ulciſci:& uindictam facere. Prædā oſtendit:quia Metellus militibus promiſit ſi urbē caperent:ſe cōceſſurum:ut illā diriperent. Numidas equites. Ecce qūo decepti ſunt uaccenſes : nam quia uiderunt equite Numidas arbitrati ſūt iugurtham eſſe. Et ideo omnes ex urbe obuiā proceſſerunt. Equites peditesq;.ſ.romanoꝝ. Ira atq; p̄dæ ſpes amplius q̄ laſſitudo poſſe:pro poterat.Romāi ꝓptet magnitudinē itineris laſſi & feſſi erant.Sed tāta erat ira & ſpes p̄dæ ut laſſitudinē uincerent:

ita hoc mō(inquit)urbe a romanis capta:uaccenſes p duos dies tantūmō lætati ſūt ex p̄fidia ſua:qua ad iugurthā defecerāt iterfecto p̄ſidio romanoꝝ. Pœnæ:aut p̄dæ fuit:q urbs direpta eſt:& ciues iterfecti ſunt. Prædæ:propter direrptionem reꝝ oīum. Turpilius.Dicit quem euentum habuerit Turpilius p̄fectus:q ſolus ex urbe uacca ꝓfugerat illæſus:hic accuſatus eſt apud Metellū imperatorē:ueluti qui p̄ſidium romanoꝝ hoſtibus ꝓdidiſſet:ciues rei magna erat cōiectura:q; oppido undiq; clauſo ſolus ex oībus intactus profugit:Metellus iuſſit ut ſe defenderet.Sed cum defenſio eius non ſatis probaretur:dānatus & uerberatus capite pœnas ſoluit.

Nam is ciuis ex latio erat:Lex portia uetabat ciuẽ romanũ interfici:sed in exilium mitti iubebat. Nũc ergo dicit ideo Turpilius damnatus interfectus est:quia non erat ciuis romanus:sed ciuis ex latio. Per idem tempus:nam transit ad aliam rem narrandam:quæ tamen ad propositũ belli iugurthini pertinet. Dicit.n. Bomilcarẽ & Nabdalsam conspirasse in perniciem iugurthe:sed tamẽ consiliũ eorum frustra tractatũ esse. Nã insidiis quas parauerat cognitis:Bomilcar & multi alii ĩterfecti sunt.ordo ẽ.per idem tempus Bomilcar impulsu cuius iugurtha incæperat deditionem quã deseruit metu suspectus regi: & ipse suspiciens eum cupere res nouas:quærere pro quærebat dolũ ad perniciem eius. Cuius impulsu: id é hortatu:hoc supra uisum é quomodo hortante Bomilcare iugurtha deditionẽ faceꝛ cœperat:sed postea eũ pœnituit. Ipse: scilicet Bomilcar. Seorsum a rege:id est sine iugurtha. tantus erat uir ut iugurtha ei exercitũ cõmitteret:& negocia quæ ipse aliis rebus maioribus occupatus expedire non poterat:ei expediẽda demãdaret. Astricto.i.detento & occupato. Illi:scilicet nabdalsæ. Vtriusq; scilicet Bomilcaris & nabdalsæ. Nabdalsa:iugurtha præfecerat exercitui suo nabdalsam:& iusserat:ei ut exercitum teueret inter hyberna Romanorũ: ne romani per incursiões agrũ numidiæ uastarent. Inter hyberna romanorum.erat tẽpus hyemis:quo tempore romãi in hybernis erãt Cum exercitus in hyberna deducit :per uicos & castella & loca distantia collocatur. Ergo inter hæc loca Nabdalsa exercitum habebat: ne Romani (ut fit) crebris incursionibus agrum numidiæ uastarent. Is.ordo est. Bomilcar simul:id est & cupidus pãtrandi incœpta: & anxius timore socii ne quæreret nounm consiliũ omisso uetere mittit litteras ad eum per homines fideles:postquã is scilicet nabdalsa perculsus magnitudine facinoris non uenit ad tẽpus & postquã metus impediebat rem. Sensus clarus est. Socii.scilicet nabdalsæ. In quis:id est in quibus litteris. Accusare.hoc est reprehendebat. Ne præmia metelli in pestẽ conuerteret:o nabdalsa uide ne præmia metelli in perniciem mutes.nam iugurtha omnino sine uite habiturus est cito:aut per nos:aut per metellũ. Si nos iugurthã in manus metelli dederimus: uel uiuum uel mortuũ:præmia a Metello nobis promissa cõsequemur. Si autem Metellus sine opera nostra iugurtham cœperit:præmia in pestem conuertemus.Nã Metellus nos quoq; interficiet. Præmia metelli: ut supra uisum est:Metellus ingentia premia promisit Bomilcari:si iugurthã sibi traderet uel uiuũ uel mortuũ. Exitium.i.finẽ & mortem: Cæterum ne i.an ordo est:cæterum.i.sed dubitabat id mõ: id est nũc agitari:uidelicet ne.i.an periret uirtute sua:an periret uirtute Metelli:iugurtha omnino priturus est. Nunc id agitur utrum uirtute nostra pereat:an uirtute Metelli.Si perierit uirtute nra præmia a metello promissa consequemur.Si autem perierit uirtute metelli.cruciatum & mortem recipiemus.Nunc igit cognita:utrũ potius uelis an pmia an mortem. Erat er:Nabdalsa ministrũ quẽdam Numidam habebat fidum & gratũ:qui omnia negocia eius curabat:& omnia eius consilia nouerat; præter hoc: ultorum consilium coniurationis.hic postq; litteræ sunt allatæ existimans opus esse Nabdalsæ opera sua in Tentoriũ introiuit.Et dormiẽte illo:epistolã allatam legit.statimq; cognitis insidiis ad iugurtham pergit.

Nam is ciuis e Collatia erat. Per idem tempus Bomilcar:cuius impulsu iugurtha deditionẽ quam metu deseruit:incœperat:suspectus regi & ipse eum suspiciẽs nouas res cupere:ad perniciem eius dolum quærere:diu noctuq; fatigare animum:denique omnia tentando socium sibi adiungit Nabdalsam hominem nobilem magnis opibus clarum:acceptumque popularibus suis:qui plærunque seorsum ab rege exercitum ductare:& omnes res exequi solitus erat:quæ Iugurthæ fesso:aut maioribus astricto supererant.exquo illi gloria:opesque inuentæ. Igitur utriusque consilio dies insidiis statuitur.Cætera uti res poscꝛet pro tempore parari placuit:Nabdalsa ad exercitum profectus est:quem inter hyberna romanorũ iussus habebat:ne ager iultis hostibus uastaret. Is postq; magnitudine facinoris perculsus:ad tempus non uenit:metusque rem impediebat. Bomilcar simul cupidus incœpta patrandi: & timore socii anxius:ne omisso uetere consilio:nouum quæreret:litteras ad eum per homines fideles mittit:in quis molliciem secordiamq; uiri accusare:testari deos per quos iurasset monere:ne præmia metelli in pestem conuerteret: Iugurthæ exitium adesse:cæterum sua ne an metelli uirtute periret:id modo agitari:proinde reputaret animo suo præmia an cruciatum mallet: sed quum hæ litteræ allatæ fuere:forte Nabdalsa exercitato corpore fessus in lecto quiescebat ubi cognitis Bomilcaris uerbis:primo cura: deinde uti ægrum animum solet somnus cœpit: erat enim Numida quidam negociorum curator:fidus ei: acceptusq; & omnium cõsiliorum

Nisi nouissimi.i.cõsilii cõiurationis contra iugurthã. In tabernaculũ hoc est intentoriũ. Puluino: pului hus dicitur Cerui cal sup quo sternitur caput dormientis:a pluma dictus quasi pluminus. Temere: hoc est fortuito. Nam temere secundũ Seruiũ hæc significat sine causa:ut Vir.haud temere est:cõclamat ab aggere uolens. Temere significat fortuito:ut hoc loco significat aliquando male:aliquãdo iprouide. Sumit: capit. Indicem:uidelicet ministrum qui ei abstulerat epistolam. Index ,pprie dicitur qui sceleris cuius ipse est cõ scius latebras indicat. Dicit: quæ ipse facere parauisset:perfidia clientis sui peruenta eẽ.hoc est dicit: quemadmodum decreuerat detegere proditionem. O rex ego facturus eram id qd̃ fecit minister & cliens meus. Nam epistolã mi hi a Bomilcare missam proditionem continen tem:ad te deferre decreueram:& totam prodi tionem aperire. Sed perfidia clientis mei pue/ nit me:nam prior ipse eã epistolam ad te detu lit. Perfidia clientis:cliens & patronus corre/ latiua sunt.sicut seruus & dominus:pater & fili us:Nam cliens dicitur qui sub alicuius patroci/ nio est:& dicitur cliens quasi colẽs patronum: hoc est:obseruans & custodiẽs:cliens qui defen ditur:patronus qui defendit. Sed clientem hoc loco accipit pro ministro. Iram oppresserat hoc est extrinxerat:uel potius clauserat. Cre dere:hoc est cõfidebat. Iuxta:iuxta:desit similiter.

Pauescere:iustam causam timendi habebat. Nam qui sibi magis cari erãt:quosq; magis ho noribus & opibus extulerat:eos ,pditores erat expertus. Contra decus regium:quia in lo/ co humili & abiecto, iacebat. Vecordia:hoc est insania. Nam qui nimium timet: somno fre quenter tremens excitatur. Igitur. Dicit quid fecerit Metellus postq̃ audiuit proditionem es se patefactam. De casu quomodo esset inter fectus:Marium. Mario postulanti sæpius mis/ sionem cõcessit Metellus. Et romæ. Dicit quo/ modo plæbs romæ libenter accepit:& habuit gratia ea quæ scripta sunt de Metello & Mario a negociatoribus & ab equitibus romanis: qui erant in affrica ex quo factum est:ut cum Ma/ rius missione accepta romam uenisset: statim consul crearetur. Quæ de Metello ac Ma/ rio. Metellum criminabantur:& Marium lau/ dabant:eumq; ad id bellum imperatorem po/ scebant. Missæ erãt.i.a negociatoribus & ab equitibus romãis:& a Gauda:& ab aliis qui pa/ cem desiderabant. Imperatori:nobilitas no/ cebat Metello:econtra:ignobilitas ,derat Ma rio. Imperatori.s.Metello. Nobilitas:hoc loco nõ significat multitudo nobilium: sed cla ritudo generis:& familiæ. Inuidiæ esse.i.erat ad inuidiam:pp nobilitatẽ Metello inuidebat.

At illi alteri.s.Mario. Generis humilitas.i. ignobilitas. Fauorem addiderat: quia tota plæbs pp similitudinẽ generis fauebat Mario:

Cæteꝝ in utroq;:licet nobilitas generis inui diã Metello peperit:ignobilitas Mario fauorẽ acqsiuerit:tamẽ plus ualuerũt uolũtates partiũ q̃ bona:aut mala sua in utroq;. Studia par/ tium:quia utraq; pars suos extollere cupiebat:

nisi nouissimi particeps: qui postq̃ allatas litte/ ras audiuit & ex consuetudine ratus opera aut ingenio suo opus esse:tabernaculum introiuit. Dormiente illo epistolam super caput in pului nari temere positam sumit ac perlegit. Deinde propere cognitis insidiis ad regem pergit. Nab/ dalsa post paulo exprectus: ubi neq; epistolam repperit & rem omnem uti acta erat ex perfu/ gis cognouit: primo indicem persequi conatus est:postq̃ id frustra fuit: Iugurtham placandi gratia accedit. dicit quæ ipse facere parauisset p/ fidia clientis sui præuenta:lachrymans obtesta tur per amicitiam perq; sua ante fideliter acta: ne super tali scelere suspectum sese haberet. Ad ea rex aliter q̃ animo gerebat placide respondit Bomilcare interfecto aliisq; multis quos socios insidiarum cognouit iram oppressit: ne qua se ditio:aut bellum ex eo negocio oriretur neque post id Iugurthæ dies aut nox ulla quieta fuit: neque loco:neque mortali cuiq̃ aut tempori sa tis credere. Ciues hostesq; : iuxta metuere: cir/ cunspectare omnia & omni strepitu pauescere/ re:alio loco sæpe contra decus regium noctu re quiescere:interdum somno excitus arreptis ar mis tumultũ facere. Ita formidine quasi uecor dia agitari. Igitur Metellus ubi de casu Bomil/ caris & indicio patefacto ex perfugis cognouit: rursus tanquã ad integrum bellum cuncta pa rat festinatq; : Marium fatigantem de profe/ ctione simul inuisum & offensum sibi parum idoneum ratus domum dimittit. Et Romæ plæbes litteris quæ de Metello ac Mario missæ erant cognitis uolenti animo de ambobus acce perant. Imperatori nobilitas: quæ antea decori fuit:inuidiæ esse. At illi alteri generis humilitas fauorem addiderat. Cæterum in utroq; magis studia partium q̃ mala:aut bona sua moderari.

plæbs nouos homines. Nobilitas. Nobiles. Quam bona:aut mala sua:quia non tam ,pter nobilitatem aut uirtutes.neq; propter ignobilitatẽ:aut uitia:q̃ propter conditionem partiũ:uel Marius honore sublatus est uel Metellus depressus. Moderata sunt:hoc est ualuerunt. Moderari est imperio ac potestate regere:

Præterea erat & alia res:quæ & Mario fauorē & Metello inuidiā comparabat.Nā tribuni plæbis in cōcionibus metellum criminabātur:& illum reum capitis esse dicebant:econtra Marium mīis laudibus extollebant.Deniq; ciues egeni & rusticani atq; opifices qui nihil habebant unde uiuerent nisi ex opere manuum oēs ad Mariū cōueniebāt.honorē illius carioré habentes q̄ sua necessaria. Seditiosi magistratus: Tribuos plæbis maxīe intelligimus. Vulgū.& hic uulgus & hoc uulgus dicimus. Capitis arcessere.i.capitis accusabant:dicebant illum dignum esse qui capitis dānaret. Vti opifices agrestesq; oēs:plæbis dicitur multitudo ignobilis & populus minutus ut opifices & ciues egēi. Quoꝝ res fidesq; in mānibus sitæ erāt res ī mānibus eoꝝ positæ erāt q nihil hēbāt nisi id q̄d mānu q̄rebant:& opere lucrabātur:fides in manibus eorū posita erat. qui id quod promittebant præstare non poterant:nisi opere & labore mannum.Fides dicit quando fit id quod dicitur:hoc est quod pmittimus exhibemus. Frēquentarent mariū:hoc est frequentes ad Marium conuenirent. Ita hoc modo. Post multas tempestates.id ē post multa tempora.Nam multa tempora trālacta erant:ex quo nullus nouus homo consulatum erat adeptus. Nouo homini:id est mario ignobili. Et postea populus:Marius omnia quę uolebat assecutus est.Nam & consul factus est. Et ei Numidia prouincia per populum est decreta:licet senatus eam antea metello decreuisset:Sed populi iussum plus ualuit q̄ Senatus decretum. Ea res frustra fuit:quia id q̄d decreuerat Senatus nihil ualuit. Eodem tempore ordo est.Eodem tempore iugūrtha agebat uagus & incertus:cum pro quando: neq; bellum posset geri sine administris.& cum duceret periculosum experiri fidem nouorum amicorū. in tanta perfidia ueterum: scilicet amicorum.

Amissis amicis:plærosq; quorum ipse necauerat:cæteri percussi formidine profugerant: pars ad Romanos.alii ad Regem Boghum. Regem Boghum: Bogus rex maurorum erat qui Numidiæ confines sunt. Amicorum nouorum fidem:iugurtha periculosum esse putabat experiri nouos amicos. quia ueteres amicos proditores erat expertus & perfidos. Nā Bomilcar & Nabdalsa ueteres eius amici in pniciem eius conspirauerant. Duceret.id ē existimaret. Sæpe iugurtha quasi amens erat: cōsiliumq; captum statim mutahat. Aliquando fugere:aliquando armis resistere decernebat.

Dubitare:hoc est nec uirtuti:nec fidei popularium confidebat. Ita hoc modo quicquid facere tentabat:aduersum sibi euēiebat. Sed inter eas moras.Breuiter prœliū describit cōmissum inter metellum & iugurtham:in quo prœlio uictus est iugurthai Romani:romani: inquit multa signa militaria & arma ceperunt: sed paucos hostes.ordo est.Romani sunt potiti aliquanto numero signorum & armorum: sed sunt potiti numero paucorum hostium.quia me uumidas in omnibus prœliis:ordo est.nam ferme magis pedes q̄ arma sunt in fugam conciliando tuti in omni genere prœliorum. Magis pedes q̄ arma:quia magis fugiunt q̄ se armis defendunt:quia fugiēdo magis q̄ armis pugnando seipsos conseruant. Ea fuga.dicit quomodo iugurtha uictus per ualtas solitudines Thalam puenit:quæ est ciuitas magna & opulēta:ubi iugurtha suos thesauros habebat: atq; etiā filios

Præterea seditiosi magistratus uulgum exagitare:Metellum omnibus cōcionibus capitis accersere:Marii uirtutem in maius celebrare. Denicq; plæbs sic est accensa uti opifices:agrestesq; omnes:quorū res fidesq; in manibus sitæ erāt: relictis operibus frequentarent Marium:& ut sua necessaria post illis honorem ducerent. Ita perculsa nobilitate post multas tempestates no uo homini consulatus mandatur: & postea populus a tribuno plæbis.L.Manlio mantino rogatus quem uellet cum iugurtha bellum gerere:frequēs Marium iussit.Sed Senatus paulo ante metello numidiam prouinciam decreuerat.ea res frustra fuit.Eodem tēpore iugurtha amissis amicis:quoruꝝ plerosq; ipse necauerat. Cæteri formidine:pars ad Romanos; alii ad regem Bogum profugerant:quum neq; bellum geri sine ministris posset:& nouoꝝ fidem in tā ta perfidia ueterum experiri periculosum duceret uarius incertusque agitahatur:neq; illi res: neq; consilium:aut quisq̄ hominum satis placebāt. Intinera profectusq; indies mutare:modo aduersus hostes:interdum in solitudines pgere:sæpe in fuga:ac post paulo in armis spem habere:dubitare uirtuti an fidei popularium minus crederet. Ita quocunq; intēderat res aduersæ erant. Sed inter eas moras repente sese Messæ erant. Sed inter eas moras repente sese Messa tellus cuꝝ exercitu ostendit Numidæ ab iugurtha pro tempore parati instructiq; sunt. Deinde prœlium incipitur:qua in parte rex pugnæ affuit:ubi aliquādiu certatū ē. Cæteri eius oēs milites primo congressu pulsi fugatiq; sūt: Romani signorum & armoru m:& aliquanto numero hostium paucorū potiti sunt. Nā ferme Numidas ī oibus prœliis magis pedes q̄ arma Numidæ magis fugiunt q̄ se armis defendunt. Nam ferme magis pedes q̄ arma sunt in fugam conciliando tuta

Impensius

Impensius.modo rebus suis diffidens.i.uehementius nunc suo statui diffidens. Plæriq; thesauri.i.multi thesauri.s.erãt.ẽ zeuma ab inferiori. Quæ postq̃.ordo ẽ.tamẽ Metellus aggreditur superuadere oẽs asperitates:ac etiam uincere manu spe patrandi belli: fioret potitus eius oppidi:quanquã cognouerat loca arida: & uasta esse inter Thalam & proximũ flumen,in spatio quinquaginta millium:põstq̃q.hoc est illa quæ sunt cõperta Metello. Quæ postq̃ sunt cõperta.i.cognita.postq̃ Metellus cognouit iugurtham Thalam profugisse:decreuit exercitum traducere ad eum locum:licet eum transire oporteret p loca arida: & uastas solitudines.Flumẽ quoddam erat distans a Thala quinquagĩta milliaria.in hoc spatio loca erant arida & aqua carẽtia:in qbus nemo habitabat.p hæc loca transeundum erat.

tutati sunt:Ea fuga iugurtha impensiuſ modo rebus ſuis diffidens cũ perfugis & parte equitatus in ſolitudíes.Deinde Thalam peruẽit: id oppidum magnũ atq; opulentũ:ibi plæriq; thesauri:filiorumque eius multus pueritiæ cultus erat.Quæ postq̃ Metello comperta sũt: q̃q̃ inter Thalam flumẽq; proximũ in spatio milliuz quinquaginta loca arida atq; uasta eẽ cognouerat:tamen spe patrandi belli:si eius oppidi potitus foret oís asperitatef superuadere:ac naturã etiã uincere aggreditur:igitur oía iumenta sarcinis leuari iubet,nisi frumento dierum decem Cæteruz utres modo:& alia uasa aquæ idonea portari.Præterea conquirit ex agris q̃ plurimũ põt domiti pecoris: eoq; impõnit uasa cuiusq; modi:sed plæraq; lignea collecta ex tuguriis numidaruz.Ad hoc finitimis impat:Qui se postregis fugam Metello dederant:q̃plurimum ut quisq; aquæ portaret.Diem locumq; ubi præsto fuerit prædicit ipsẽ ex flumine q̃ proximaz oppido aquam esse supra diximus.iumẽta onerat.Eo modo instructus ad Thalam proficiscitur. Deinde ubi ad id loci uentum est quo numidas præceperat:& castra posita:munitaque sunt:tanta repente cælo missa uis aquæ dicitur ut ea modo exercitui satis:superque foret. Præterea commeatus spe amplior: quia Numidæ:sicuti plærique faciunt in noua deditione officia intenderant.Cæternm milites religione pluuia magis usi. Eaque res multum animis eorum addidit.Nam rati sunt sese diis immortalibus curæ esse.Deinde postero die contra opinionem iugurthæ ad Thalã peruenitũt.

gisse:decreuit exercitum traducere ad eum locum:licet eum transire oporteret p loca arida: & uastas solitudines.Flumẽ quoddam erat distans a Thala quinquagĩta milliaria.in hoc spatio loca erant arida & aqua carẽtia:in qbus nemo habitabat.p hæc loca transeundum erat.

Loca arida.i.aqua carentia. Tamẽ spe patrãdi belli:si eius oppidi potitus foret:quãuis p loca arida & difficilia trãsire oporteret. tamẽ qa sperabat bellum finiſ:si eam ciuitatẽ cœpisset. omnes asperitates uincere decreuit. Si eius oppidi potitus foret.i.si urbem cœpisset. Ac naturam etiam.Nam fere cõtra naturam ẽ posse exercitum ducere per loca tam arida. Igit̃ omnia iumẽta. Vide quo consilio:& q̃ arte usus sit ut exercitum Thalam duceret.iumẽta onerari iussit tantummodo frumẽto quod decem dies sufficeret. Cæteras sarcinas atq; alia onera ex iumẽtis tolli iussit.& utres atq; uasa ad portãdũ aquam idonea iumẽtis imponi præcepit. ipsaq; uasa impleri aqua iussit ex flumine:quod pximum erat Thalæ quinquagĩta millibus passuũ Atq; ita frumẽto & aqua iumẽtis oneratis Thalam cum exercitu profieiscitur. Iumẽta dicuntur quæ onera portant. Nisi frumẽto dierum decẽ.Cætera onera ex iumẽtis tolli iussit:præter frumẽtum decẽ dierum. Cæterum utres: utres fiunt de pellibus caprinis inuersis. Modo.i.tantummodo. Præterea.dicit Metellum quantum iumẽtorum potuit cõgregasse ad uasa plẽa aquæ cõuehẽda. Neq;.n.partem uastas solitudines & loca arida exercitum ducere potuisset. Domiti pecoris.i.iumẽtorum: sicut i sunt equi:muli:equæ:asini:& cætera huiusmõi.

Eoq;.id est super id pecus domitum. Ad hoc.i.præterea. Vbi præsto fuerint.i.ubi sint parati. Ipse ex flumine:ordo ẽ:ipse onerat iumenta ex flumine.q̃q̃ diximus esse proximam oppido. Quã aquam:ac si diceret:quod flumẽ Proximã oppido:nam paulo ante dixit flumẽ esse proximum Thalæ quinquaginta millibus passuum. Ad id loci.i.ad eũ locum. Quo.i. ad quem. Numidas præcepat.Nam pauloante dixit Diem:locumq; ubi præsto fuerint p̃/dixit. E cœlo:scilicet p pluuiã: Vis:abundantia. Mõ.i.tantummõ. Cõmeatus spe amplior:scilicet sunt:i.maior q̃ sperabat. Sicuti plerq;:scilicet faciunt.Sic enim fieri solet.Nam semper populi in noua deditione se promptos & officiosos præstant in eos quibus se dediderunt. Officia intenderant:hoc est prompte officia præstiterant. In noua deditione.Multi populi numidarum se Metello dediderant postquam uictus est iugurtha.Et in hac noua deditione unusquisque populus officium suum prompte exhibebat Metello: Cæterum milites religiõe pluuia magis usi sunt.Milites utebantur magis aqua per pluuiam celitus demissa:q̃ aqua quæ fuerat per iumenta cõuecta.Et hoc faciebãt religiõe ducti:putabãt.n.aquã illã diuinitus sibi missam fuisse:qa diis curæ eẽnt. Religiõe:id est pp religionem:hoc est propter honorem deorum.Nam religio proprie dicitur honor &

cultus qui deo impẽditur. Nihilo ſegnius.i.nihilo tardius. Parare:pro parabant. Idem noſtri romani ſimiliter & ipſi bellum parabãt. Facere:p faciebãt. Idem.i.eandem rem. Sed rex:dicit iugurthã eum liberis & multa pecunia noctu ex urbe fugiſſe:poſtq̃ uidit Metellũ omnia uincere poſſe ét ipſam naturam: quæ aliis dñari & impare ſolet. Nihil infectũ metello.i.oĩa fieri poſſe a Metello. Quippe.i.qa. Negocii gr̃a.i.cã alicuius rei. Celeritate:uidelicet nõ morãdo diutius ĩ uno loco:ſed celeriter diſcedẽdo. Nam talia conſilia:uidelicet cõſilia proditionis. Per ocium.i.per occaſionem tẽporis. Opportunitate.i.cõmoditate tẽporis. Et ideo cũ non moraretur ãplius uno die aut una nocte in uno loco:nõ dabatur opportunitas tẽporis alicui ad capiendum cõſilium proditiõis. At Metellus Ita quod iugurtha profugit ex oppido:ſed Metellus illud obſidere & oppugnare præerat. Intentos.i:paratos. Operibus: uidelicet munitione mœnibus & foſſa. Loco.i. natura loci. Circunuenit.i:circũdat. Vallo foſſaq̃. Qui obſidebãt ciuitates uallo & foſſa eas circũdare ſolebant.ne oppidani eruptione facta caſtra circũpoſita inuaderẽt.& ut citius fame coacti dum nemo egredi poteſt:deditionẽ facerent. Vallum eſt munitio ex fuſtibus facta appoſito aggere terræ:quod foſſa cingitur. Deinde iubet duobus locis ex copia maxime idoneis. Vineas agere. Vinea:ut ait Vegetius machina ẽ quæ leuioribus lignis colligatur:lata pedibus octo:alta pedibus ſeptem:longa pedibus ſexdecim.huius tectum munitiõe duplici tabulatis cratibuſq̃ cõtexitur. Latera quoq̃ uimine ſepiuntur ne laxorum:telorumq̃ impetu penetrentur. Extrinſecus autem ne immiſſo cõcremanẽ incendio crudis ac recentibus coriis operiuntur. Iſtæ cum plures factæ fuerint iũgũtur in ordine:ſub quibus ſubſidentes tuti ad ſubruenda murorũ penetrãt fundaméta. Vinea machina bellica erat:quæ ppe mœnia ducebatur: & ſub ea milites tecti mœnia oppugnabãt. Supponeas terram accumulabãt: & ſuper terram turres faciebant.in turribus pugnatores locabantur. Vinea autem dicta eſt:eo q̃ in modũ uinearum ex una parte tãtum tecta erat:quæ pars muros oppugnandos reſpiciebat. Sic enĩ uineæ maxime in ortis aptantur:ut una pars decliuis uitibus contegatur. Deinde iubet milites ſcilicet agere uineas:hoc ẽ appellare:admouere:adducere:ſcilicet iuxta muros. Duobus locis:ex copia maxime idoneis. In multis locis circa mœbia uineæ locari poterant. Sed ex multis locis duo maxime erant idonea:in quibus uineæ ponerentur ad oppugnanda mœnia: Ex copia:ac ſi diceret ex multis. Aggerem:agger autem ex terra:ligniſq̃ extollitur contra murum de quo tela iactantur. Agger eſt accumulatio terræ. Iacere:fundare. Et ſuper aggerem impoſitis turribus opus adminiſtros tutari. Et iubet adminiſtros tutari opus impoſitis turribus ſuper aggerem. Opus.uidelicet munitionem ipſam. Adminiſtros:id eſt pugnatores. Tutari:id eſt defendere. Ab utriſq̃:ſcilicet a Romanis & ab oppidanis. Nihil reliquum fieri:id eſt nihil relinquebatur. Denique:dicit Romanos poſt dies quadraginta urbem cœpiſſe ſolummodo:prædam autem nullam inueniſſe:eo q̃ perfugæ eam igni corruperant. Romani oppido modo potiti ſunt:hoc eſt ſolummodo urbem cœperunt:quia prædam nullam capere potuerunt. Nam perfugæ eam igni conſumpſerant. Nam poſtq̃ uiderunt urbem diutius defendi non poſſe quicquid auri & argẽti aliud ue preciоſum erat in urbe portauerũt domũ regiã. Atq̃ ita uino & epulis onerati:& domũ & res ipſas ac ſeipſos igni corruperũt. Hi:ſcilicet perfugæ. Poſtq̃ murũ arietibus feriri. Aries machina bellica eſt:qua muri feriebãtur:& uſq̃ ad ruinã quatiebãtur:dictus aries:quia murum pugnat in modum arietũ pugnãtiũ. uel quia fit in ſũmo in modũ capitis arietini. Et alia:ut ſunt ornaméta p̃cioſa. Prima.i.præcipua:cara. Ducũtur.æſtimãtur:uel dicũtur. Domũ regiã:ubi iugurtha rex habitare ſolebat. Illa.ſ.aurum argẽtum

Oppidani: qui ſe locorum aſperitate munitos crediderant:magna atq̃ inſolita re perculſi nihilo ſegnius bellum parare:idẽ noſtri facere. Sed rex nihil iam infectum Metello credens:quippe omnia tæla:arma:locos:tempora. Denique naturam ipſam cæteris imperitantez induſtria uincerat:cum liberis & magna parte pecũiæ ex oppido noctu profugit. Neq̃ poſtea ullo in loco amplius uno die aut una nocte moratus ſimulabat ſe negocii gratia properare. Cæterũ proditionem timebat: quam uitare poſſe celeritate putabat. Nam talia conſilia ſolent per ocium ex opportunitate capi. At Metellus ubi oppidanos prœlio intentos:ſimul oppidum & operibus & loco munitum uidet:uallo:foſſaq̃ mœnia circunuẽit. Deinde iubet locis ex copia maxime idoneis uineas agere:ſuperq̃ eas aggerez iacere: & ſuper aggerẽ impoſitis turribus opus miniſtros tutari: Contra hæc oppidani feſtinare parare prorſus ab utriſq̃ nihil reliquum fieri. Denique Romani multo ante labore:prœliiſq̃ fatigati:poſt dies quadraginta q̃ eo uentum erat:oppido modo potiti. Præda omniſa perfugis corrupta eſt: Hi poſtq̃ murum arietibus ferirĩ:reſq̃ ſuas afflictas uident aurum atq̃ argentũ: & alia quæ p̃ma ducũtur domũ regiã cõportant:ibiq̃ uino & epulis grauati:illaq̃ & do

& alia preciosa. Sed pariter. Nunc ad aliã rem narrandã transit. Dicit. n. eodem tpe uenisse legatos ex ciuitate Lepti ad Metellum orãtes ut mitteret eo præsidiũ militũ: & præfectũ: eo q; Amilcar qdã nobilis factiosus seditionẽ in urbe cõcitaret: cõtra quẽ nec leges nec magistratus ualerẽt. Amilcarẽ: quẽdã subauditur: dicebant. Nã Leptitani: Declarat quomõ Leptitani socii erãt populi romani a principio belli iugurthini Leptitani miserant legatos primo ad Bestiã cõsulem. deinde Romã q societatẽ & amicitiã pererent. Itaq; a populo romano in societatẽ & amicitiam recepti: semper fideles fuerant. Nauiter. i. strenue prompte. Quid Leptitanis imperauerãt ducẽs romãi. s. Bestia. Albinus & Metellus prompte fecerãt. Eo. s. leptim. Ligurum. Ligures socii erant populi romani. Id oppidũ. Dicit a qbus populis Leptis ciuitas condita sit. Sydonii populi sunt Phœnicis regionis. Cũ inter eos ciuiles discordiæ ortæ eẽnt: profecti sunt nauibus in ea loca: ubi ciuitatem Leptim condiderunt.

mum. & semet igni corrumpunt & quas uicti ab hostibus pœnas metucrant: eas ipsi uolentes pependere. Sed pariter cũ capta Thala legati ex oppido Lepti ad Metellũ uenerant orantes uti præsidium præfectumq; eo mitteret: Amilcarem quendam hominem nobilem factiosum nouis rebus studere: aduersum: quẽ neq; imperia magistratuum: neq; leges ualerẽt: id se stinaret in summo periculo suam salutem & illorum socios fore. Nam Leptitani iã inde a pn̄cipio belli iugurthini ad Bestiam Consulem: & postea Romam miserant amicitiam societatẽq; rogatus. Deinde ubi ea impetrata fuere semper boni fideleſq; mãsere: & cuncta a Bestia Albino Metelloq; impetrata gr̄auiter fecerant. Itaq; ab imperatore facile quæ petebant adepti sunt. Emissæ sunt eo cohortes Ligurum. iiii. & G. Annius præfectus: id opdidum a sidoniis cõditus est: quos accæpimus profugos ob discordias ciuiles nauibus in eos locos ueniſſe. Cæterum situm inter duas Syrtis: quibus nomẽ ex re inditum. Nam duo sunt sinus prope in extrema affrica impares magnitudine: pares natura: quorum proxima terræ præalta sunt: Cætera uti sors tulit alta: alia tempestate uadosa. Nam ubi mare magnum esse: & sæuire uentis cœpit: limum: harenamque & saxa ingentia fluctus trahunt ita facies locorum cum uentis simul mutatur. Igitur eius ciuitatis lingua modo cõuersa cõnubio Numidarũ: leges: cultusq;

Situm. i. positũ: scilicet id oppidũ leptis. Quibus nomẽ ex re inditũ est: id est impositum. Dicit quare uocatæ sunt Syrtes. Dicit. n. a tractu Syrtes esse uocatas. Nam συρασ. sirao significat traho. Syrao: id est traho. unde syrtes. Quare autem a tractu sint uocatæ syrtes: ipse declarat. Ex re: id est ab effectu. Nam quia in his locis undæ trahũt limũ & arenam & saxa ingentia: propterea a trahẽdo. i. a syrao Syrtes sunt uocatæ. Duo sunt sinus: Sinus ẽ maris receptaculũ. Duo loca in mari. In extrema Affrica. i. in extrema parte Affricæ orientem uersus

Impares magnitudĩe: quia alter altero maior est. Pares natura: quia uterq; locus periculosus est: propterea quia uterq; locus cũ mare uẽtis agitatur. Arenam & limum & saxa ingẽtia trahit: ut propterea mare ibi fiat asperum & ad nauigandum admodum difficile ac periculosũ

Quorum loco proxima terræ peralta sunt. Horum sinuum loca quæ sunt terræ & littori uicina: sunt ualde profunda & alta. Cætera uero loca quæ nõ sunt littori & terræ uicina: alia sunt alta & profunda. alia autem uadosa. id est nõ profunda nec alta: quia plena sunt arena: & limo & saxis: & ideo sunt periculosa. Nã ibi naues illiduntur & franguntur. Cætera) uti sors tulit) alta. alia in tempestate uadosa: hoc est cætera loca: quæ nõ sunt terræ uicina. alia sunt alta: alia uadosa sicuti sors tempestatis tulit. Nam quãdo tempestas est: & mare uentis agitat: undæ tãtam arenam & limum & saxa trahunt: ut ea loca efficiãtur uadosa, & innauigabilia. Alia in tempestate uadosa. Vadosus dicit locus ubi aqua tam humilis ẽ ut ibi uadi possit pedibns. Et tempestas hæc loca uadosa facit. Nam ubi mare: ordo ẽ Nam fluctus trahũt limum & arenam: & saxa ingentia: ubi: id est quando mare cœperit eẽ magnum: & cœperit sæuire uentis. Vbi mare magnum & sæuire uentis cœperit. id est ubi quando incœperit esse tempestas. Sæuire: id est agitare. Trahunt: Ecce quomodo a trahendo: id est a syrao syrtes sunt appellatæ. Ita facies: id est aspectus. Facies locorum cum uentis simul mutatur: quia loca quæ ante tempestatem alta erãt & profunda: superueniente tempestate efficiuntur uadosa: & econtrario: quæ loca in tempestate erant uadosa: discedente tempestate alta & profunda redduntur. Cum uentis: id est cum tempestate. Eius ciuitatis: hæc ciuitas Leptitanorum primo sermonem & linguam phœnicum habebat unde originem ducebat. postea uero propter connubia numidarum. pristino sermone relicto. lingua & sermõe Numidarum uti cœpit. Leges tamen cultumque Sidonicum retinuit. Lingua. id est sermo. Conuersa est: id est mutata est:

Connubio Numidarum: quia Leptitani uxores Numidas accipiebant. Leges cultusque plæraque Sidonica sunt. Leptitani linguam q; & sermonem mutauerũt: sed nõ mutauerũt leges & cultum. Leges: quia

uiuunt ſecundū leges Sydonioꝝ. Cultus:cultus pertinet ad ueſtitū & ad mores uiuēdi. Plæraqꝫ:p maiori parte. Quæ.i.quas res.ſ.leges & cultū. qꝫ pcul ab impio regis ætatē agebāt.i. qa uiuebāt procul a Rege Numidarū.Ex hoc appet Leptitanos fuiſſe ſub impio regis Numidaꝝ. Inter illos.ſ.Leptitanos. Dicit quare Leptitani procul ab imperio regis Numidaꝝ uiuunt.qa inter leptitanos & Numidiā loca ſunt deſerta. Vaſti.i.deſerti.Et ꝓpterea qa inter Leptitanos & Numidiā multa loca deſerta & ingentes ſolitudines erant:raro rex ad eos ibat:atqꝫ ita leges eoꝝ & mores priſtinos nō mutabat. Sed quoniam Capta opportunitate Saluſtius p digreſſionē deſcribit locum qui appellatus ē Aræ filenum Et cām narrat:quare ſic appellatus ē. Quoniā in has regiōes uenimus. Quoniā inquit data occaſione per negocium leptitanorū:uenimus ad deſcribēdum Syrtes quæ ſunt in extrēa parte Affricæ nō uidetur incōgruum deſcribere etiam locum qui dicitur Filenum Aræ:qui locus eſt in eadem parte Affricæ. In has regiones uenimus: uidelicet deſcribendo Syrtes. Duorū Carthaginenſium.ſ. Filenum .qui nomen dederunt loco:ob egregium factum eoꝝ

Locus:quia locus q dicitur Filenū aræ:ideo narrare uolumus factū ipſorū Filenū. Qua tē peſtate.i.quo tēpore. Eo tēpore quo imperiū Carthaginenſium magnum fuit in Affrica.Cyrenenſes populi ipſi quoqꝫ magni imperio fuerunt:adeo:cum carthaginēſibus bellū gererēt. Plæræqꝫ Affricæ.magnæ parti Aphricæ. Ager in medio arenoſus ſcilicet erat inter fines Carthaginēſium & Cyrenēſium ager erat plenus arena: Vna ſpecies.ſ.erat ipſius agri.

Quæ res:uidelicet:quia nihil erat quod fines eorū diuideret. Eos in maximo diuturnoqꝫ bello habuit.i.tenuit: quia Carthaginenſes & Cyrenēſes iter de finibus impii bella geſſerunt Poſtq̄ utrinqꝫ.Diu Carthaginenſes & Cirenēſes de finibus imperii & bello terreſtri & bello nauali inter ſe dimicauerant. Aliquando carthaginenſes.aliquando cyrenenſes uicti ſunt.

plæraqꝫ Sydonica quæ eo facilius retinebant qꝫ procul ab imperio regis ætatem agebant:Inter illos & ſequentem Numidiam multi uaſtique loci ſunt. Sed quoniam in has regiones per Leptitanorū negocia uenimus: non indignum uidetur egregium atqꝫ mirabile facinus duorum Carthaginenſium mēorare. Eam rem locus admonuit:qua tēpeſtate Carthaginēſes plæraqꝫ Affricæ imperitabāt. Cyrenēſes quoqꝫ magni: atqꝫ populēti fuere. Ager in medio arenoſus una facie. Neqꝫ flumen:neqꝫ mōs erat:qui fines eorum diſcerneret:quæ res eos in magno diutur noqꝫ bello inter ſe habuit. Poſtq̄ utrinqꝫ legiones. Item claſſes ſæpe fuſæ fugataeqꝫ:& alteri alteros aliquātulum attriuerāt:ueriti ne mox uictos victoreſqꝫ defeſſos alius aggrederetur:per inducias ſpōſionem faciunt uti certo die legati domo proficiſcerētur. Et quo ī loco inter ſe obuii fuiſſent:Is cōis utriuſqꝫ populi finis hr̄etur. Igitur Carthaginenſes duo fratres miſſi:qbus nomē Philenes erat: maturauere iter pergere

Igitur diuturno bello fatigati:timentes ne utroſqꝫ populos feſſos:alius populus uel rex bello aggrederetur: ita inter ſe cōuenerunt:ut uterqꝫ populus de ſua ciuitate certo die & certa hora legatos mitteret:& is locus ubi obuii inter ſe fuiſſent finis & terminus cōmunis utriuſqꝫ populi eſſet. Igitur carthaginenſes duos fratres miſerunt qui uocabantur filenes. Similiter Cyrenenſes duos miſerunt. Sed carthaginēſes citius. Cyrenēſes uero tardius uenerunt. Tum cirenēſes cœperunt conqueri:& criminari atqꝫ acculare legatos carthaginenſium q̄ante tempus & diem conſtitutum domo diſceſſiſſent:& ob id citius ueniſſent:ſed id nullo modo ꝓparati uelle:ut ibi terminos ponāt ubi obuii inter ſe fuerint:quia decepti ſint. Tum carthaginenſes legati poſtulauerunt ut aliam aliquam conditionem æquam proponerent. igitur cyrenēſes hanc conditionem poſuerunt:ut carthaginēſes paterentur ſe uiuos ſepeliri in eo loco ubi uellent fines poni. Se quoqꝫ eam conditionem ſubituros eſſe. Tum carthaginēſes probata cōditione ubi terminos & fines poni uolebāt: ibi uiui ſepulti ſunt. Carthaginenſes in eo loco filenis fratribus aras cōſecrarunt:atqꝫ ita locus ille Filenum aræ diſtus eſt. Poſtq̄:ordo eſt.illi.ſ.carthaginenſes & cyrenēſes ueriti ne mox alius aggrederetur:uictos & uictores feſſos faciunt ſponſionem per inducias:uti legati proficiſcerētur domo certo loco: & is locus eſſet cōmunis finis utriuſqꝫ populi:in quo loco fuiſſent obuii inter ſe:poſtq̄ legiones & item claſſes ſæpe fuſæ & fugatæ ſcilicet ſunt. & poſtq̄ alteri attriuerāt alteros aliq̄tū. Vtriuſqꝫ.ſ.ex ꝑte carthaginēſium & ex ꝑte Cirenēſium. Nā inter ipſos uaria fuit uictoria. Aliquādo carthaginenſes. aliquādo cirenēſes uicti ſunt. Legiōes. copiæ terreſtres. Claſſes:quātum ad bellum nauale. Fuſæ:fractæ. Fugatæ:in fugam conuerſæ. Attriuerāt.i.afflixerāt. Victos.uictores.ſ.ipſos carthaginēſes & cyrenēſes. Alius.ſ.populus uel rex. nā facile ē integro aggredi defeſſū & afflictū. Per īducias:īducias fecerūt:& ꝑ tēpus īduciarū ita īuicē cōuenerūt: ut uterqꝫ populus certo die & certa hora legatos mitterēt:& ī eo loco termīos ponerēt:ubi obuii iter ſe fuiſſent: hoc pacto.illi q āte tp̄s & diē & horā cōſtitutā domō diſceſſiſſēt:alteros decepiſſēt. Qui citius iter faciebāt termīos impii populi ſui,pducebāt. Per īducias.i.p tp̄s īduciarū. Induciæ dicīt pax ī paucos dies. ſic dictæ: q̄idies ociū p̄bēt:ut ait Donatus. Certo die:tota res pēdebat ī hoc ut certo die domo diſcederēt. Maturauere

uere iter peragere.i.festinauerunt iter facere. Id secordia ne an casu acciderit.q; cyrenenses tardius iuerit hoc euenire potuit:uel p negligētiā uel casu aliquo. Sed Salustius dicit se nescire qua de cā hoc euenerit. Nā casu aliquo forte hoc euenit. Secordia.i.negligentia. An casu:uidelicet quia fortasse aliquid iter eorum impediuerit. Et Salustius subiungit causam:per quam iter Cyrenensiū fortasse impeditum ē: ne celerius ire potuerint. Dicit.n.tēpestatē pulueris flāte uento tantā suscitari solere in illis locis ut oculos eūtiū puluereim pleat:atq; ita iter eorum impediat ac retardet. Hæc igitur res fortasse iter Cyrenensiū retardauit. In illis locis.s.arenosis. Tempestas:ita puluis arena suscitatur .& in altū tollitur flante uento ut tempestatem faciat:sicut in mari fieri cōsueuit. Haud secus.i.nō aliter:hoc est similiter. Atq;:pro quaq;. Retinere.s.iter facientes. Nam ubi. Declarat quare in locis illis tē pestas pulueris euenire solet: & iter euntiū impedire. Planicies est immensa arenosa arboribus priuata & deserta. Nam ibi nihil gignitur. Igitur cum uētus uehemētior flare cœperit p totam hanc planicie arenam tollit in altū. Atq; ita oculi euntiū puluere implētur: & euntes & ab itinere retardātur. Nā ubi :ordo est. Nā ea.s.arena agitata magna ui solet implere ora & oculos.& ita solet morari iter: impedito p spectu. Vbi:pro postq̄ uentus coortus p loca æqualia & nuda gignentium excitauit harenā humo.i.a terra. Per loca æqualia.i.plana. Et ideo uentus maiorē habet uim:qa non frangitur:sed suo impetu ferē. Et nuda gignentium quia ibi arbores nō nascuntur: quæ res facit ut etiam uentus a suo impetu non frangaē. Nam si arbores ibi essent:impetum uentorum impedirent. Nuda gignentium:id est priuata rebus quæ aliquid gignāt. Dicimus autem. Ego sum nudus uestimentorum:& nudus uestimentis. Arenam:sabulum. Excitauit.i.suscitauit:mouit. Magna ui:hoc est magno impetu uenti. Agitata.i.cōmota. Ora.i.uultum:scilicet iter facientiū. Postq̄ cyrenenses. Dicit quid fecerint cyrenenses postq̄ uiderunt se tardiores fuisse. Ordo est.cyrenenses criminari pro crimīabantur Carthaginenses illos digressos esse domo ante tempus: & illos cōturbare:rē deniq; malle pro mallebant pati oīa q̄ abire uicti. postq̄ illi cyrenenses uident sese esse posteriores aliquanto:& metuunt pœnas domi ob rem corruptam: Sensus patet. Ob rem corruptam domi pœnas metuunt:hoc est:Legati cyrenensium timehant ne punirentur a suis ciuibus:quia permisissent se decipi a legatis Carthaginēsium:qui p̄cepto tempore citius ad locum intrāt. Ob ré corruptā.s.a carthaginēsibus per dolū:quia āte tps cōstitutū domu discesserāt:ut ipsi cyrenenses credebāt. Nā Salu. hoc nō affirmat Et ut dixīus tota res pēdebat ī hoc ut fides constituti tpis seruarē. Nam utraq; pars facile metiri aīo poterāt quo in loco legati obuii futuri essent:& si fidē statuti temporis seruarent:& diligentiā ac festinationem in eundo adhiberent. Crimīari:accusabant:culpabāt hac de re:uidelicet illos digressos eē āte tēpus domo: &illos cōturbare rē. Digressos.s.eē.i.discessisse. Cōturbarem.ille,pprie dicit cōturbare aliquā rē qui ordinem rei non seruat. Cirenenses ergo dicebant legatos carthaginensium conturbare rem:quia ordinē cōstituti temporis non seruauerant:nā ante tempus statutum & ordinatū domo discesserant. Conturbare rē hoc est quod ante dixit:ob rem corruptam. Ergo cōturbare rē:id est corrumpe rem:& rei ordinem puerere. Malle.i.malebāt.magis uolebāt. Sed cū pœni.carthaginēses postq̄ uiderunt cyrenēses esse turbatos hac de re petiuerunt:ut ipsi cyrenenses aliam aliquā conditionē æquam proponerent. Tum cyrenēses hanc conditionem Carthaginensibus proposuerūt:dicētes:O Carthaginenses uel uos patimini sepeliri uiui in eo loco ubi uobis placet terminos & fines poni:uel nos sub hac eadē conditione ibimus in locum ubi uolumus fines & terminos poni:& ibi uiui sepeliemur. Carthaginenses probata cōditiōe uiui sepulti sunt ī eo loco:ubi fines imperii esse uolebant. Sed cum pœni:ordo est. Cyrenenses faciunt optionem Carthaginensium:ut uel illi obruerentur uiui:Ibi.i.in eo loco:quo.i.in quo loco peterent fines populo suo:uel scilicet dicebant sese processuros in locum quem uellent scilicet ipsi cyrenenses:eadem conditione: cū pro quā do pœni peterent aliam conditionem tantūmodo æquā. Pœni:id est carthaginenses. Et dicuntur pœni:q̄ si phœni. Nam de phœnice regione in Aphricam profecti sunt qui Carthaginem condiderunt. q; autē pœnus deriuatiuum faciat punicus:non caret exemplo. Nam & punio eadem ratione deriuatur a pœna. | Antiqui enim.œ.diptongum plærunq; in.u.mutabant. Optionem carthaginensium faciunt:id est electionē Carthaginensibus dant ut eligant unum ex duobus. Optio significat electio. Nam optare significat eligere. Virg.i.ænei. Pars optare locum tecto.i.eligere. Illi.s.Carthaginenses. Viui obruerentur.i.sepelirētur. Eadem cōditiōe.i.cum eadem cōditiōe scilicet ut uiui sepelirētur. Quem in locum:scilicet ipsi Cyrenēses.

Cirenenses tardius iere. id secordia ne an casu acciderit parum cognoui. Cæterum solet in illis locis tempestas haud secus atque in mari retinere homines. Nā ubi per loca æqualia & nuda gignentium uentus coortus arenam humo excitauit: ea magna ui agitata: ora: oculosq; implere solet. Ita impedito prospectu morari iter: Postq̄ Cirenenses aliquanto posteriores se eē uident: & ob rem corruptam domi pœnas metuunt: criminari Carthaginenses ante tempus digressos: conturbare rē. Deniq; oīa malle q̄ uicti abire. Sed quum pœni aliam conditionem tantūmodo æquam peterent: Cirenēses optionem Carthaginensibus faciunt: ut uel illi quos fines populo suo quærerēt: ibi uiui obruerent uel eadem cōditione sese quez in locum uellent

Probata.i.laudata. Domi.ſ.carthagini. Nunc ad incœptū redeo.i.ad propoſitū. Saluſtius digreſſionē fecit ad deſcribēdas Syrtes & locū qui dicit Filenū aræ. Nunc redit ad propoſitum ut oſtēdat quid fecerit iugurtha poſtq̄ Metellus Thalam ciuitatem magnā cœpit. Ad incœptū redeo.i.ad propoſitū reuertor.

Ad getulos:cum ſupra deſcriberet Africā dixit Getulos habitare ultra Numidiā. Genus hominū ferū.i. agreſte:& inhumanū. Eo tēpore ignarū noīs Romai.eo tēpore Getuli romanū nomē ignorabāt. Eoꝝ: getulorum.i.iugurtha multitudinē getuloꝝ in unum cōgregauit. Coegit.i.congregauit.

At paulatim:dicit iugurthā docuiſſe Getulos militarē diſciplinam. Cōſuefacit ordinē habere.ſ.getulos:id eſt aſſuefacit getulos ſeruare ordinem:uidelicet ut milites nūc diſcedant extra ordinem. Signa:uexilla. Imperium præceptum impatoris. Præterea regis Bocchi:ſicuti ſupra uiſum eſt. Numidia ultra ſe uerſus meridiem habet getulos. uerſus occidentē habet Mauros:quibus Bocchus rex imperabat. Vide igitur quæ præſidia contra Romāoſ ſibi parat iugurtha. Getulos & Bocchum regē Maurorum ſibi ſocios adiungit. Magnis muneribus & maioribus promiſſis magna munera dabat:ſed maiora promittebat amicis regis ut eos ſibi faceret amicos: ut ipſis adiuuātibus regem Bocchum induceret:ut bellum ſuſcipere ret cōtra Romāos. Ad ſtudium:id ē ad amorem. Producit:allicit:trahit. Quāuis:pro q̄bus: Regem:ſcilicet Bocchum. Aggreſſus id eſt ad regem accedens. Id ea gratia facilius. Facile fuit regem Bocchum inducere ad bellū ſuſcipiēdum cōtra Romāos duabus de cauſis. Prima cauſa erat:quia Bocchus iratus erat contra Romanos:quia fœdus & amiciti am poſtulauerat a Romanis per legatos:& eam impetrare non potuerat. Secunda cauſa erat: quia iugurtha affinitatem habebat cum Bocho: nā filiam eius uxorem habebat. Id: ſcilicet inducere Bocchum:ut bellum inciperet cōtra Romanos. Proniuſq̄ id eſt procliuius & facilius. Quam rem opportuniſſimam incœpto bello. Nihil enim magis commodum Romāis accidere poterat in bello iugurthino: q̄ut Bocchum in ſocium ſibi ad id bellum gerendum haberent:quia Bocchus confinis eſt Numidiæ

Pauci.ſcil.cet romani. Cæci auaritia. Nā pecunia corrupti erant a iugurtha. & ideo nō ſūt paſſi:ut Bocchus in ſocietatem & amicitiam& romanoꝝ reciperetur:qa ſocietas eius iugurthæ plurimum nocuiſſet:a quo pecuniam acceperat. Quis.pro quibus. Etiam antea. Erat & alia cauſa: per quam facile Bocchus inducebatur ad bellum ſuſcipiendum contra Romanos. Verum ea neceſſitudo:id eſt illa affinitas & propinquitas. Leuis ducitur:id eſt parui æſtimatur. Pro opibus quiſq̄:quia quanto quiſq̄ maiores diuitias habet:tanto plures uxores ducit. Ita animus multitudine diſtrahitur:quia cum unuſquiſq̄ multas habeat uxores:amorem & effectum non in unā præcipue:ſed in omnes conuertit. Nullam pro ſocia obtinent:id eſt nullam caram admodum habēt: ſed omnes pariter uiles ſunt. Igitur:quandoquidem his de cauſis facile inductus eſt Bnchus:ut una cū iugurtha bellū ſuſcipet cōtra romāos. In locū ābobus placidū exercitus cōueniunt. Exercitus iugurthæ & Bocchi cōueniūt in locū:q ābobus regibus placebat. In eo loco iugurtha oīone ſua aīum Bocchi accēdit contra Ro.dicēs. O Bocche:Romāi iiuſti ſunt:auari & cōes hoſtes oīum. Nullā cām hēnt cur bellū aut tecū aut mecū:aut cū aliis gētibus gerāt niſi ſolā cupiditatē dñandi. Et ꝓpterea oēs gentes & omnia regna eis contraria

proceſſuros dimitterent. Phileni conditione ꝑbata:ſeq̄:uitamq̄ ſuam Ro.populo condonauere:ita uiui obruti ſunt. Carthaginenſes in eo loco Philenis fratribus aras cōſecrauere. alii q̄ aliis honores domi inſtituti. Nunc ad rem redeo: Iugurtha poſtq̄ amiſſa Thala nihil ſatis firmum contra Metellum putat per magnas ſolitudines cum paucis profectus peruenit ad Getulos:genus hominum ferum:incultumq̄ & eo tempore ignarum noīs romani:eoꝝ multitudinem in unum cogit:ac paulatim conſuefacit ordines habere:ſigna ſequi:imperium obſeruare. Item alia militaria facere. Præterea regis Bocchi proximos magnis mūeribus & maioribus promiſſis ad ſtudium ſui pelicit. quis adiutoribus regem aggreſſus:impellit uti aduerſus Romanos bellum incipiat:id ea gratia facilius ꝓniuſq̄ fuit:q̄ Bocchus ī initio huiuſce belli:legatos Romam miſerat: fœdus & amicitiam petitum. Quam rem opportuniſſimam in cœpto bello pauci impediuerant. Cæci auaritia quis oīa hō eſta atq̄ inhoneſta uēdere mox erat. Etiam ātea Iugurthæ filia Boccho nupſerat. Verū ea neceſſitudo apud Numidas:mauroſq̄ leuis ducitur q̄ ſinguli pro opibus quiſq̄ q̄plurimas uxores:alii denas:alii plures habeāt Sed reges eo amplius:itā aīus multitudine diſtrahitur: nullaꝫ p o ſocia obtinet: pariter oēs uiles ſunt. Igitur ī locū ambobus placitū exercitus cōuēiūt:ibi fide data & accepta:iugurthā bocchi animū oratiōe accēdit:Romāos iiuſtos profunda auaritia:cōes omnium hoſtes eē:eam

sunt.Nunc contra me bellum gerunt:pauloante bellum gesserunt contra Carthaginenses:& etiam contra Persen:regem Macedoniæ:& eos regno & imperio spoliauerunt post, aliquem populum uel regem opulentissimum contra eum bellum susci pient. Soli dominari uolunt. Accedit.i.incitat:scil cet dicens romanos iniustos profunda auaricia cõmunes omnium hostes:scilicet esse: Quã secum & cũ aliis gentibus:scilicet habeant:uidelicet libidine m imperitandi:ideſt dominandi. Quis:pro quibus. Tum sese. Ordo est:& dicebat Tum sese: scilicet esse hostem Romanis:Pauloante Carthaginenses.Itẽ regẽ Persen:scilicet hostes fuisse post,p postea: scilicet illum ita hostem fore Romanis:uti ꝓ sicut quisq; uideatur opulentissimus. Sese scilicet iugurtham. Nunc ego sum hostis populi romani:quia contra me bellum gerunt:nõ qa eis aliquam iniuriam ĩtulerim: sed quia cupiũt auferre mihi regnum Numidiæ. Nam causa belli est eorum libido dominandi. Pauloante Carthaginenses.Nam pauloante Scipio Emilianus cõtra Carthaginenses bellum ,gesserat: & eos capta & euersa Carthagine funditus deleuerat. Item regem Persen:Perses rex Macedoniæ fuit.Hunc Paulus Emilius consul prælio apud Olympum montem cõmisso uicit:captumq; cum liberis ĩ Triumphum duxit. In eo prælio ut tradit Plutarchus uigĩti quinq; millia hostium cesa sunt. Bĩduo omnis Macedonia se Emilio dedidit. His atq; aliis talibus dictis:id est cum hæc atq; alia talia dixisset:ad Cyrtham urbem ire deliberât:qa ibi.Q.Metellus prædam & captiuos & impedimenta locauerat. Opere præcium fore:ideſt rem utilem futurã si urbem cæpisset:opere præcium duo significat: aliquando utile significat.aliquando iocundum. Aut si dux iugurtha hoc consio ad urbem Cyrtham profectus est:quia existimabat aut se urbem esse capturum:aut certe coactum esse ut Metellus suis ferret auxilium: atque ita prælio cum eo certaturum.Nam iugurtha hoc quærebat:ut statim una cum Boccho cum Romanis prælio certaret: ne Bocchus mutaret animum & pacem cum Romanis faceret.

dem cãm illos belli habere cũ Boccho quã secũ & cum aliis gentibus:libidine ĩperandi. Quis omnia regna aduersa sunt:tum sese ante pau-lo Carthaginẽses:item regem Persen: post uti quisq; opulentissimus uidebatur:ita Romanis hostẽ fore:His atq; aliis talibus:ad Cirtham oppidum constituunt:q; ibi.Q.Metellus prædã captiuosq; & impedimenta locauerat:ita Igitur tha ratus saut capta urbe operepræcium fore: aut si Romanus dux auxilio suis ueniſſet prælio sese certaturos. Nam calldus id modo festinabat:Bocchi pacem ĩminere ne moras agitando aliud q̃ bellum malet:imperator postq̃ de regum societate cognouit nõ temere: neq; uti sæpe iam uicto Iugurtha cõsueuerat:omnibus locis pugnandi copiam facit. Cæterum haud ꝑ-cula Cirtha castris munitis reges oppitur melius esse ratus cognitis Mauris:quoniam is nouus hostis accesserat:ex cõmodo pugnam facere:interim Roma p litteras certior fuit. Mario prouinciã Numidiã datam.Nã consulẽ factum iã antea accæpat. Quibus rebus supra bonũ atq; hõestũ pculsus neq; lachrymas tenere:neq; moderari lĩguã uir egregius aliis artibus nimis

Callidus: ideſt astutus.s.iugurrtha. Id modo: ideſt tantummodo. Ne mora: ideſt per moram. Aliud q̃ bellum mallet. Nam si moram ad diminicandum feciſſet:fortasse Bocchus pacem potius q̃ bellum mutato animo cum Romanis habere quæsiuisset. Ne aliud mallet:scilicet Bocchus. Mallet: magis uellet. Imperator postq̃. Dicit quid fecerit Metellus postq̃ intellexit iugurtham & Boghum reges societatem feciſſe.Dicit enim Metellum non omnibus locis sicuti consueuerat pugnandi copiam hostibus feciſſe:sed in lociis tãtum sibi commodis cum hoste pugnare decreuisse. Imperator.Ordo est: imperator non temere facit copiam pugnandi:atq; omnibus locis:scilicet non facit copiam pugnandi uti sæpe consueuerat iã uicto iugurtha.Cæterum.i.sed operitur reges haud procul a Cyrtha:ratus esse melius facere pugnam ex commodo cognitis Mauris :quoniam is nouus hostis accesserat:postquam ille.s.imperator:cognouit:de societate regum. Temere: inconsulte improuide:Incaute. Atq; omnibus locis.i. & nõ omnibus locis:sed in locis tantum sibi commodis.Cæterum:ecce quomodo non omnibus locis facit copiam pugnandi.Nam castra põsuit apud Cyrtham ciuitatem quã tenebat:ut tutior esset.Reges operitur.i. expectat. Cognitis Mauris prius Mauros nouos hostes cognoscere uolebat Metellus:& postea cum daretur opportunitas cum hostibus pugnare. Cognitis Mauris:quibus Bocchus rex imperabat. Ex commodo.Commodũ erat Metello pugnam facere:si prius hostes nouos cognouisset. Interim Roma.Dicit Metellum litteras accepisse ex Roma quom odo populus Numidiam prouinciam Mario decreuisset. Iam antea ipsum consulem factum esse audiuerat. Acceperat.audiuerat.Intellexerat. Supra:ideſt ultta. Supra bonum aut honestum perculsus est.i.perteritus est:plusq̃ erat bonum & honestum. Nam hac dete & fleuit:& in maledicta prorupit. Retinere pro retinebat. Neq; moderari:ideſt non temperabat linguam: neque abstinebat a maledictis. Vir egregius Salustius dicit hunc in cæteris uirum egregium fuisse: nisi quod hanc perturbationem non satis fortiter tulit. In aliis artibus : ideſt in aliis uirtutibus

Molliter:ideſt impatienter. Quam rem. Alii dicunt Metellum hanc rem egre tulliſſe:qa ſuperius erāt
alii:quia ei iniuriam fecerant:alii quia ei victoria iam prope parta ex manibus eripiebatur. Sed reuera(in
quit Saluſtius)hanc rem ferre non potuit propter inuidiam. Quam rem:ſcilicet q; molliter eam perturba
tionem ferebat. Alii in ſuperbiam uertebant:ideſt alii ſuperbiæ attribuebant:& imputabāt. Alii bonum
ingenium contumelia accenſum eſſe:ſcilicet dicebant. Contumelia.i.iniuria. Accenſum incitatum in-
ſtigatum. Multi:ſcilicet dicebant:q; molliter egritudinem patiebatur. Iam parta:ideſt pro-
pe acquiſita. Nam ferre iugurtham debellauerat:& prope totum bellum confecerat. No-
bis:ideſt mihi Saluſtio. Magis honore Marii:& hæc ꝓprie dicitur inuidia. Nam inuidia eſt
rebus proſperis proximi dolere:& aduerſus lætari. Igitur dicit Metellum legatos miſiſſe ad
Boghum:qui monerent eum:ne ſine cauſa hoſtis eſſet populo Romano. Eo dolore im-
peditus:quia hoc dolore impediebatur Metellus bellum gerere non poterat: & propterea le
gatos miſit ad Boghum qui cum eo de pace tractarent. Stulticia uidebatur. Stultum erat ge-
rere bellum cuius gloria ad Marium perueniret:periculum autem ad ſe pertineret. Alie-
nam rem:ideſt rem ad alium: ſcilicet ad Marium pertinentem. Tunc & dicebat: per om-
nia ſubauditur dicebat. Omne bellum ſumi:ideſt ſuſcipi. facile eſt ſuſcipere bellum: ſed dif-
ficile eſt finire. Non in eiuſdem poteſtate ille qui poteſtatem habet incohādi bellum: non
habet poteſtatem finiendi. ¶ Quanq; opibus ſuis confideret:tamen certa pro incertis muta
re non debere. Ille mutat certa pro incertis q pro pace bellum ſuſcepit. Nam quæ habemus
in pace ſunt certa. Sed incertum eſt quo euentu bellum finiatur. Et ideo qui ſumit bellum
exponit ea quæ habet certa pro incertis:neſcit enim quid ſit habiturum ex bello:cuius euen-
tus ſemper eſt incertus. Neu florente res ſuas:ideſt ſtatum ſuum integrum & pulchrum.

molliter ægritudinē pati. Q uā rem alii in ſuperbiā uertebāt:alii bonū ingeniū cōtumelia accēſum eſſe. Multi q; iā parta uictoria ex manibus eriperetur:nobis ſatis cognitum eſt illū magis honore Marii q̄ iniuria ſua exercitatum: neq; tam anxie laturum fuiſſe: ſi adempta prouincia alii q̄ Mario traderetur. Igitur eo dolore impeditus. & quia ſtulticiæ uidebatur alienā rem ſuo piculo curare:legatū ad Boghum miſit poſtulatum:ne ſine cauſa hoſtis populi R o. fierꝫ habere tū magnā copiā ſocietatis amicitiæq; cōiūgendæ:quæ pōtior bello eēt. Q uāq̄ opibus ſuis confideret:tamen non debere incerta pro certis mutare. Omne bellum ſumi facile eſt cæterum acerrime deſinere:non in eiſudem potestate initium eius & finem eſſe:incipere cuiuis etiam ignauo licere. Deponi autem cū uictores uelint. Proinde ſibiq; regnoq; cōſuleret:neu florētes res ſuas cū Iugurthæ ꝑditis miſceret. Ad ea rex ſatis placide uerba facit ſeſe pacem cupere. Sed Iugurthæ fortunaq; miſereri. Si eadem illi copia fieret oīa conuentura. Rurſus imperator cōtra poſtulata Boghi nūcios mittit: ille probare partiꝫ: alia abnuere. Eo modo ſæpe abutroq; miſſis remiſſiſq; nunciis tēpus ꝓcedere: & ex Metelli uoluntate bellū intactū trahi. At Marius ut ſupra diximus cupientiſſima plæbe Cōſul factus:poſtq̄ ei prouinciā Numidiā po-

Verba facit:ideſt reſpondit. Fortunarum:ideſt ſtatus. Eadem copia:ſcilicet iungendæ ſocietatis cum populo romano. Illi:ſcilicet iugurthæ. Omnia(inquit)conuenient: ſi ita iugurthæ ſicuti mihi detur copia iungendæ ſocietatis cum populo romano. Conuenire eſt concordem eſſe. Ille:ſcilicet Boghus. Probare ideſt probabat. Tempus procedere:ideſt tempus progrediebatur. Et ex Metelli uolū
tate bellum intactum trahi: Metellus uolebat:ut bellum non attingeretur. Trahi:ideſt trahebatur hoc eſt
prolongabatur. Nam Metellus cupiebat pacem facere cum Bogho. At Marius Saluſtius hucuſq; dixit
de rebus geſtis a Metello imperatore in bello iugurthino. Nunc deinceps dicturus eſt de rebus Caii Ma-
rii:qui cōſul factus a plæbe Numidiam prouinciam extra ſortem acciperet: iuſſi populi. Dicit igitur:quem-
admodum Caius Marius apparatum belli ſumma diligentia inſtituerit. Milites ex decreto Senatus ad ſup-
plementum legionum cōſcripſerit. Auxilia a populis & regibus ſociis accerſiuerit. Ex latio fortiſſimum quē
q; acciuerit. Deinde paratis omnibus cohortandi gratia: & nobilitatem exagitandi: aduocata populi con-
cione orationem habuerit. Poſt ſtipēdio:commeatu & armis oneratis nauibus Manlium legatum in Af-
fricam miſerit. Ipſe paulo poſt cum magno numero militum ſecutus ſit. At Marius:ita quidem Metellus
cum Bogho de pace tractabat. Sed Marius factus conſul a plæbe cupientiſſima(ut ſupradiximus(iam an-
te infeſtus nobilitati uero pro ſed tum multus atque ferox inſtare pro inſtabat: & lædere pro lædebat
modo: ideſt aliquando ſingulos: modo: ideſt aliquando uniuerſos: & dictare pro dictabat ſeſe cæpiſſe
ex illis uictis ſpolia: conſulatum: uidelicet: præterea ſcilicet dictabat alia magnifica pro ſe. & dolentia il-
lis ſcilicet nobilibus: poſtquā populus iuſſit ei Numidiam prouinciam: & hic eſt ordo. Senſus autem ſatis
patet. Poſtquā (inquit) Marius factus eſt conſul & Numidiam prouinciam accæpit iuſſu populi data ſibi

ta ſibi opportunitate ledendi. Nobiles: quibus ſemper fuerat aduerſus aliquando ſingulos: aliquando uniuerſos ledebat: gloriabaturq; ſe pugnaſſe cum nobilibus: & eos uicisse: & ex illis uictis magnifica ſpolia reportaſſe: uidelicet: conſulatum. Poſtquã ei Numidiam prouinciam populus iuſſit. Aduertendum eſt: qa populus proprie dicitur iubere: Senatus dicitur decernere. Infeſtus nobilitati. i. aduerſus contrarius: inimicus. Tum pro tunc. Antea quidem erat infeſtus: ſed tunc multo magis: quia facultatem: & opportunitatem ledendi habebat. Multus. i. uehemens.

pulus iuſſit antea iam infeſtus nobilitati: tum uero: multus & ferox: inſtare modo ſingulos: modo uniuerſos lædere. Dictare ſeſe conſulatũ ex uictis quaſi illis ſpolia cœpiſſe: alia præterea magnifica pro ſe & illis dolentia. Interim quæ bello opus erant prima habere: poſtulare legionibus ſupplementũ: auxilia a populis & regibus ſociiſq; accerſere. Præterea ex latio fortiſſimum quẽq; plæroſq; militia: paucos fama cognitos accipere: & ambiẽdo cogere homines emeritis ſtipẽdiis proficiſci: neq; illi ſenatus q̃q̃ aduerſus erat: de ullo negocio abnuere audebat. Cæterum ſupplementum etiam lætus decreuerat: quia neq; plæbe militiam uolente putabatur Marius aut belli uſum: aut ſtudia uulgi amiſſurus. Sed ea res fruſtra ſperata tanta libido cum Mario eundi plæroſque inuaſerat: ſeſe quiſque præda locupletum fore: uictorem domum rediturum: alia huiuſcemodi

Dictare: frequenter dicebat & iactabat: & quod dicebat ſeſe cæpiſſe ſpolia ex illis nobilibus uictis: & quæ ſpolia: conſulatum. In hoc certamine ciuili: in quo marius cum nobilitate certauit: uictor extitit Marius: & ex nobilibus uictis ſpolia reportauit magnifica: uidelicet conſulatum. Marius. n. cum nobilitate certauit: qa & nobiles & Marius ignobilis petebant ſimul cõſulatum. Sed in hoc certamine petendi Marius extitit uictor: quia factus eſt conſul repulſis nobilibus. Spolia cæpiſſe uerba ſunt glorioſo militi & imperatori conuenientia. Eſt. n. tranſlatio ſumpta a militibus: qui ex hoſte uicto ſpolia reportant. Nam uictor uictum armis ſpoliat: & ea cum gloria reportat. Magnifica. i. glorioſa & in laudem ſuam redundãtia. Et illis dolentia. ſ. Nobilibus. Interim: uidelicet: dum Marius ita nobiles dictis factiſq; laceſſit. Quæ bello opus erant prima habere: ideſt in primis & præcipue parabat ea quæ ad bellum pertinebant. Prima habere: pro habebat: ideſt præmia curabat. Poſtulare legionibus ſupplementum: hoc eſt poſtulabat a ſenatu ut ſibi concederet: ut milites conſcribere poſſet ad explicandas legiones: quæ lõgo bello diminutæ erant: iuſtus numerus legionum ante Caium Marium ex quatuor milibus militum conſtabat: primus Caius Marius legionem inſtituiſſe dicitur ſex millium & ducentorum militum. Auxilia Caius Marius ex decreto Senatus populis & rebus qui erant ſocii populi ro. ſcribebat: ut ſibi mitterent auxilia peditum & equitum:

Præterea: accire pro acciebat quenq; fortiſſimum ex latio: & acciebat plæroſq; cognitos militia: paucos cognitos fama: ubi quenq; præſtantem in re militari uirum audiebat eum continuo ad ſe uenire iubebat: hortabaturq; ut ſecum ad id bellum gerendum proficiſceretur. Accire: ideſt aduocabat: ad ſe uenire iubebat. Ambiendo: non imperando: ſed blandiendo cogebat eos ſecum ad bellum proficiſci: qui ad militiam de iure compelli non poterant. Cogere omnes emeritis ſtipendiis ſecum proficiſci. Illi dicuntur: emeritis ſtipendiis: qui debita tempora militiæ compleuerunt: & hi contra uoluntatem ſuam ad militiam compelli non poſſunt. Tamen hos Marius blandiendo cogebat ſecum proficiſci. Neque illi ſenatus: dicit ſenatum nihil Mario auſum fuiſſe denegare: q̃q̃ ei eſſet aduerſus: Marius poſtulauit ſupplementum legionibus. Senatus decreuit. Cæterum ſupplementum etiam lætus decreuerat. Dicit ſenatum non ſolum non inuitum: ſed etiam lætum ſupplementum decreuiſſe: non quia diligeret Marium: ſed quia putabat Marium beniuolentiam populi & fauorem eſſe amiſſurum propter ſupplementum: uidelicet. dum ad militiã plæbeios homines nolentes & reſiſtentes cogeret. Ordo ẽ. Cæterum. i. ſed ſenatus etiam lætus decreuerat ſupplementum: quia Marius putabatur eſſe amiſſurus: aut uſum belli: aut ſtudia uulgi: plæbe non uolente militiam. Plæbs militiam recuſabat: & niſi cogeretur ad bellum gerendum ire nolebat. Senatus ergo lætus ſupplementum decreuit: hoc intra ſe putans. Marius neceſſe eſt: ut aut milites ex plæbe ſcribat a ſupplementum: aut non ſcribat. Si ſcripſerit milites in odium plæbis recidet: dum eos nolentes ad militiam perum cogere uult. Si non ſcripſerit: bellum gerere non poterit: & ita nullam gloriam in ſuo conſulatu comparabit. Neq; uolente militiam: ideſt plæbe nolente & recuſante militiã: ut ſupradixit. Senatus prouincias regebat: equeſter ordo uectigalia adminiſtrabat. Plæbs bella gerebat. Sed plæbs feſſa continuo uſu bellorum: in quibus ſuperiobus temporibus uerſata erat: nunc quietem petebat: & militiam recuſabat. Aut belli uſum amiſſurus. Si milites non ſcriberet. Belli uſum: ideſt exercitationem belli: hoc eſt putabatur bellum non eſſe geſturus. Aut ſtudia uulgi: ideſt beniuolentiam populi: uidelicet ſi milites ſcriberet: & nolentes cogeret ad militiam. Sed ea res. Dicit ſenatum fruſtra hoc ſperaſſe: quia nemo recuſabat militiam: ſed omnes deſiderabant ire cum Mario: unuſquiſque ſperabat ſe præda locupletem fore: & uictorem domum rediturum eſſe. Alia huiuſcemodi: ideſt alia ſimilia. Animi: ſcilicet plæbis:

Animi trahebant.i.animi uolebant & cogitabant. Oratione ſua:quæ inferius deſcribitur. Arrexerat.i.in ſpem excitauerat. Nam poſtq̃ ordo eſt.Marius aduocauit concionem populi ſimul.i.& cauſa hortandi:& cauſa exagitandi nobilitatem uti cõſueuerat:poſtq̃ uult ſcribere milites:decretis omnibus quæ poſtulauerat. Decretis.ſ.a Senatu:quia quicquid poſtulauit Marius:Senatus conceſſit.

Cio ego Quirites plæroſq; non eiſdem artibus imperium a uobis petere: & poſtq̃ adepti ſunt gerere:hæc oratio poſita eſt in genere demonſtratiuo.Eſt autem genus demonſtratiuum:quod attribuitur in alicuius certe perſone laudem uel uituperationem:hæc autem ratio & laudem Marii & uituperationem continet nobilitatis.Dicit.n.ſe non maiorum ſuorum imaginibus:aut ſplendore:ſed propria uirtute conſiſum conſulatum petiiſſe.eademq; uirtute illũ adminiſtraturum: neq; facturum eſſe quemadmodum plæriq; facere ſolent:qui dum a populo petunt ſperia induſtrios ſe & humiles ac modeſtos præbent:ſed poſtq̃ adepti ſunt id quod petunt:ſuperbi ſunt & ignaui. Scio: ordo eſt. Ego ſcio plæroſq; nõ eiſdem artibus petere imperium a uobis:& gerere ſcilicet illud imperiũ poſtq̃ ſunt adepti:ſcilicet illud imperium. Ac ſi diceret: o Quiites ego ſcio multos decipere uos:quia aliis artibus utuntur:dum a uobis petunt imperia:& aliis artibus utuntur: dum adminiſtrant ea imperia.Nam dum petunt:utuntur humilitate modeſtia & ſe oſtendunt eſſe induſtrios.Sed poſtea dum adminiſtant ipſa imperia quæ ſunt a uobis conſecuti:utuntur ſuperbia:& ignauia.Et ita decipiunt uos: ego autem aliter faciendum eſſe cenſeo. Nam maiore cura & induſtria exiſtimo eſſe adminiſtranda imperia q̃ petenda. Imperium:conſulatus & p̃tura ꝓprie dicuntur imperia: ſicuti aperte hoc loco Saluſtius oſtendit. Nam paulo poſt dicit. Nam quanto pluris eſt uniuerſa reſpu. q̃ conſulatus:aut prætura. Totum hoc referens ad id quod prædixerat. Scio ego Quirites Plæroſq; non eiſdem artibus imperium a uobis petere. In primõ:ideſt in prima re:uidelicet dum petunt imperium. Induſtrios ingenio & uſu exercitatos. Supplices:ideſt humiles. Modicos: ideſt modeſtos. Modicos moderatos. Eſſe ſubaudi ſcio a ſuperioribus. Dehinc:ideſt poſtq̃ adepti ſunt & adminiſtrant imperia. Per ignauiam:quæ eſt contraria induſtriæ. Et ſuperbiam:contra id quod dixit ſupplices. Aetatem agere:ideſt uiuere. Dehinc ſubauditur ſcio & hos mores peruerſos innuit eſſe in nobilibus. Sed mihi contra ea uidetur:ideſt. Sed mihi uidetur contrarium. Illi in petione magiſtratuum uirtutes oſtendunt. In adminiſtratione uero:uitia demonſtrant:cum adminiſtratio ipſa ad totam rempu.pertineat:ut propterea mihi uideantur maiore cura eſſe adminiſtranda imperia q̃ petenda. Illam.ſ. rempu. Quã hæc.ſ.cõſulatum & præturam. Neq; me fallit.hoc eſt:& ſcio:& intelligo quantum onus ſuſtineam cum honore cõſulatus. Conſulatus eſt maximum ueſtrum beneficium:quod in me contuliſtis. Sed adminiſtratio ipſa conſulatus eſt magnum negocium & magnum onus:ordo eſt:neq; fallit me quantum negocii ſuſtineam cum maximo ueſtro beneficio. Bellum parare. Declarat difficultatem & onus adminiſtrationis conſulatus. Ordo eſt.o Quirites eſt aſperius opinione parare bellum ſimul & parcere ærario:& cogere ad militiã eos quos nolis offendere:& curare domi & foris oĩa:& agere ea inter inuidos occurſantes:& factioſos. Senatus patet eſt (inquit) difficilius q̃ quiſq̃ opinari poſſet:facere id quod facio ego uidelicet parare bellum: & nolle facere ſumptum:cogere eos ad militiam quos non uellem offendere deniq; totã rempu. adminiſtrare inter inuidos & inimicos:ſcilicet nobiles. Aerario parcere:quia nollem ærariũ grauare. Cogere eos: ſcilicet plæbeios. Quos nolis offendere:ideſt quos nollem ledere:qa mihi ſunt amici. Nam ego ab eis factus ſum conſul. Et eſt honeſta locutio id quod primæ perſonæ conuenit: ad ſecundam tranſferre:ut hoc loco quo nolis offendere:ideſt quos nollem offendere. Domi foriſq;:ideſt pace & bello romæ & in exercitu. Occurſantes obuiantes reſiſtentes:ſcilicet nobiles: Aſperius opinione: ideſt difficilius q̃ quiſquã opinari poſſit. Ad hoc: ideſt præterea. Ac ſi diceret aperte. Eſt quidem mihi difficile gerere conſulatum ob eas cauſas quas ante dixi. Sed eſt etiam alia cauſa: quare adminiſtrare & gerere conſulatum ſit mihi difficilius quam aliis. Quia ſi quid offendo: aut ſi quid non recte facio: nihil eſt quod mihi opituletur & nihil:

animi trahebant: & eos non paululum ratione ſua Marius erexerat: nam poſtq̃ omnibus decretis quæ poſtulauerat milites ſcribere uult hortandi cauſa ſimul & nobilitatem uti conſueuerat exagitandi concionem populi aduocauit. Deinde hoc modo diſſeruit.

Cio ego Quir. plæroſq; nõ iiſdem artibus imperium a uobis petere: & poſtq̃ adepti ſunt gerere: primo induſtrios: ſupplices: modicos eſſe: Deinde per ignauiam & ſuperbiam ætatem agere. ſed mihi contra uidetur: nam quo pluris uniuerſa reſpu. eſt q̃ conſulatus aut prætura eo maiore cura illam adminiſtrari q̃ hæc peti debere: neque me fallit q̃tum cum maximo ueſtro beneficio negocii ſuſtineam. Bellum parare ſimul & ærario parcere: cogere ad militiam eos: quos nolitis offendere: domi foriſq; omnia curare: & ea agere inter inuidos: occurſantes: factioſos: opinione Quir. aſperius eſt: Ad

& nihil habeo qđ me defendat. Sed alit: uidelicet nobiles ſi non recte conſulatum adminiſtrant: tollerantur propter ueterem nobilitatem & propter præclara geſta maiorum ſuorum: & ꝓpter opes ingentes & clientelas. Ego nihil horum habeo ad defenſionem mei: ſed oportet ut me ipſum & facta mea prōpria uirtute defendam. Ad hoc. Oordo eſt: omnia hæc adſunt præſidio: uidelicet uetus nobilitas: & fortia facta maiorum. ſ. ſuorum & opes cognatorum & affinium & multæ clientelæ: dico adſunt præſidio: ſi alii deliquere.

hæc alii ſi deliquere uetus nobilitas: maiorum fortia facta cognatorum & affiniū opes: multæ clientelæ omnia præſidio adſunt. Mihi opes in memet ſitæ: quas neceſſe eſt & uirtute & innocentia tutari: nam alia infirma ſūt: & illud intelligo. Q uir. omnium ora in me cōuerſa eſſe: æquos bonoſq; fauere: quippe mea benefacta rempu. ꝓcedunt: nobilitatē inuadendi me quærere locum. Q uo mihi acrius nitendū eſt: uti neq; uos capiamini: & illi fruſtra ſint. Ita ad hoc

Si alii deliquere. ſ. nobiles: uidelicet ſi in adminiſtratione conſulatus non ita ſe recte gerunt: ſi erant in aliq̄ re ſi quid offendunt. Vetus nobilitas: quia orti ſunt ex ueteri proſapia: & nobili genere. Et ideo tolerantur: ſi quod delinquunt. Maiorum fortia facta: quia maiores eorum rempu. præclare adminiſtrarunt & multa præclara facinora geſſerunt. Opes cognatorum & affinium: nemo eos audet impugnare: quia habent cognatos & affines potentes ac diuites: & ita delicta & errata eorum impunita relinquuntur. Multæ clientelæ: non ſolum habent cognatos & affines potentes: ſed etiam habent multos clientes: qui in omni periculo eis opitulentur: eoſq; defendant: & propterea timentur. Nec aliqs eos impugnare audet: clientela dicitur multitudo clientum: clientes autem dicuntur qui ſub patrocinio alicuius poſiti ſunt: ſicuti ſiculi clientes Ciceronis fuerunt: quia Cicero cauſam Siculorum contra uerrem ſuſcepit atq; defendit. Cicero patronus fuit Siculorum: Siculi clientes. Qui defendit aliquem in udicio dicitur patronus: qui defenditur dicitur cliens: & ſicuti clientes a patrono in iudicio defenduntur: ita poſtea clientes patronum in omni periculo tutantur atq; defendunt. Marius autem ex hoc loco nobiles trahit in inuidiam. Nam: ut ait Cicero: in inuidiam trahemus aduerſarios ſi uim potentiam factionem diuitias incontinentiam nobilitatem clientelas hoſpitum ſodalitates: affinitates aduerſariorum proferemus: hæc omnia fere a Mario poſita ſunt. Mihi ſpes omnes: omnes inqt ſpes mihi poſitæ ſunt in me ipſo. Ac ſi diceret. Ego non habeo unde ſperem auxilium aliquod: ſi delinquo ſi erro: niſi in me ipſo. Et quia non habeo unde ſperare poſſim auxilium ſi delinquerem. uirtute curabo: ut non delinquam: ſed recte conſulatum adminiſtrem. Et hoc eſt quod dicit. Mihi. ordo eſt: omnes ſpes ſūt ſitæ mihi in memet: quas. ſ. ſpes eſt neceſſe. ſ. mihi tutari ingenio & uirtute: Nam pro quia alia ſunt infirma. Ego habeo ſpem: ut recte geram conſulatum. Et hanc ſpem uirtute & ingenio tutabor: quia ingenio & uirtute curabo: ut recte adminiſtrem conſulatum: & nō offendam: aut delinquam in aliqua re. Nam ſi non recte gererem conſulatum: ego non habeo ueterem nobilitatem: aut maiorum meorum facta quæ me defendant & tueantur: ſicuti habent nobiles. Nam alia: ſcilicet nobilitas & maiorum præclara facinora & opes cognatorum & clientelæ. Infirma ſunt: quia non habeo talia. non enim ſum nobilis: nec maiores mei præclarum aliquid geſſerunt: nec habeo clientelas: & cætera quæ habent nobiles. Infirma ſunt: inualida ſunt: nihil ualent: quia non habeo. Et illud intelligo: ordo eſt: o Quirites: ego intelligo illud: ſcilicet ora omnium eſſe conuerſa in me & intelligo æquos: ideſt iuſtos & bonos fauere mihi: quippe pro quia mea benefacta procedunt reipu. & intelligo nobilitatem quærere locum inuadendi: ego (inquit) cognoſco omnes me conſulem aſpicere. Et bonos quidem uiros ac iuſtos mihi fauere: nobiles autem quærere quo pacto mihi nōceant. Omnium ora: ideſt uultum atque oculos. Aequos: ideſt iuſtos. Aequos bonoſque plæbem ſignificat: eamq; hac laude demulcet: quia ab ipſa potiſſimum cōſul factus erat. Quippe: ideo mihi fauent: quia uident me utilem eſſe reipu. Reipublicæ procedunt: ideſt utilia ſunt: proſunt. Quo mihi plæbem alloquitur: dicens: o Quirites omnes intuentur me: & expectant: ut uideant: quomodo me geram in cōſulatu. uos bene de me ſperatis: & mihi fauetis: qa creditis & ſperatis me talem futurum eſſe in conſulatu: qualis fui anteq̄ eſſem conſul. Nam ſemper reipu. ꝓfui. Sed nobilitas mihi aduerſa eſt: & inimica: & quærit qūo mihi noceat. Et propterea q̄tum potero curabo: ut neq; decipiamini: & illi decipiantur. Si recte & cum uirtute conſulatum geſſero: uos non decipiemini: quia ſatiſfaciam opinioni ueſtræ quam de me habetis. Et illi decipient: quia mihi nocere nō poterunt: ſicuti cupiunt: quia non habebunt opportunitatem nōcendi: cum nihil habeant qđ mihi opponere poſſint. Quo. r. propter qđ. Acrius: ideſt uehementius. Ad nitendum: ideſt conandum. Neq; uos capiamini: ideſt decipiamini. Conabor ut uos nō decipiamini: quia curabo: ut ſatiſfaciam ſpei ueſtræ & opinioni quā de me habetis. Et illi. ſ. nobiles. Fruſtrati ſint: ideſt decipiantur. fallantur in opinione ſua. Nam exiſtmant ſe poſſe nocere mihi: quia credunt me nō recte & ex dignitate atq; utilitate reipu. geſturum eſſe cōſulatum. Sed curabo: ut decipiantur in hac ſua opinione: quia ita geram cōſulatum: ut omnium iudicio digne: & ex utilitate reipublicæ. geſſiſſe uidear: & mihi nihil opponere poſſint: atque ita nec nocere: ſicuti cupiunt. Ita ad hoc ætatis. Conabor bene gerere conſulatum. Neque in gerendo cōſulatu labores: aut pericula mihi difficilia uidebuntur: quia uſque a pueritia in laboribus & periculis pro republica ita uerſatus ſum: ut nunc ea

mihi non uideantur grauia:ordo est.Ego ita fui a pueritia ad hoc ætatis:ut habeam oēs labores & pericula cōsueta. Ita fui a pueritia.i.ita a pueritia usq; ad hanc ætatem uixi:ut habeam in cōsuetudine labores & pericula.Et ideo nunc ea nō uidentur mihi difficilia. Quæ.ordo est:o quirites non est consilium uti accepta mercede deseram ea quæ faciebam gratuito ante uestra beneficia.Si anteq̄ essem consul:semper pro repu. labores & pericula subire non dubitaui:multo magis nunc postq̄ factus sum consul illud facere dispono.

Ante uestra beneficia:uidelicet anteq̄ essem consul. Non est consilium.i.non decreui hoc. Illis difficile est.Dico q; mihi facile est gerere cōsulatum:qa usq; a puericia semper in laboribus exercitatus sum. Sed nobilibus est difficile:qa ipsi laboribus & periculis nō sunt assueti. Et ideo in administratione magistratuū:non p̄stant id qd̄ pollicentur in petitione.Nam quando petunt imperia & magistratus ostendūt se īdustrios & exercitatos: & moratos & graues. Sed quando assecuti sunt ipsos magistratus: & eos administrāt:cito ap̄parent id quod sunt:uidelicet:ignaui superbi & īmoderati: q; omnino indigni:Et hoc est qd̄ dicit. Illis difficile est .ordo est.Est difficile illis:tempare ī potestatibus: qui simulant sese probos:p ambitionē.Nobiles qñ petūt magistratus simulāt sese probos: cum tn improbi sint.Sed hæc simulatio diu tāgi nō potest.Nam quādo administrant ipsos magistratus: facere non possunt: quin appareant id qd̄ sunt.Nā cito ostendunt ignauiam suā & supbiam. Difficile est in potestatibus tēperare: difficile est temperare : quin ostendant mores suos improbos. Per ambitionē.i.per cupiditatem honoris:nobiles ambitione corrupti sūt:& ut assequantur honores simulant sese probos.Mihi: ordo est:benefacere iam uertitur mihi in naturam ex consuetudine:qui egi omnem ætatem in optimis artibus, Dico q; nobilibus est difficile bene gerere magistratus:qa non assueti bonis moribus & laboribus: & ideo facere non possunt quin ostendant suos improbos mores:sed mihi non solum est facile benefacere sed pene etiam est naturale propter consuetudinem:Et ex hoc cōcludere uult melius esse:ut sibi demandauerint consulatū q̄ nobilibus:quia ipse magis idoneus est ad gerendum cōsulatū q̄ nobiles. Bellū me gerere.Nūc uenit ad causam:ut ostendat p̄ compationē se esse magis idoneū ad gerendū consulatum q̄ nobiles: qa ipse semp in bello uersatus est:& ideo rei militaris pitus:nobiles aut ignari & īperiti:unde dicit:o qrites uos iussitis ut bellū gerā cū iugurtha:& benefecistis.Sed si aliquis nobilis cōsul factus esset:& iussu uestro hoc bellū gerere eū oporteret qd̄ faceret:cū ipse oīo rei militaris impitus esset.Sumeret aliquē ex populo: qui eū doceret.Non ne hoc turpe esset:ergo melius & rectius mihi consulatū demandastis. Reputate cū animis uestris num id mutari melius sit:cogitate(inquit)in aīo uestro an melius sit:ut id mutetis:uidelicet:ut demandetis hoc bellum alicui ex nobilibus:ac si diceret nō est melius:qa si mitteretis aliquem ex nobilibus ad gerendum hoc bellum:opporteret ut ipse sumeret ex populo aliquem rei militaris peritum qui eū doceret: quia nobiles ignari & imperiti sunt rei militaris. Si qué ex illo globo:ordo est:.i.deest certe ille ignarus omnium trepidet:& festinet:& sumat aliqué ex populo monitorem officii sui:ut solet fieri in tanta re si īmitantis quem:hoc est aliqué hominē ex illo globo nobilitatis ad hoc negocium:aut ad tale:i.negocium dico hominem ueteris prosapiæ ac multarum imaginum & nullius stipendii.Iam hunc sensum exposui.Ex illo globo.i.ex illa multitudine:& demonstratiue dixit.Nam in cōtione ēt nobiles aderāt. Aut tale:ad aliud alqd simile negocium.Hominē ueteris prosapiæ.i.ueteris generis.Antiquæ nobilitatis:prosapia dicitur progenies.i.porro sparsis & quasi iactis liberis:Nam sipare significat iacere & disiicere. Multarum imaginum: ideſt multoꝝ honoꝝ.Antiq si rem aliq̄ præclarā ,p repu.gessissent decreto Senatus:statua donabantur:ut posteri ad imitandū exemplū eoꝝ prouocarent:unde qa in domibus nobiliū plærunq; imagies & statuæ multæ erāt maioꝝ suoꝝ qui uel'in cōsulatu uel in p̄tura uel in alio magistratu p̄claꝝ aliqd gesserāt:unde ille dicebat homo multaꝝ imaginū:q multas imagines & multos magistratus familiæ sue & maioꝝ suoꝝ ostēdere poterat.Et nullius stipendii:qui nunq̄ stipendiū fecerit:& nunq̄ in bello fuerit. Ac si diceret: nobilitas facere non posset:ut ille esset idoneus impator & dux:q nunq̄ fuerit in bello. Vt in tāta re solet fieri. Sic enim fieri solet:quādo magnū aliqd̄ negociū nobis impositū est:festinare solemus:ut p̄paremus nos: & ea quæ sunt necessaria:ad gerendū illud negocium. Ignarus:inscius & imperitus. Festinet:ideſt festinaret.

Sumat pro sumeret. Monitorem officii:qui eum doceret qūo gereret suum officium. Atq; ego scio perseuerat in hoc:ut ostendat nobiles idoneos non esse.ad gerendum consulatū:qa in bello uersati sūt:& propterea

ætatis a pueritia fuit:ut omnes labores & pericula consueta habeā:quæ ante uestra beneficia gratuito faciebam:ea uti accepta mercede deseram nō est consilium. Quir.illis difficile est in potestatibus tempare:qui per ambitionē sese probos simulauere.Et mihi qui omnē ætatē in optimis artibus ægi benefacere iam ex cōsuetudine in naturam cōuertitur.Bellū gerere mecū Iugurtha iussistis:quā rem nobilitas ægerrime tulit. Quæso reputate cū animis uestris nō id mutari melius sit:si quem ex illo globo nobilitatis ad hoc negocii: aut ad aliud tale mittatis: hominem ueteris prosapiæ:ac multarum imaginum: & nullius stipendii scilicet ut in tanta re ignarus omnium trepidet:festinet:sumat aliquem ex populo monitorem sui officii:ita plæ-

propterea imperiti sunt rei militaris. Dicit enim. Ego scio multos ex nobilibus qui postq̃ facti sunt cõsules ĩ tipiũt discere ex libris græcis ea quæ ptinent ad scientiã & disciplinã militarẽ. Et ita faciũt posterius id qđ faciendũ erat prius. Nã oportebat eos discere priusq̃ eẽnt cõsules id quod pertinet ad cõsulatũ gerendum. Ordo est. Atq; ego scio. ſ. homines ex nobilibus qui cœperũt legere acta maiorũ & militaria p̃cepta græco rũ. postq̃ facti sunt cõsules. Sensus patet. Legere acta maiorũ. i. gesta antiquorũ: ut id qđ usum ignorabãt ex litteris discerent. Græcorũ militaria præcepta. nã fuerunt græci doctores qui de re militari scripserunt: sicut etiã apud latĩos Cicero & multi alii. Præposteri hoies sunt. Homo præposterus dicitur qui posterius facit id qđ prius faciendum erat: sicuti faciebãt nobiles qui postq̃ erãt facti consules discebant id quod discere debuerãt anteq̃ fierent consules: uidelicet scientiam rei militaris. Nã gerere q̃ fieri tempore posterius: re atq; usu prius est: probat id: qđ dicit: uidelicet nobiles esse præposteros hoies Et uide quid dicat. Administrare consulatum quãtum ad tẽpus est posterius q̃ fieri cõsulem: quia nemo põt administrare cõsulatum anteq̃ fiat consul. Ergo q̃tum ad tempus administrare consulatũ posterius est q̃ fieri consulem: sed q̃tum ad scientiã & experientiam est prius: quia antequã aliquis fiat consul usu & expientia discit ea quæ ptinent ad administrãdũ cõsulatum: ut postq̃ factus fuerit consul sciat administrare ipsum cõsulatum. Nam gerere. Ordo est. Nã gerere est posterius tẽpore q̃ fieri: sed est prius re atq; usu. Nam gerere: id est administrare: scilicet consulatũ. Quam fieri. ſ. cõsulem: Nam aliquis prius fit consul. deinde consulatũ administrat. Est prius: qa licet sit consul: tamen consulatũ recte administrare nõ poterit nisi usu & experientia didicerit administrare anteq̃ esset consul. Comparate nunc Quirites. Ex antedictis hanc cõclusionẽ infert se magis idoneum esse q̃ nobiles ad gerendum consulatum: quia ipse Peritus est rei militaris. Nobiles aũt imperiti & ignari. ipse anteq̃ factus sit consul usu & experientia in bello didicit quomõ gerere debeat consulatum. Nobiles autem postq̃ facti sunt consules discunt ex litteris scientiã rei militaris. Nunc uos existimate facta an dicta pluris sint. ſ. precii: id est cogitate quænam pluris æstimanda sint an dicta nobiliũ an facta mea: quia illi discunt legẽdo ea quæ dicta sunt a scriptoribus. ego aũt didici militãdo & faciendo: non legendo. Contẽnunt: paulatim diluit obiecta. Obiiciũt mihi nouitatem: & dicunt me eẽ indignũ consulatu: qa nouus sum & ignobilis. & ego obiicio illis ignauiã eorum. Sed ignauia magis ineptũ & iudignũ reddit aliquẽ ad consulatũ q̃ nouitas: qa nouus hõ recte poterit gerẽ consulatũ: sed ignauus nunq̃ recte geret. Fortuna: qa nouus sum & ignobilis: quod pertinet ad fortunã. Nam sicuti tria sunt genera bonorũ: uidelicet bona aĩ: bona corpõris: bona fortũæ: ita tria sunt genera malorũ econtrario. Sed nobilitas bonũ est fortunæ. Ecõtrario nouitas & ignobilitas malũ est fortũæ. Illis. ſ. nobilibus. Probra. i. uitia aĩ. Sed sicuti in cõparatione bonorum meliora sint bona animi q̃ bona fortũæ. Ita in comparatiõe malorũ peiora sunt uitia aĩ: q̃ mala fortunæ. Nã peius est esse iniustũ: imprudentẽ: ignauũ q̃ esse pauperẽ nouũ & ignobilem. Quanq̃ naturã unam & cõem oĩum existimo. sed fortissimũ quẽq; generosissimũ. Dico q; nobiles obiiciũt mihi ignobilitatem: q̃uis ego existio naturã oẽs pares fecisse: neq; alio magis nobis nobilem esse: nisi p uirtutẽ. Atq; unumquẽq; ita magis nobilem esse: sicuti magis uirtute p̃ditus sit. Marius hoc cõcludere intendit se ex oĩ pte nobilibus ãteponendũ eẽ. Et supra qdem p̃bauit se magis idoneũ eẽ q̃ nobiles ad gerẽdũ consulatũ: quia rei militaris peritus sit. nobiles aũt imperiti. Sed quia nobiles dicebãt illum esse indignũ consulatu: quia nõ erat nobilis. Nũc respõdet: & dicit uerã nobilitatẽ in uirtute cõsistere. Cũ autem uirtute & scia rei militaris ipse nobilibus antecellat: nobilitate ẽt ipsis præstare: quãdo quidẽ uera nobilitas in uirtute consistit. Naturã unam. qa unius naturæ sunt. & ideo sunt pares q̃tum ad naturã: sed dispares sunt: prout q;q; uirtute magis ẽ p̃ditus. Sed fortissimũ: fortitudo una est ex q̃ttuor uirtutibus cardinalibus: sicuti supra mõstrauimus. Sed fortitudinẽ posuit simpliciter pro oĩ uirtute: qa hæ uirtutes. ſ. iustitia: prudẽtia. fortitudo. tẽperantia ita cõiũctæ sũt: ut q unã p̃fecte hẽat. ẽt reliq̃s oẽs hẽat. ac si diceret: Sed existio unũquenq; maxie uirtute præditũ eẽ nobilissimũ. Ac si iam: ordo ẽ. Ac. i. & qđ creditis respõsuros: nisi uoluisse liberos q̃ optimos. si posset quæri ex patribus: Albini aut Bestiæ: me an illos maluerint gigni ex se. hoc infert ad confirmãdũ id qđ dixit: uidelicet nobilitatẽ uirtute cõsistẽ. Si (inq;) p̃res Albini & Bestiæ ĩterrogari possent: utrũ magis uellẽt an me ignobilem: sed uirtute p̃ditũ: an ipsos nobiles: sed ignauos: ex se nasci sic dubio rñderẽt: uoluisse: ut ex se nascerent liberi q̃ optimi: ac si di. rñderẽt uoluisse ut potius ego uirtute præditus q̃ illi ignaui nascerent ex ipsis. Ex patribus:

runq; euenit: ut quem uos imperare iussistis: is sibi imperatorem alium quærat: Atq; ego scio Quir. postq̃ cõsules facti sũt: acta maiorum & græcorum militaria præcepta legere cœperunt hoies præposteri. Nam gerere q̃ fieri consul re atq; usu prius. Sed hoc tempore posterius: Cõparate nũc Quir. cum illorum superbia me hominem nouũ: quæ illi audire & legere solẽt eorum partem uidi: alia egomet gessi: quæ illi litteris ego ea militando didici: nunc uos existimate facta an dicta pluris sint precii. Cõtemnunt nouitatem meam: ego illorum ignauiaz: mihi fortuna: illis probra obiectantur: q̃q; ego naturam unam & cõmunem oĩum existimo: sed fortissimũ quenq; generosum esse: ac si iã ex patribus

qui nobiles fuerũt:& mortui sunt. Albini & Bestiæ:istos noīat.quia licet nobiles essent: tamen cõsules in hoc bello iugurthino male ré gesserãt:sicuti supra uisum est. q; si me iure despiciũt:dixi q; mihi iniuste ignobilitatẽ obiiciunt:qa uera nobilitas in uirtute cõsistit.Sed tamen si iuste conténunt me propter ignobilitatẽ. necesse é ut conténant ét maiores suos:q propter uirtutẽ nobiles esse cœ perũt:sicuti ego nunc nobilitatem pario mihi ex uirtute. Inuidét honori meo:inuidét(inqt)honori meo:quia nollent me habere hunc honorem'sed ipsi uellent hr̃e hunc honorẽ:sed habeant etiam labores & meos & uirtutes & pericula:quia per hæc ad hũc honorẽ peruéi.Sed nolũt facere sic.Nã honores habere uolunt:labores autẽ nolunt habere.Et hoc est quod subiungit. Verũ homines corrupti superbia.'Ordo é.Verũ pro sed,homines corrupti superbia ita ætatẽ agunt quasi cõtemnãt nostros honores:& ita petũt hos.s.honores quasi uixerĩt honeste.Ecce quod diximus. Nobiles in tgnauia uiuunt:tanq̃ conténant uestros honores:sed tamen postea ita petũt honores: quasi eos meruerint.Et hæc é superbia:petere honores:quos non merearis. Ne illi falsi sunt.i.certe illi decipiunt'.Et q̃re decipinnt': qa res cõtrarias cupiunt.Nã uiuunt ĩ ignauia & petũt ut sibi dent' p̃mia uirtutis:uidelicet honores.Sed hoc nõ cõuenit.nam uirtuti honor dandus é.nõ ignauiæ ignauia & uirtus sunt duæ res contrariæ. Ignauia é'quando hõ labores subterfugit :uoluptatitãtũmodo studens:& nihil laude dignum exercens. Atq; etiam.Cum ignaui sint:& oĩo honoribus indigni.tamẽ ut eos honores assequãtur:apud uos aut in senatu loquẽtes maiores suos extollũt &eorũ fortia facta cõmemorãt:putantes ex hoc se eẽ clariores & nobiliores. Sed contrariũ est.Nã quanto uita maioꝝ suorum é præclarior:tãto ignauia eorũ flagitiosior &turpior apparet. Maiorum gloria posteris quasi lumen est. Declarat quomodo gloria maiorũ est quasi lumen posteris:quia gloria maiorum ostendit quales sint posteri:siue boni:siue mali quia si posteri respondent maioribus suis:bõi intelliguntr̃.si nõ respondent mali eẽ probant'.

Albini:aut Bestiæ quæri posset me ne an illos ex sese gigni maluerint:qui respõsuros creditis nisi sese liberos q̃ optimos uoluisse:q; si iure despiciunt me faciant idem maioribus suis: quibus uti mihi ex uirtute nobilitas cœpit:uident honori meo:ergo inuideant labori innocentiæ periculis ẽt meis:quoniã per hæc illũ cœpi.ueꝝ corrupti hoĩes superbia ita ætatem agũt: quasi uestros honores cõtẽnant:ita hos petũt.quasi honeste uixerint.Ne illi falsi sunt qui diuersissimas res pariter expectant.ignauiæ uoluptatem & præmia uirtutis:atq; ẽt quum apud uos aut in senatu uerba faciunt plæraq; oratione maiores suos extollunt:eoꝝ fortia facta memorãdo clariores sese putãt:quod cõtra est.Nam quanto uita eoꝝ præclarior:tãto hoꝝ secordia flagitiosior.Et profecto ita se res habẽt. Maiorum gloria quasi posteris lumen est:neq; bona neq; mala eorũ in occulto patitur. Huiusce rei ego inopiam patior Quir. Verum id quod multo præclarius est:meamet facta mihi dicere licet. Nunc uidete q̃ iniqui sunt:quod ex aliena uirtute sibi arrogant:id mihi ex mea nõ cõcedunt: scilicet q; imagines non habeo.& quia mihi noua nobilitas est quã certe peperisse melius est q̃ acceptam corrupisse.Equidẽ ego non igno-

Huius rei inopiã ego patior Quirites.ĩ hac parte ego sum inops:qa ego nõ possum cõmemorare facta maiorũ meorũ:sed possum commemorar̃ facta mea propria:quod multo præclarius est.Et ita ẽt in hac re ostendit se eẽ nobilibus anteponendũ.q; si illi digni sunt cõsulatu q̃ possunt fcã maiorũ præclara cõmẽorare.multo ille dignior est:qui facta ꝓpria dicere põt. Nũc uide.ordo é.O Quirites nũc uidete,q̃ pro q̃tũ sunt iniq.s.nobiles illi nõn cõcedunt id mihi ex mea uirtute:quod arrogant sibi ex aliena uirtute. Videte(inqt)q̃ iniq & iniusti sunt nobiles.Nã dicũt se eẽ dignos cõsulatu ꝓpter præclara facinora & gesta maiorã suorũ.Et nolũt neq; patiunt' ut ego dicã me esse dignũ consulatu ꝓpter peæclara facta mea.Sine dubio hæc é magna iniqtas.Nã aliquis multo dignior ẽ cõsulatu ex ꝓpria uirtute q̃ ex aliẽa. Ex aliena:uirtute uidelicet:qa dicũt se dignos esse cõsulatu ꝓpter præclara facinora maiorũ suorũ. Arrogant:id est assumunt:attribuunt.Et quid est quod attribuunt sibi,hoc uidelicet quia dicunt se dignos esse consulatu propter præclara facinora maiorum suorum. Scilicet:id est certe:subaudi non concedunt id mihi.quia ego imagines non habeo.i.quia ego non habeo imagines maiorum meorum. Apud antiquos uiri exceẽtes & nobiles imagies suas posteris relinquebant:ut cũ eas intuerentur mẽoria uirtutis eorum ad æmulationem & imitationem prouocarentur.Imagines igitur illæ erant insignia & monumenta uirtutis.

Quam certe peperisse melius é q̃ acceptã corrupisse.Melius est ut ego sim initium nobilitatis meæ:q̃ ut eam acceperim a maioribus & acceptam corruperim atq; minuerim. Peperisse.s.ex meipso per propriam uirtutem. Equidem. dicit qua de causa impulsus sit:ut hanc orationem haberet. Non sponte(inqt) sed prouocatus a nobilibus hanc or̃onẽ habui.Nã postq̃ me consulem fecistis:& uos me maledictis lacerare nõ desinunt.Reprehẽdũt uos:quia mihi nouo homini cõsulatũ demandastis:reprehẽdũt me'& ĩsectant'

quia

quia dicunt me esse indignũ consulatu præsertim cũnouus sim & ignobilis.nec imagines maiorũ hẽam.Dicunt præterea me esse incultũ & sermone & moribus his de causis coactus sum respõdeꝛ aduersariis.& ostẽdere uos recte feciſſe qui me cõsulẽ feciſtis:& me non eẽ indignũ consulatu. Sed in maximo.ordo ẽ. Sed non placuit reticere ne qs duceret modestiã in conscientiã:cũ pro quando illi lacerẽt maledictis me & uos in oĩbus locis. In maximo uestro beneficio:qa me consulẽ feciſtis.ac si diceret.Non est iustum ut uos non defendam cum mihi tantũ beneficiũ feceritis.

ro:si iam respondere uelint: abunde illis facundam & compositã orationem fore. Sed in maximo uestro beneficio:quũ oĩbus locis me uosq; maledictis laccrent:non placuit reticere: ne quis modestiam in conscientiam duceret. Naꝫ me equidẽ ex animi sententia nulla oratio lædere potest: quippe uera necesse ẽ bene prædicet: Falsam uita moresq; mei superãt. Sed quoniã uestra cõsilia accusantur:qui mihi summũ honorẽ & maximũ negocium imposuistis: ẽt atq; etiã animis reputate:num eorum pœnitẽdum sit.Non possum fidei causa imagines: neq; triũphos:aut cõsulatus maiorum meorũ ostendere.At si res postulant hastas: uexillũ: phaleras: alia militaria dona præterea cicatrices ĩ aduerso corpore.Hæ sunt meæ imagines:hæc est nobilitas non hæreditate relicta: ut illa illis. Sed quæ meis laboribus & periculis quæsiui. Non sunt composita mea uerba parum id facio ipsa se uirtus satis ostendit:illis artificio opus ẽ: ut turpia facta oratione tegant.neq; litteras græcas didici parum placebat eas discere. quippe quæ ad uirtutẽ doctoribus nihil profuerãt.At illa multo optima reipu.doctus sum:hostes ferire:præsidia agitare:nihil metuere nisi,turpem famam hyemem & æstatem iuxta pati:humi requiescere:eodem tempore inopiam & laborem tolera

Ne quis modestiam in conscientiã duceret. Modestia eẽt:tacere:& non respõdere maledicentibus. Sed ego nolui tacere:ne quis diceret me tacere non propter modestiam:sed qa conscius sum aduersarios uera dicere. Duceret. id est uerteret: traheret. Nam me quidẽ ex animi mei sentẽtia nulla oratio lædere potest. Dixi q; nolo tacere ne qs putet me tacere non ꝓpter modestiã:sed ꝓpter cõscientiã :uidelicet quia sciam aduersarios uera dicere & me iuste reprehendere.Nolo ergo tacere ne quis putet me tacere propter conscientiã:quia ego nescio q; aliquis me iuste reprehẽdere possit.Si Marius sciret aduersarios uera dicere & taceret ꝓp hoc:utiq; taceret ꝓpter conscientiã. Si autẽ sciret aduersarios falsa dicere de se:& taceret:utiq; taceret propter modestiã. Dicit ergo: nolo tacere ne quis modestiam in conscientiam uertat.quia ego nescio q; aliquis uere& iuste me reprehẽdere possit. Nam me nẽo lædere potest sermone suo.Nam si sermo uerus ẽ necesse est ut bene dicat de me.Si ẽ falsus:uita mea & mores mei tales sunt ut eum facile conuincant. Quippe uera.s.oratio. Bene prædicet.i. bene dicat.s.de me.Ille qui dicit de me aut bene dicit aut male dicit.Si bene dicit uera dicit.& ita nõ lædit me. Si male dicit:uita mea & mores mei tales sunt ut conuincant & probent eum falsa dicere. Sed quoniã: ostendi quomõ nẽo me iuste reprehendere potest.nunc ostendam quomõ nos iuste lacerãt.& ostẽdã uos recte feciſse.q mihi cõsulatũ demãdastis. Maximũ negociũ:uidelicet gerere bellũ contra iugurtham

Non possum fidei causa.ideo uos reprehendunt.qa demandastis mihi consulatũ:qui sũ homo nouus & ignobilis qui non possum ostẽdere imagines & triũphos & consulatus maiorũ Sed ostendã alia quæ faciunt dignũ consulatu Nam ostendam si opus est: hastam & uexillum &faleras & alia dona militaria & cicatrices in pectore aduerso. Non possum fidei causa:ut faciam fidem me esse nobilem:& propterea dignum consulatu. Si res postulet:si opus eẽt.possem inquit ostendeꝛ multa dona militaria:quibus ob uirtutem ab imperatoribus donatus sum. Phaleras:ornamẽta equorum. Aduerso corpore:non in tergo:sed in corpore aduerso. Vt illa:scilicet imagines & triumphi & cõsulatus. Illis:scilicet nobilibus. Quæsiui:id est acquisiui. Non sunt:nobiles mihi obiiciunt: q; sermone inculꝰtus sum:sed ego id paruifacio. Composita:id est ornata: Ipsa uirtus se satis ostendit:uidelicet sine uerbis Illis artificio:id est arte dicendi. Nobiles qui turpiter uiuunt discunt eloquẽtiam:ut turpia facta sua oratione tegant.Et ita id quod sibi obiiciebant aduersarii amare retorquet in eos. Neq; litteras græcas didici Obiiciunt etiam mihi:q; non didici litteras græcas.fateor me nõ didiciſſe litteras græcas:sed didici alia quæ sunt magis utilia reip.uidelicet hostẽ ferire:præsidia agitare.nõ metuere nisi turpẽ famã & alia quæ sequuntur. Ad uirtutẽ nihil doctoribus profuerũt:uirtus sine litteris acqritur.& ideo egõ litteras græcas nõ didici.quia ipsæ litteræ non profuerunt doctoribus earũ ad uirtutẽ comparandam. At illa doctus sum multo optĩa reip.id ẽ multo magis utilia reip.Et quæ sunt illa:uidelicet hostem ferire.& cætera. Hyemẽ & æstatẽ:frigus & calorẽ. Iuxta:similiter. Humi requiescere:super terrã dormire. Eodem tẽpore.didici inqt pati simul inopiã & laborẽ.Salustius omnes scriptores uincit copia rerũ.Nam singula uerba singulas habẽt

sententias.Ecce quot quãtasq; uirtutes ac laudes q̃ breuiter in Mario cõmemorauit.hostẽ ferir:p̃sidia agita re:nihil metuere,nisi turpẽ famã:hyemẽ & æstatẽ iuxta pati.humi reqescere.eodẽ tpe inopiam & laborem tolerare.Multo melius é ista didicisse q̃ litteras græcas. His igit̃ præceptis milites cohortabor:neq; illos arte colã:Me opulẽtet.ac si diceret.Nõ faciã sicuti faciũt multi impatores:qui cũ ipsi uersent̃ in deliciis:milites suos laboribus & piculis exponũt.& ita gloriã sibi cõparant nõ labore suo:sed labore militum suoꝝ.Ego non faciã sic:sed hortabor milites ut me imitẽtur:ut faciant sicuti ego facere consueui:uidelicet ut discãt pati inopiã & laborẽ:famem & sitim.frigus & calorem.humi requiescere:& cætera quæ militibꝰ cõueniũt.Et ita Marius ostẽdit se semp factum eẽ imperatorẽ. Neq; illos arcte colam.i.non tractabo illos stricte & dure & aspere.me ãt delicate: Arcte.i.stricte duriter.& é aduerbiũ.unde & uerbum artare é constringere. Illos:ut me imitentur & faciãt:sicuti ego facio. Me opulentent.s. colãt id est delicate & molliter ut nolim adire labores militiæ & pericula.hic est sensus.Ego faciã id qd̃ militibus imperabo.neq; milites dure & & aspe: me autẽ molliter & delicate tractabo.sed ero exẽplum eorũ:ut faciant quẽadmodum ego facio

Hoc est utile:hoc est ciuile imperium. hoc é (inquit) propriũ impatoris una cum militibus labores & pericula subire:& gloriã sibi nõ alieno sed proprio labore parare:sicuti dixi me eẽ facturum. Nanq; cũ tu te.ordo est.Nanq; pro quia:hoc est eẽ dominum non imperatorẽ cogere exercitũ supplicio:cũ tu agas te per mollitiem. Vere dico q; propriũ impatoris é una cum militibus labores subire:qa aliquẽ uelle in delitiis uiuere & cogere milites ad labores.hoc pertinet ad dominum:non ad imperatorem & ducem. Cum tu agas te:id est cum rogas te & tractes te. Cum tu te per molliciem agas.id est cum tu labores sentire non uelis. Cogere supplicio:id est ad supplicium.hoc est ad labores. Hæc atq; alia. Ego facio quẽadmodum faciebant maiores uestri.nobilitas autem me contemnit eos imitantem: ieseq; & Rempublicã celebrauere honorauere & ornauere. Quis nobilitas freta ipsa dissimilis maioribus:nos illorũ maiorũ æmulos contemnit.Nobilitas freta maioribus suis:sed ab ipsis moribus dissentiẽs contemnit me illos maiores imitantẽ. Freta:confisa.Nã quia maiores sui uiri excellentes fuerãt.cõfidunt se posse uideri dignos honoribus propter ipsos. Quia enĩ nati sunt ex ipsis putant se esse similes illorum:cum dissimiles sint. Et ideo honores a uobis petunt.quasi eos ipsis debeatis.Sed uehemẽter errant:cum credunt se eẽ similes maiorum suorũ.& ob eã rẽ sibi a uobis honores deberi.nõ.n.similes sunt maiorũ suorum: qa maiores eorum non reliquerunt eis uirtutem suam.licet reliquerint imagines:diuitias & memoriã sui. Et hoc est quod dicit Nos illorũ maiorum æmblos cõtẽnit.i.contẽnit me æmulũ & imitatorẽ maiorũ illorũ:quia ego facio sicuti faciebant maiores. Aemulos.i.imitatores. Non ex merito:non q; mereant̃ honores. Sed quasi debitos. Credunt.nos debere ipsis honores quos petũt ꝓpter maiores suos:quorũ putant se eẽ similes cum sint dissimiles. Cæterum hoies supbissimi procul errant.i.ualde errãt:ualde decipiunt̃.Et quomodo errãt? quia putant se similes maiorũ suorũ:cũ sint dissimiles.qa non habent uirtutem maiorũ suorũ.Nam maiores ipsorũ nõ reliquerunt eis suã uirtutẽ.q̃uis reliquerint diuitias imagines & memoriã sui.Et hoc est quod dicit. Maiores eorũ oĩa quæ licebat illis reliquere.i.maiores eorũ reliquerũt illis oĩa quæ relinquere poterãt. Neq; poterant. scilicet relinquere uirtutẽ. Ea sola.s.uirtus. Neq; datur dono.nemo enim põt donare uirtutem suã alicui sed unusquisq; proprio labore & industria uirtutẽ sibi acquirit. Sordidũ me & incultis moribus aiunt.marius rñdet ad oĩa quæ sibi obiiciebant aduersarii.Nobiles obiiciunt mihi q; sum incultis moribus. quia conuiuium splendide & eleganter parare nescio.Id quod sibi uitio dabãt aduersarii ,in suam laudem retorquet.

Sordidũ me & incultis moribus aiũt.dñt me habere mores sordidos & incultos & incõpositos. Quia parũ scite.i.non elegãter. Cõuiuiũ exorno.i.struo paro. Neq; histrionẽ illũ:neq; pluris p̃cii coquũ q; uilicũ héo.Marius ondere uult studiũ suũ nõ fuisse in cõuiuiis solẽnibus ꝓparãdis occupatũ.& iõ non habuisse coquos q sibi cõuiuia delicata parẽt.nec hũisse histriões:q sibi in cõuiuiis cãtibus & gestibus ioculatoriis ad uoluptatẽ assisterẽt. Neq; histrionem ullũ:neq; pluris precii coquũ q̃ uillicum habeo.nõ pluris æstimo histrionẽ aut coquũ q̃ uillicũ. Histrionẽ:histriões dicebant̃ q in comœdiis psonas introductas gestu & uoce imitabant̃.sic dicti:qa hi primũ d̃ histria uenerũt:ut ait Festus Põpeius.Sed histrionẽ hoc loco accipit pro

re.Ergo his ego præceptis militeꝰ hortabor:neq; arte colã illos ut me opulentent:neq; gloriaꝫ meam labore illorum faciam.Hoc est utile:hoc ciuile imperiũ.Nam quũ tute per molliciẽ supplicio cogere id est dominum esse imperatoreꝫ hæc atq; alia talia nostri maiores faciendo seq; Rem q̃ppu celebrauere:quis nobilitas freta ipsa dissimilis moribus.Nos illorum æmulos cõtẽnit:& oĩs honores non ex merito:sed quasi debitos a uobis repetunt.Cæterũ hoies supbissimi procul errãt.Maiores eoruꝫ oĩa quæ licebat illis reliquere:Diuitias: imagines: memoriam sui præclaram uirtutem non reliquere: neq; poterant eã :sola neq; datur dono: neq; accipitur. Sordidum me & incultis moribus aiunt: q; parum scite conuiuiũ exorno:neq; histrionẽ ullũ:

ioculatore.

ioculatore. Solent in conuiuiis potentũ adhiberi plerunq; ioculatores qui iocis & cantibus cõuiuas delectãt

Quin.i.cur nõ. Vide q̃ eleganter id quod sibi obiiciebãt in eorũ uituperationẽ retorquet. Nobiles repræhenduntme: quia nescio splẽdida parare conuiuia. Fateor. nõ. n. cõuiuiis & mundiciis muliebribus dedi operam: sed ĩ laboribus semper & ĩ armis uersatus sum. Nã sic ego didici a patre meo labores uiris cõuenire: & armis laudẽ parari. Sed si aduersarios meos cõuiuia delectãt: cur nõ semp in cõuiuiis uersãtur? Concedo placet mihi. Dent operã turpibus amoribus & conuiuiis & æbrietatibus & uẽtri & gulæ. & relinquãt mihi labores & sudorẽ. pnluerẽq; castrensem: quia hæc mihi magis placẽt q̃ cõuiuia. Cõcedo igit ut aduersarii mei semper faciãt id quod dixi. Sed noluit. nõ enim semper in cõuiuiis uersari uoluit & ebrietatibus. Sed quid faciũt? cum diu diuq; ĩ se his flagitiis inquinauerũt: postea prema fortiũ & bonorũ uirorũ eripere uoluit: uidelicet honores. & ego ferre non possũ. Quĩ. ordo est. ergo quin. i. cur uõ semper faciant id: quod iuuat & æstimant carum? Iuuat: id est delectat. Ament: id est turpibus amoribus uacẽt ac si diceret: concedo. Potent: id é ebrietatibus dent operam. Est color qui dicitur Concessio:

neq; pluris coquũ q̃ uillicum habeo: quæ mihi non libet confiteri Q uirites: nam ex parente meo & aliis sanctis uiris ita accæpi: mundicias muliebribus uiris laborẽ cõuẽire: oĩbus bonis oportere plus gloriæ q̃ diuitiarũ: arma non supellectilẽ decori eẽ. Q ui ergo quod iuuat: qd̃ est carum æstimant: id semper faciant: ament: potent ubi adolescentiam habuere: ibi senectutem agant: in conuiuiis dediti uentri & turpissimæ parti corporis: sudore3: puluerẽ: & alia talia nobis relinquant: quibus illa epulis iucũdiora sunt. Verum non ita est: nam ubi se flagitiis dedecorauere turpissimi uiri: bonoru3 præmia ereptum eunt: ita iniustissime luxuria & ignauia pessimæ artes illis qui coluere eas nihil offiĉiunt: reipu. innoxiæ cladi sunt: nõ quoniã illis quantum mei mores: nõ quantum illorum flagitia poscebant respõdi pauca: de repu. loquar: Primũ oĩum de Numidia bonũ aĩum habete Q uir. Nam quæ usq; ad hoc tempus iugurtham tutata sunt oĩa remouistis: auaritiam: imperitiam: atq; superbiam: Deinde exercitus ibi est locorũ sciens: sed me hercule magis strẽnuus q̃ fœlix. Nam magna pars eius auaritia: aut temeritate ducũ attrita ẽ. Q uãobrẽ uos qbus inest militaris ætas: adnitimini mecum & capessite rempublicam: id est Rempublicam capite: & sumite defendendam.

Quibus: scilicet nobis. Illa: scilicet sudor: & puluis. Verum non est ita: hoc refert ad id qd̃ dixit. Quin ergo id semper faciant. Verum nõ est ita: quia semper nolunt uersari in his rebus: uidelicet in cõuiuiis: amoribus & ebrietatibus. Ac si diceret: Quandoquidem delectantur cõuiuiis & amoribus: ego uellem ut semper in his rebus uersarẽtur: sed noluit. Nam cum diu diuq; in his rebus uersati sunt: & se turpiter his flagitiis inquinauerunt: postea premia bonorum uirorum eripere uolunt. & hoc nõ cõuenit. Nã ubi. ordo est. Nam pro quia: uiri turpissimi eũt ereptum præmia bonorum scilicet uirorum: ubi pro postquam illi se dedecorauere flagitiis

Dedecorauere: id est inquinauerunt: maculauerunt. Præmia bonorum: scilicet honores

Ita iniustissime. ordo est. ita: id est hoc modo luxuria & ignauia: appositiue artes pessimæ nihil officiunt illis qui coluere eas: & sũt cladi maxime Reipublicæ innoxiæ. Hoc modo (inquit) hæc duo uitia: luxuria & ignauia nihil nocent illis qui ipsa uitia possident: & nocent innocenti reipublicæ: quæ res iniustissima est. Hoc autem ideo dicit. quia iniustum est ut luxuriosi: & ignaui honores habeãt: qui sunt præmia bonorum uirorũ

Pessimæ artes: id est pessima uitia. Illis. qui coluere eas: id est amauerunt ea uitia. Nihil officiunt: id est nihil nocent: quia quãuis luxuriosi & ignaui sint: tamen honores eis demandantur. Innoxiæ: id est innocenti. Cladi sunt. id est nocent: quia Respublica uastatur: & magna detrimenta patitur: quando ignaui & luxuriosi in magistratibus positi eam administrant. Cladi sunt: id est damno & detrimento. Nunc quoniam illis. ordo est. Nunc ego loquar pauca de republica. quoniã respondi illis: q̃tum mores mei poscebant: non q̃tum flagitia illorum. sensus patet. Primũ omnium: id est ante omnia. Bonum animum habete: Circa bellum quod geritr in Numidia: cũ iugurtha nolite timere: sed bene sperare: quia omnia quæ usq; ad hoc tẽpus iugurthã deiecerũt: remota sunt. Remoti sunt. n. nostri imperatores auari superbi & imperiti. Auaritiam superbiam & imperitiam: id est auaros imperatores: superbos & imperitos. Nam auaritia nostrorum ducũ usq; ad hoc tempus iugurtham seruauit incolumem: quia iugurtha nostros impatores pecunia corrupit: sicut supra uisum ẽ. Locorũ sciens: nam ad bellũ gerendũ multũ prodest loca scire. Me hercule. i. ita me adiuuet hercules: Auaritia aut temeritate ducũ. Cladẽ & infœlicitatẽ exercitus uitio impatorum ascribit ut oñdat recte sibi cõsulatũ eẽ demãdatũ. q possit cladẽ uitio supiorũ impatorũ acceptã emẽdare. Attrita. id ẽ cõsumpta. Quãobrẽ: Nũc hortatur eos maxime q sunt ad militiã idonei: ut una secũ Reipublicæ subueniant. Vos. s. iuuenes. Capessite rempublicam: id est Rempublicam capite: & sumite defendendam.

Nec quenq̃ metus capiat.i.nec aliquis timeat:qa alii imp̃atores infoc̃lices fuerũt & ſupbi.Ego eni talis nõ ero:& ſpero diis iuuãtibus me fœlicẽ futurũ. In agmine:cum exercitus incedit. In prœlio:cum acies pugnant. Conſultor idem & ſocius.i.ero dux & ſocius pariter nobiſcũ in periculis. Me uoſq; oĩbus rebus iuxta gerã.i.me & uos ſimiliter tractabo.Et ex hoc oñdit ſe nõ eẽ ſupbũ:ſicuti fuerunt alii duces. Et pfecto diis iuuantibus omnia matura ſunt.i.tempeſtiua & uicina:ac ſi diceret ſpero diis iuuãtibus nos cito uictoriã habituros ex hoſte & p̃dã & laudẽ. Aut pcul eſſent:contra id quod dixit omnia matura ſũt. i.eſt proxima & uicina. Ignauia:id eſt per ignauiam. Neq; quiſque parẽs:ideſt nullus pater optauit unq̃ ut filii eẽnt eterni & imortales ſed ut bene & hõeſte uiuerẽt. Et ideo etiam ſi ex bello victoriã aut p̃dã reportare non poſſumus.tamen propter hõeſtatem reipub. ſubuẽire debemus. Plura dicerem.O Quirites aut timidi eſtis:aut ſtrenui. Si timidi eſtis uerba mea nequaq̃ uobis uirtutem addẽt. Si eſtis ſtrenui:abunde dictum eſt.Et ideo ſiue timidi eſtis ſiue ſtrenui:plura me dicere non oportet.

Finis orationis Marii.

Viuſcemodi oratione habita. Cum inquit hac oratione animos plæbis
h erexiſſet.ſtatim naues onerauit ſtipendio commeatu & armis.& cum his Manilium legatum in Africam miſit. Proficiſci iubet.ſ.in Affricam :in qua eſt Numidia: Ipſe interea.Ordo eſt:ipſe interea ſcribere pro ſcribebat milites non more maiorum.neq; ex claſſibus: ſed ſcilicet ſcribebat: uti pro ſicut libido cuiuſq; erat.& ſcribebat pleroſq; capite cẽſos. Nõ more maiorũ.i.non ſecundum ritũ & cõſuetudinẽ maiorum.Nam maiores ſemp ſcribere cõſueuerant milites ex claſſibus: Marius autẽ ſcripſit etiã ex his qui non erãt in claſſibus.Nam multos capite cẽſos ſcripſit Seruius Tullius q ſextus a Romulo Romæ regnauit.primus cenſum inſtituit:ex quo belli: paciſq; munia & onera non uiritim ut ãte: ſed pro hitu pecuniarum fierent: Tum populum uniuerſum in claſſes centuriaſq; ex cẽſu deſcripſit atq; diuiſit.Ex his qui centum millium æris aut maiorem cenſum haberent octoginta confecit centurias quadragenas ſeniorũ ac iuniorum.Prima claſſis oẽs appellati :ſeniores ad urbis cuſtodiam ut præſto eſſent.iuniores ut foris bella gererent.Secunda claſſis intra centum uſq; ad quinq; & ſeptuaginta milliũ cenſũ inſtituta eſt.Ex his ſenioribus iunioribuſq; uigiti conſcriptæ centuriæ.Tertiæ claſſis in quinquaginta millium cenſum eſſe uoluit.Totidem centuriæ.Quartæ claſſis quinq; & uiginti millium. Totidem centuriæ factæ. Quinta claſſis aucta.Nam centuriæ triginta factæ ſunt.Hæc claſſis undecim milibus cenſebatur.Hæ claſſes ſicuti numero ita armis diſtinctæ erant.Nam prima claſſis arma habebat:Galeam:Clypeum: Ocreas:Loricam.omnia ex ære quæ corporis tegmenta eſſent. Tela in hoſtem.Haſtam & gladium.Secunda claſſis ſcutum pro clypeo & præter Loricam omnia eadem habebat.Tertia claſſis eadem habebat præter ocreas. Quarta claſſis arma mutata:nihil præter haſtam & uerutum datum.Quinta claſſis fundas lapideſq; miſſiles gerebat.In hac accenſi cornicines:tibicineſq; in tres centurias diſtributi.Minor cenſus reliquam multitudinem habuit.Inde una centuria facta ĩmunis militia.ita pedeſtri exercitu ornato diſtributoq;.Equitum ex primoribus ciuitatis duodecim ſcripſit centurias.Quando igitur bellum gerere oportebat:ex his quinq; claſſibus milites conſcribebantur.Serui capitecenſi:& qui exclaſſes erant ad militiam non recipiebantur: utpote propter inopiam ſuſpecti. Capitecenſi dicebantur:ut tradit Aulus Gellius:qui aut nullo:aut perquã paruo ære cenſebantur.hi pro capite tributa pendebant.a cenſione capitis nominati. Id factum:ſcilicet eſſe. Alii uero dicebant Marium ſcripſiſſe milites capitecenſos:quia ex claſſibus bonos milites non inueniebat.alii dicebant Marium feciſſe hoc per ambitionem:ut eos honore afficiat:a quibus ipſe honoratus erat & factus conſul. Quod ab eõ genere:ſcilicet hominum egentiũ & infirmorũ. Celebratus.i.honoratus.

ſite remp.neq; quenq̃ ex calamitate aliorũ: aut imperatorũ ſuperbia mœtus cœperit.Egomet in agmine atq; in prælio conſultor idem & ſocius periculi uobiſcum adero:me uoſq; oĩbus in rebus iuxta agam.Et profecto diis iuuantibus oĩa matura ſunt uictoria: præda: laus: Quæ ſi dubia:aut procul eſſent:tamen omnes bonos reipub.ſubuenire deceret. Etenim ignauia nẽo immortalis factus eſt:neq; quiſq̃ parens liberis uti æterni forent optauit magis q̃ uti boni:honeſtiq; uitam exigerent.Plura dicerem Quiriti. ſi timidis uirtutem uerba adderent.Nam ſtrenuis abunde dictum puto.

Viuſcemodi oratione habita: Marius poſtq̃ plæbis animos erectos uidet pro
h pere commeatu:ſtipendio:armis: atq; aliis utilibus naues onerat.Cum his.A Manilium legatum proficiſci iubet:ipſe interea milites ſcribere non more maiorum:neque ex claſſibus:ſed uti cuiuſque libido erat: capite cenſos plæroſq;.Id factum alii inopia bonoruz alii per ambitionem conſulis memorabãt.q; ab eo genere celebratus: auctuſq; erat:& homini potentiam quærenti egẽtiſſimus quiſq; opportuniſſimus: cui neq; ſua cara quippe quæ nul-

Cui.s.egentissimo:pauperes maxime cõmodi sunt illis qui quærunt potentia.qa nihil timent:cũ nihil habeant qđ perdere possint:& ideo omnia aggrediũtur:omniaq; eis honesta & recta uidentur:modo præciũ eis deĕ. Vticã aduehitur:quæ est ciuitas affricæ mari uicina. Quã erat decretum:a Senatu plures milites scripsit Marius & secum duxit q̃ decreuerat senatus. A publio Rutilio legato.s.Metelli.P.Rutilius exercitũ Mario tradidit. Nã Metellus.Quare.P.Rutilius & nõ Metellus exercitũ Mario tradidit:quia Metellus discesserat:ne Marium consulem uideret.Nam si Metellus ferre nõ potuit quãdo audiuit Mariũ cõsulem esse factum:multo minus tulisset: si eũ uidisset. Sed consul:dicit quid fecerit Marius postq̃ accepto exercitu & expletis legionibus ĩ Numidiã uenit.Statim inqt exercitum duxit in agrum fertilẽ & prædam plenũ.Et quicqd cæpit militibus donauit. Cohortibus auxiliariis: cohortes auxiliariæ dicuntur cohortes quæ ab alienigenis populis in auxiliũ mittunt. Noui milites:quos nuper conscripserat: & qui nunq̃ bella tractauerãt. Videre:uidebant eos q fugiebãt uel capi uel occidi: & ex hoc discebãt nõ esse fugiendũ. Noui uetereſq; coaluere:idest simul in disciplina militari creuerũt & profecerunt. Nam noui exẽplo ueterum profecerunt.

la sunt: & omnia cum præcio honesta uidẽtur. Igitur cum aliquãto maiore numero q̃ decretũ erat in Affricã profectus paucis diebus Vticam aduehitur.Exercitus ei traditur a P. Rutilio legato:nã Metellus conspectum Marii fugerat: ne uideret ea quæ audita animus tolerare neq; uerat. Sed consul expletis legionibus cohortibusque auxiliariis in agrum fertilem & præda onustum ꝓficiscitur omnia ibi capta militibus donat. Deide castella & oppida parum munita natura & uiris aggreditur:ꝓlia multa Cæterum alia leuia aliis locis facere: ĩterim noui milites sine metu pugnæ adesse:uidere fugiẽtes capi aut occidi fortissimum quemq; tutissimum armis libertatem patriam parentesq; & alia omnia tegi:gloriam atq; diuitias quæri:sic breui spacio noui uetereſq; coaluere:uirtus omnium æq̃lis facta. At reges ubi de aduentu Marii cognouere:diuersi in locos difficiles abeunt. Ita Iugurthæ placuerat speranti mox effusos hostis inuadi posse romanos sicuti plærosq; remoto metu laxius licentiusq; futuros. Metellus interea Romam profectus contra spẽ suam lætissimis animis excipitur. Plæbi patribusq; postq̃ inuidia decesserat iuxta carus. Sed Marius ĩpigre prudenterq; suorum & hostium res pariter attẽdere:cognoscere quid utriq; boni: aut cõtra esset: explorare itinera:regnũ consilia & insidias ante uenire. Nihil apud se remissum:neq; apud illos totum pati. Itaq; & Getulos & Iugurtham præ das agentes ex sociis nostris sæpe aggressus itinere fuderat:ipsumq; regem haud ꝓcul ab oppido Cyrtha armis exuerat. Quæ postq̃ gloriosa modo facta sũt:belli nec copiã putandi cotos:& erant aduersus se:ratus iugurtham:ita aut nudatum.s.iri præsidiis si pateretur ea:aut certaturum prælio postq̃ cognouit quæ:idest illa modo idest tantummodo gloriosa:neq; cognouit copiam patrandi belli. Marius intelligebat quidem esse gloriosum:quia sæpe aggrediebatur iugurtham & eum prælio superabat: sed tamen uidebat hanc non esse uiam & rationem conficiendi & finiendi belli.Ergo aliud consilium cæpit:statuit enim singulas urbes circunuenire:& obsidere quæ uiris & loco maxime opportunæ erant hostibus:& sibi incommodæ:existimans futurum esse:ut aut iugurtha præsidia amitteret:idest ciuitas & amissis: ciuitatibus:bellum postea sustinere non posset:aut prælio totis uiribus decertaret:dum urbibus obsessis a Mario auxilium ferre cupit. Quæ postquã gloriosa modo cognouit:idest postquã Marius cognouit

Metellus dicit qũo Metellus interea romam rediit: & contra spem suam ab oĩbus letis animis exceptus est. Nã omnibus carus fuit: quia reuera optimus impator fuerat:& bellũ sapienter & fœliciter gesserat. Decesserat.i.recesserat. Iuxta.i.similiter. Sed Marius dicit q̃tam diligentiã Marius habuit. Aut contra.i.quid mali. Nihil apud se remissũ pati.i.nõ patiebatur aliquid esse remissum apud se:sed semper itẽtus erat ad omnia & paratus remissum & intentum sunt cõtraria.intentum significat paratum.remissum imparatum: neglectum. Apud illos tutum.s.reges nihil apud reges tutũ patiebatur:quia eos psequebatur. Ex sociis nostris: uidelicet ex urbibus & ex agris populorũ Numidiæ:qui se po.ro.dediderant iugurtha sicuti supradictũ est:se ad Getulos contulerat: & eos sibi socios fecerat:igitur cum iugurtha cum getulis socios Po.ro.inuadebat:& ex agris eorum prædas agebat. Quæ postq̃:ordo est. Marius statuit circumuenire singulas urbes quæ erant quã opportunissime pro hostibus uiris aut lo/

Marius intelligebat quidem esse gloriosum:quia sæpe aggrediebatur iugurtham & eum prælio superabat: sed tamen uidebat hanc non esse uiam & rationem conficiendi & finiendi belli.Ergo aliud consilium cæpit:statuit enim singulas urbes circunuenire:& obsidere quæ uiris & loco maxime opportunæ erant hostibus:& sibi incommodæ:existimans futurum esse:ut aut iugurtha præsidia amitteret:idest ciuitas & amissis: ciuitatibus:bellum postea sustinere non posset:aut prælio totis uiribus decertaret:dum urbibus obsessis a Mario auxilium ferre cupit. Quæ postquã gloriosa modo cognouit:idest postquã Marius cognouit

ea quæ faciebat esse tantūmodo glorioſa:& non esse talia:ut propter hæc bellum cōficeretur:qa licet Marius in itinere iugurtham sæpe prælio superaret.tamen ei ieue detrimentū inferebat:quia tota acie non dimicabat. Ratus iugurtham aut præsidiis undatum.s.iri hoc est existimans fore:ut iugurtha præsidiis spoliaretur: uidelicet amissis ciuitatibus: & ita bellum sustinere non posset. Aut prælio certaturum:uidelicet dū præsidiū ciuitatibus obsessis affert.Nam bocchus:dixi de iugurtha:quia Bocchus ipse pacē petebat: & sæpe nūcios miserat ad Marium qui suo nomine peterent amicitiā populi romani. Ne quid ab se hostile & miserat nūcios ut Marius a se nihil hostile timeret. Id simulauerit ne. Ordo est:parū exploratū est: ne.i.an Bocchus simulauerit:id quo pro ut grauior īprouisus accederet:an.s.fecerit id nobilitate ingenii solitus mutare pacem:aut bellum.Nō est satis certum utrū Bocchus simulauerit an nō. Si simulauit:hoc fecit:ut ex improuiso grauius Marium inuaderet.Si aūt non simulabat: sed in ueritate amicitiam populi ro.uolebat:hoc faciebat propter nobilitatem ingenii:utpote:qui paulōante se cum iugurtha coniunxerat:nunc se cū romanis hostibus illius coniungere uolebat. Sed consul:ita quidem Bocchus nuncios miserat q peterent amicitiam populi romani.Sed Marius uti statuerat castella & ciuitates adibat:& ea alienabat ad hostibus partim ui partim metu : partim præmia ostentando. Sed primo mediocria gerebat.Primo quidem Marius eas urbes capere cœpit:quæ mediocres erant: existimans iugurthā laturum esse auxilium ipsis urbibus:& ita in manus suas uenturum.Sed post q̄ uidit iugurtham appropinquare nolle statuit maiora aggredi.Itaq; Capsam urbem ingētem atq; munitam oppugnare decreuit. Cuius cōditor Hercules Libys memorabatur. Hercules Libis dicebatur condidisse hanc urbem: plures:Hercules fuerunt. Sed qui tot monstra superasse dicitur. Hercules filius iouis & Alcmenæ fuit secundum fabulas.Non ergo hic Hercules iouis filius: sed Hercules Libys Capsam condidit. Eius.s.Capsæ. Nam præter oppido propinqua.s.loca declarat quomodo asperitate locorum munitū erat oppidum illud:Præter loca quæ erāt uicina urbi:cætera omnia inculta aspera:& deserta erāt sine aqua plena serpentibus uenenoſs.Ita ut uix aliquis urbē adire posset. Quorum uis erat acrior inopia cibi sicuti uis omnium ferarum uis horum serpētum non minus erat infesta q̄uis ferarum: propter inopiam cibi. Ad hoc.i.præterea:dixi q̄ serpentes:qui ibi erant ualde nocebant ꝓpter inopiam cibi:sed & multo magis propter inopiam potus:quia naturaliter omnes serpentes infesti sunt:si siti patiātur.In his autem locis penuria erat aquæ ergo ibi serpentes propter sitim magis accendebantur. Eius potiundi.i.eius oppidi capiendi Marius hoc oppidum capere maxime cupiebat. Tum propter usum belli: quia & sibi maxime erat incommodum ad bellum gerendum & hostibus maxime opportunum. Tum quia res aspera uidebantur:ut si hanc urbem caperet:tanto maior gloria ei esset:quāto maior difficultas extitisset. Et Metellus:ac si diceret etiam de causa cupiebat hanc urbem capere:ne Metello uideretur inferior: qui urbem Thalam ingenti gloria cæperat. Haud oppidum Thalam haud dissimiliter situm atque munitum.Nam sicuti supra uisum est: Thala urbs inter ingentes solitudines posita est: sicuti etiam Capsa de qua nunc agitur. Situm:idest positum Nisi q̄ apud Thalam dicit: situm Capsæ & Thalæ similem esse:nisi quod Thala magis abundat aqua. Nam apud Thalam plures fontes sunt. Sed Capsa intra mœnia unum flumen

gnouit:statuit urbis quæ uiris aut loco pro hostibus: aduersum se opportunissimæ erant singulas circūuenire:ita ratus aut Iugurthā præsidiis nudatum si ea pateretur aut prælio certaturum.Nam Bocchus nūcios ad eum sæpe miserat uelle.Po.R.amicitiam ne quid a se hostile timeret: id simulauerit ne quo īprouisus grauior accederet:an mobilitate īgenii pacem atq; bellum mutare solitus parum exploratum est. Sed cōsul uti cōstituerat oppida castellaq; munita adire partim ui:alia metu:aut præmia ostēdendo auertere ab hostibus. Ac primo mediocria gerebat:existimans Iugurtham ob suos tutandos in manus uenturum.sed ubi illum procul abesse & aliis negociis intentum accœpit; maiora & magis aspera aggredi tempus uisum est.Erat inter ingentes solitudines oppidū magnum:atq; ualens nomine Capsa:cuius condidor Hercules Lybis memorabatur:cuius ciues apud Iugurthā immunes leui imperio:& ob ea fidelissimi habebantur:muniti aduersū hostes nō mœnibus modo & armis atq; uiris: uerum etiā multo magis asperitate locoꝝ. Nā præter oppido loca propinqua:alia omnia uasta:inculta egentia aquæ:infesta a serpentibus:quorum uis sicuti omnium ferarum inopia cibi acrior: Ad hoc natura serpentium perniciosa: siti magis q̄ alia re accēditur.Eius potiundi Marium maxima cupido inuaserat: tum propter usum belli:tum quia res aspera uidebatur:& Metellus oppidum Thalam magna gloria cœperat: haud dissimiliter sitū munitumq;:nisi qđ apud

tantum

tantum habet deinceps:pluuia utuntur Capſenſes. Capſenſes:ordo eſt.Capſenſes utebantur modo.i.tantũmodo una iugi aqua:atq; ea inter oppidum:cætera:ideſt deinceps:utebantur pluuia: Iugi:ideſt cõtinua Cætera ſignificat deinceps:& eſt aduerbiũ.Virgi.cætera parce puer bello. Id ibiq;.Ordo eſt:id tollera tur eo facilius & ibi & in omni affrica:quæ procul a mari agebat incultius:qa Numidæ plærunq; ueſcebãt lacte & carne ferina:& neq; quærebant ſalem neq; alia irritaméta gulæ. Nõ eſt inquit mirum ſi Capſenſes una aqua tantmmodo utebantur:quia Numidæ: qui habitant in Capſa:& in reliqua affrica procul a mari:ideo facile penuriam aquæ tollerant:quia non comedunt ſalem: ſed ut plurimum lacte ueſcũtur & carne ferina: & ideo nõ magnopere aquam deſiderant. Id toleratur: uidelicet penuria aquæ:nam refertur ad id qđ dixit.Capſenſes una aqua tantummodo uti ex quo ſignificat eos ſine dubio aquæ penuriam pati. Cibus illi aduerſus famem & ſitim:cibo utuntur Numidæ qui poſſit famem & ſitim expellere: non qui poſſit ad libidinem & luxuriã prouocare. Igitur:quando quidem ita cupiebat capere Capſam. Igitur conſul: ordo eſt igitur conſul tamẽ ſatis prouidenter exornat: ſcilicet exercitum pro copia rei exploratis omnibus dico facit hoc:fretus diis(credo)ideſt ut credo.Nam pro quia non poterat ſatis prouidere conſilio contra tantas difficultates: quippe pro quia etiam tentabatur inopia frumenti:quia Numidæ ſtudent magis pabulo pecoris q̃ aruo & quia contulerant quodcunq; natum fuerat in loca munita iuſſu regis:autem : ideſt & quia ager erat aridus & uacuus frugum ea tempeſtate:nam pro quia erat extremum æſtatis. Cum Marius omnino ad oppugnandam Capſam per ingentes ſolitudines & loca deſerta atque aſpera exercitum ducere ſtatuiſſet:ſatis congruum fecit apparatum: licet his difficultatibus circunuẽtus præmeretur.Nam inopia frumenti laborabat:& ager erat aridus : & frugibus uacuus:quia iã extremum eſtatis erat.

Thalam non longe a mœnibus aliquot fontes erant,Capſenſes una modo atq; ea intra oppidum iugi aqua cæteri pluuia utebantur.Id ibiq; & in omni affrica quæ procul mari incultius agebat:eo facilius tolerabatur:quia Numidæ plæriq; lacte & ferina carne ueſcebantur:& neque ſalem neque alia irritamenta gulæ quærebant. Cibus potuſq; illis aduerſus famem atq; ſitim: non libidini: neque luxuriæ erat. Igitur conſul omnibus exploratis:credo:diis fretus. Nam cõtra tantas difficultates conſilio ſatis prouidere non poterat:quippe etiam frumenti inopia tenebatur q; Numidæ pabulo pecoris magis q̃ aruo ſtudent.Et quodcũq; ſemen natum fuerat iuſſu regis in loca munita contulerãt. Ager aũt aridus : & frugum uacuus ea tempeſtate: nam æſtatis extremuꝫ erat. Tamẽ pro rei copia ſatis prouidenter exornat. Pecus omne quod ſuperioribus diebus præde fuerat:equitibus auxiliariis ad agendum attribuit. Aulum Manlium legatum cum cohortibus expeditis ad oppidum Lari:ubi ſtipẽdium & commeatum locauerat: ire iubet:dicitq; ſe prædabundum poſt paucos dies eo uenturum. Sic incœpto ſuo occultato pergit ad flumen tanam:cæterũ in itinere quotidie quadraginta duo pecus exercitui per centurias:item p turmas æqualiter diſtribuerat & ex cortis utres uti fierẽt curabat ſimul & inopiã frumenti lenire: & ignaris,oibus barare: quæ mox uſui forent. Deniq; ſexto die cum ad flu-

Nam contra: declarat quare dixit diis fretus:quia Marius conſilio humano contra tantas difficultates prouidere non potuiſſet: ſed ſperans auxilium diuinum ſibi non defuturũ: aggreſſus eſt facere id quod fecit. Tentabatur: ideſt præmebatur. Quia Numidæ:dicit cauſam inopie frumenti: quia Numidæ non tam ſeminandis aruis ſtudẽt q̃ pabulo pecoris: colligendo magis occupantur ad pabula colligenda pro pecore q̃ ad arua ſeminanda. Tamen pro rei copia:ideſt ſecundum facultatem quam habebat. Pecus omne quod ſuperioribus diebus prædæ fuerat equitibus auxiliariis agendum diſtribuit.Oportebat ſecum ducere prædam omnem quam cæperant ſuperiobus diebus.Et ideo equitibus auxiliariis hanc prouinciam & hoc negocium dedit:ut pecus captum agerent. Aulum Manlium. Aulum legatum ſecũ non duxit Marius:ſed eum reliquit ad cuſtodiã ſtipendii & cõmeatum. Cum cohortibus expeditis:ut ſupradiximus.Cohortes expedite dicuntur:quæ grauibus armis nõ ſunt impeditæ: uidelicet quæ galeam:aut clipeum:aut ocreas non gerunt:ſed tæla tantummodo gerunt:ſicuti erant milites qui ſcribebãtur ex quarta claſſe:qui haſtam & uerutum tantummodo gerebant. Dicitq;.Marius conſilium ſuum etiam legato uoluit eſſe occultum. Eodem.i.ad eundem locum:ſcilicet ad oppidum laris. Pecus .ſ.agendum.Marius laborem equalem omnibus eſſe uolebat.Et ideo uoluit ut non ſolum equites auxiliarii pecus pellerent:ſed hunc laborem inter omnes equaliter diſtribuit:ut & pedites & equites pecus agerent inter eundum. Per centurias:centuriæ ſunt peditum: Turmæ uero equitum. Vtres:uti fierent curabat:ad portandam: ſcilicet aquam per loca deſerta. Parare pro parabat. Vſui forent: uidelicet ut irent.

Capſam. Maxima uis:ideſt maxīa copia maxima multitudo:maximus nūerus. Caſtris leui munimento poſitis. Leuiter caſtra muniuit:quia ſequenti nocte diſceſſurus erat. Aqua modo.i.tantūmodo:qa Marius nolebat ut milites ſecum aliqd ferrent niſi arma neceſſaria & aquā:ut per loca deſerta ire poſſent:& nō conficerent ſiti. Onerare.ſ.iubet. Operitur:ideſt expectat. Sequi:ideſt ſequebatur. Sinere:pro ſinebat. Marius uolebat:ut milites intenti eſſent ad capiendam urbem non ad prædandum. Quæ poſtquā ordo eſt:res trepide:metus ingens:malū im,puiſum. Ad hoc.i.præterea pars ciuiū extra mœnia in poteſtate hoſtiū:hæc.ſ.omnia cogere uti oppidani facerent deditionem: poſtq̄ oppidāi cognouere quæ.i.illa. Senſus patet. Pars ciuium extra mœnia:illi qui erant intra urbē:& habebāt ſuos extra mœnia captos a romanis ſua debāt deditionē:ut ipſe ſuos incolumes reciperent. Cæterū oppidum incenſum.ſ.eſt a Mario:ſed quæret aliquis. Quō Marius hanc urbē tam magnā tāq̄ potentē contra fidē incendit? Nā ſi ſe dediderant:certe in cōditionibus obtinuerāt:ut ſeruarent incolumes. Quare ergo & urbē incēdit & ciues occidit. Saluſtius dicit. Marium hoc feciſſe nō ,ppter auariciā:aut pp crudelitatē:ſed propter neceſſitatē belli:quia ciuitas illa nimis & ſibi incōmoda:& hoſtibus commoda erat ad bellum gerendū: & qa Numidæ mobiles a natura ſunt:& infidi:nō ſeruantes id qđ promittunt:puberes. Puber dicitur qui iam gignere pōt. Is incipit eſſe ab annis quattuordecim:fœmina uiri potens ad duodecimū. Alii omnes:qui erant infra eā ætatem: Id facinus admiſſum.ſ.eſt:ideſt cōmiſſum: perpetratum.

Cōtra ius bellū:ius belli eſt:ut qui ſe dedunt ſeruent incolumes ſecundū fidē datā. Nemo.n. ſe dederet:niſi ſalus & incolumitas promitteretur ei. Non auaricia:quia cuperet præda ſe & exercitū locupletare:non fecit pp hoc. Neq̄ ſcelere.i.crudelitate propter puberes oēs interfectos. Locus.ſ.Capſa: Aditu difficilis: quia romani difficile ad eū locū ibant. Coercitum refrenatū. Omnia nō bene conſulta in uirtute trahebātur. Vide quantā auctoritatē Marius apud oēs habebat. Si hoſtes nō bene cōſulebāt & nō bene prouidebāt:atq̄ ob eā cauſam uincerentur a Mario:oēs dicebant hoc euenīſſe propter uirtutē Marii:nō quia hoſtes male prouiderent. Et ita:cū hoſtes uincerētur propter ſua mala conſilia:dicebantur eſſe uicti propter uirtutē Marii. Milites:dicit Mariū oībus gratū fuiſſe. Modeſto impio habiti:quia Marius erga milites humanus erat:nō inſolens:aut crudelis. Habiti:recti. Ad cælum ferre.i.ad cælū Marium laudibus extollebant. Numidæ:ac ſi diceret. Romani Mariū imperatorem ſuum amabant:hoſtes aūt eum pluſq̄ hominem timebant:ac ſi diceret:hoſtes Marium tanq̄ deum timebāt. Portēdi.i.denūciari:mōſtrari: credebāt (inquit) Marium aut eſſe deum: aut ipſum regi & gubernari cōſilio diuino: ut quicquid faceret:diis auctoribus faceret. Pauca repugnantibus Numidis capit: pauca oppida capit: in quibus Numidæ repugnarent. Et uide quid dicat. Marius extincta prorſus & deleta

men uentum eſt maxima uis utrium effecta eſt. Ibi caſtris leui munimento poſitis milites cibum capere: atq̄ uti ſimul cum occaſu ſolis egrederentur:paratos eſſe iubet. omnibus abiectis ſarcinis aqua modo ſeque & iumenta onerare. Deinde poſtq̄ uiſum eſt tempus caſtris egreditur. Noctemq̄ totam itinere facto conſedit. Idem proxima facit. Deinde tertia multo ante lucis aduentum peruenit in locum tumuloſum longe a Capſa non amplius duum milium interuallo: ibique q̄ occultiſſime poteſt cum omnibus copiis diem operitur. Sed ubi dies cœpit & Numidæ nihil hoſtile metuentes multi oppido egreſſi: repente omnem equitatum: & cum his uelociſſimos pedites curſu tendere ad Capſam: & portas obſidere iubet. Deinde ipſe intentius propere ſeq̄: neq̄ milites prædari ſinere. Quæ poſtq̄ oppidani cognouere: res trepidæ: metus ingens: malum improuiſū: Ad hoc pars ciuium extra mœnia in hoſtium poteſtate: coegere uti deditionem facerent. Cæterum oppidum incenſum. Numidæ puberes interfecti: alii omnes uenundati: præda militibus diuiſa. Id facinus contra ius belli non auaritia: neque ſcelere conſulis eſt admiſſum: ſed quia locus Iugurthæ opportunus nobis aditu difficilis: genus hominum mobile infidum ante: neq̄ beneficio: neq̄ metu cœrcitum. Poſtq̄ tantam rem peregit Marius ſine ullo ſuorū incōmodo: magnus & clarus antea maior clarior haberi cœpit. Omnia non bene conſulta: rerū etiam caſu data in uirtutem trahebantur. Milites modeſto imperio habiti: ſimul & locupletes ad cælum ferre Marium Numidæ magis q̄ ullum mortalem timere. Poſtremo oēs ſocii: atq̄ hoſtes credere illi aut mētem diuinam eſſe aut deorum nutu cuncta portendi. Sed conſul ubi ea res bene euenit: ad alia oppida pergit: pauca repugnantibus Numidis capit: plura pro-

Capſa

Capſa:pergit,ad oppugnandas & capiendas alias urbes.In quibus pauce urbes fuerunt quæ Mario repugnare & reſiſtere auderẽt: ſed plures urbes dediderunt ſe Mario repugnare nõ audentes:ne paterentur miſerias quas Capſenſes perpeſſi fuerant:quas urbes tamen Marius igni corrumpebat. Plura propter Capſenſium miſerias igni corrumpit. Ac ſi diceret.Marius plures ciuitates capit: & eas incendit:propter hãc opportunitatem:quia oppidani non audebant repugnare:ſed tradebant ſe Mario:timentes ne ſi repugnarent paterent miſerias quas Capſenſes perpeſſi fuerant. Multis locis potitus:ideſt cum multa loca cæpiſſet. Ac plæriſq;:ſcilicet locis potitus.

pter Capſenſium miſerias igni corrũpit: luctu atq; cæde omnia complentur. Deniq; multis locis potitus:ac plæriſq; exercitu incruẽto : aliam rem aggreditur nõ eadẽ aſperitate qua Capſenſium. Cæterũ haud ſecus difficilẽ. Namq; haud lõge a flumine mulucha:quod Iugurthæ Bocchiq; regnum diſiungebat: erat inter cæteram planiciem mons ſaxeus mediocri caſtello: ſatis patens in ĩmenſum editus:uno peranguſto aditu relicto. Nam per omnia natura: uelut opere atq; conſulto præceps erat: quem locũ Marius q̃ibi regis theſauri erant ſũma ui capere intendit:ſed ea res forte q̃ conſilio melius geſta. Nã in caſtello uirorum atq; armorum ſatis magnauis & frumenti & fons aquæ aggeribus turribuſq; & aliis machinatiõibus locus ĩportunus. Iter caſtellãorum anguſtũ ad modum utrinq; præciſæ uineæ cum ingẽti periculo fruſtra agebantur:nam cum hæ paululũ proceſſerãt igni aut lapidibus corrũpebantur: Milites neq; pro opere cõſiſtere ꝓpter iniquitatem loci:neq; inter uineas ſine periculo adminiſtrare: optimus quiſq; cadere aut ſauciari:cæteris metus augeri. At Marius multis diebus & laboribus conſumptis anxius trahere cũ animo ſuo omitteret ne incœptũ quoniã fruſtra erat: an fortunã oppetiretur:q̃ ſæpe proſpere uſus. Quæ quũ multos dies noctesq; æſtuans agitaret: forte

Exercitu incruento ex multis urbibus quas cæpit:maiorem partem earum cæpit ſine detrimento & ſine cruore exercitus ſui:quia nr/bes ſine mora & ſine oppugnatione tradebant ſe Mario:& ideo pauci de exercitu Marii occiſi ſunt. Qui Capſenſium: ſcilicet:rem aggreſſus fuerat. Mons ſaxeus mediocri caſtello ſatis patens:ideſt latus latitudo montis erat ſatis magna:ſed altitudo erat immenſa. Editus:id eſt altus. Vno:ideſt ſolo. Nam:dicit qua de cauſa per unam uiam tantummodo iri poterat ad caſtellum: quia naturaliter mons ab omni parte erat præceps:quaſi de induſtria opere humano eſſet exciſus:ut ſcandi non poſſet.Locus dicitur præceps quem quis ſcandere nõ poteſt quin præcipitetur: ſicuti turris. Ergo præceps dicitur homo qui ruit cadens:& præceps dicitur locus de quo ruitur ſicuti & lubricus dicitur homo qui labitur : & lubricus dicitur locus de quo quis labitur:ut glacies. Veluti opere:ideſt tanq̃ opere humano. Et conſulto:ideſt de induſtria. Præceps: ſcilicet erat mons ille.

Sed ea res forte q̃ conſilio melius geſta:quia hunc locum Marius cœpit non induſtria ſua: ſed caſu & fortuito:ſicuti infra declaratur. Forte.ideſt caſu:& é caſus ablatiui. Nam uirorum: dicit quare caſtellum conſilio capi non poterat nec uiribus:quia & natura loci & opere & uiris & armis & commeatu munitiſſimum erat.

Iter caſtellanorum : ideſt uia qua homines qui habitabant in caſtello:ibant in ipſum caſtellum. Vineæ utrinq; præciſæ cum ingenti periculo fruſtra agebantur : uia adeo erat anguſta:ut uineas non caperet. itaq; neceſſe erat: ut uineæ ab utraq; parte præciderentur:ut ad caſtellum agi & appelli poſſent.Nam cum una tãtummodo uia eſſet: & ea admodum anguſta: neceſſe erat:ut milites ante ſe uineas agerent: & ſub ipſis tecti ſuccederent ad caſtellũm. Dixi mus ſupra uineam eſſe machinam bellicam ſub qua milites tecti pugnant. Agebantur : pellebantur ante.

Milites:neq; pro ope conſiſtere:ideſt milites:neq; añ opus:ideſt ante uineas conſiſtebant. Neq; pro opere.i.ante opus:ante machinam:uidelicet ante uineas. Opus apud hiſtoricos ſignificat & munitionem & machinam bellicam. Propter iniquitatem loci:quia una tantum uia erat:& ea admodum anguſta: & ideo ſi milites ante uineas ſtetiſſent:omnes interfecti fuiſſent. Neq; inter uineas ſine periculo: quia uineæ igni: aut lapidibus corrumpebantur. Adminiſtrare pro adminiſtrabant:ideſt pugnabant. Cadere aut ſauciari:aut occidebatur:aut uulnerabatur. Trahere cum animo ſuo : ideſt cogitabat an relinqueret oppugnationem inceptam huius caſtelli. Quoniam fruſtra erat ſcilicet iliud inceptum:uidelicet enim ſe caſtellum capere non poſſe. An fortunam operiretur:ideſt expectaretur. Quæ cum multos dies. Ordo eſt. fore quidam Ligur miles gregarius ex cohortibus auxiliariis egreſſus caſtris aquarum animaduertit cocleas repentes inter ſaxa haud procul a latere caſtelli quod erat aduerſum p̃liantibus:cũ pro quãdo Marius æſtuans agitaret quæ.i.illa multos dies & noctes. Marius cũ deſperare cœpiſſet poſſe cape caſt ellũ hoc conſilio: Ecce fortuna ei uictoriam obtulit:quam non ſperabat.Nam cum quidã miles gregarius de Liguria prouincia eſſet egreſſus ex caſtris ad aquam hauriendam:forte uidit cocleas repentes inter ſaxa montis.Ac primo

unam deinde alteram post multas colligere cœpit. Atq; ita colligẽdo peruenit ad sũmitatem montis usq; ad muros castelli nõ ab ea pte ubi pugnabatur: sed a cõtraria parte castelli: ubi solitudo hoium erat. Nam omnes castelli occupati erant in pugna ab altera parte castelli: In eo loco arbor ilex erat altissima: super quã Ligur miles ascendens in sũmitatem muroꝝ euasit: totáq; planiciem castelli considerauit. Reuersus ad Mariũ narrat quid fecerit: docet castellum ab ea parte capi posse. Marius delectos milites: & cum his quatuor Centuriones Ligurem sequi & ei parere iubet: Sequenti die dum castellani omnes prelio intenti & occupati sunt a fronte contra Romanos: Ligur cum militibus: & Centurionibus sibi datis in castellũ a tergo peruenit. Atq; ita castellũ capitur. Quæ cũ agitaret. i. cũ Marius cogitaret an desereret oppugnationẽ an non. Aestuans. i. anxius sollicitus. Quidam liguri. i. quidã de prouincia Liguriæ Liguria est prouincia in qua sunt Mediolanenses. Vercellenses. Alexandrini: & tractus illius oræ citra montes. Ex cohortibus auxiliariis: hic ostenditur quæ sint cohortes auxiliariæ. Nam cum hic esset nõ romanus: sed Ligur erat inter cohortes nõ legionarias: sed auxiliarias: cohortes. n. auxiliariæ sunt quæ ab sociis populi romani mittuntur in auxilium. Repentes: nõ incedentes sed repentes. Repere proprie est animaliũ: quæ per terrã toto corpore trahunt. Cocleas: i. cõculas. Vbi: ordo est. Cupido facundi difficilia uertit aĩum more ingenii humani: postq; intellexit solitudinem ubi. i. in eo loco: postq; Ligur in eo loco solitudinem hoium esse uidit mutauit aĩum suũ: ut qui cocleas colligere inceperat: tẽtaret si forte castellum capere posset. Vbi postq; solitudinem intellexit. i. postq; uidit in eo loco nullos homines esse postq; uidit castellum ab ea parte hominibus destitutũ. More ingenii humani. i. sicuti solet facere ingeniũ humanum. Solẽt. n. homines naturaliter semp difficiliora tentare. Cupido difficilia faciũdi aĩum uertit. i. cupiditas faciendi rem difficilẽ mutauit aĩum eius. Ligur primo rem facilẽ faciebat: quia cocleas colligebat: sed cupido faciẽdi difficilia mutauit animum eius qa postea cœpit cogitare qũo castellum caperet. Vertit. i. mutauit Vir. i. æneidos Quæ te genitor sententia uertit. Paululum. modo prona. i. tantũmodo paululũ pendẽs ilex ex monte nascens paululum: pendebat deinde reflexa tollebatur in altum usq; ad summitatem murorum castelli: Quo. i. in quã altitudinem. Quo cuncta gignentium natura fert. Nam oĩa quæ nascuntur ex terra in altitudinem crescunt: siue arbores siue herbe sint siue quid aliud. Ordo est: quo natura gignentiũ fert cuncta: natura quæ gignit: omnia fert in altum.

quidam Ligur ex cohortibus auxiliariis miles gregarius aliquantum egressus castris haud p cul a latere castelli quod aduersum prælianti bus erat: animaduertit inter saxa repentes cocleas: quarum quum unam atq; alteram deinde plures peteret studio legendi paulatim prope ad summum mõtis egressus est. Vbi postq; solitudinem intellexit more ingenii humani cupido difficilia faciundi animum uertit: Et forte in eo loco grandis ilex coaluerat inter saxa paululum modo prona: deinde flexa atque aucta in altitudinem: quo cũcta gignentiũ natura fert: cuius ramis modo: modo eminentibus saxis nixus Ligur castelli planiciem perscribit q; cuncti Numidæ intenti præliantibus aderãt. Exploratis omnibus quæ mox usui fore ducebat. Eodem egreditur nõ temere uti ascenderat: sed tẽtans omnia: & circũspiciens. Itaq; propere adiit Mariũ. acta docet: hortatur ab ea parte qua ipse descenderat castellum tentet: pollicetur se ducem itineris: periculiq; nihil esse: Marius cum ligure promissa eius cognitum ex præsentibus misit: quorum uti cuiusq; ingenium erat: ita rẽ difficilem: aut facilem nunciauere. Consulis animus paululum arrectus est: itaq; ex copia tibicinum & cornicinum quinq; numero q̃ uelocissimos delegit: & cum his præsidio qui

Cuius ramis. Ordo est. Ligur nixus ramis cuius. i. illius arboris: modo. i. aliquando nixus eminentibus saxis perscribit planiciem castelli: Ligur innitens aliquando ramis arboris: aliquando innitens saxis eminentibus ascendit in summitatem murorum: atq; ita totam planiciem castelli oculis perlustrans notauit. Perscribit. i. intento animo ac sensibus notat. Exploratis omnibus: cum Ligur omnia diligenter cõsiderasset: reuersus est per eundem locum per quem ascenderat. Marium addit. i. accedit ad Marium. Acta docet. exponit quid fecerit. Marius cum Ligure. Marius cum audiuisset id q̃d Ligur dicebat: cum eo quosdam misit qui uiderent nunqd fieri posset id qd Ligur promittebat: qui cum iuissent: & reuersi essent nunciauerunt diuersa. Nam alii dicebant esse rem facilem: ut ab ea parte castellum caperetur: alii dicebant rem esse difficilem: prout ingenium cuiusq; erat. Eius promissa cognitum. i. ad cognoscendum nũquid fieri posset id quod promittebat. Misit. s. quosdam. Quorum. Ordo est: illi nunciare pro nunciabant ita rem difficilem aut facilem: uti pro sicut erat ingeniũ cuiusq; quoꝝ. i. illorum: Consulis aĩus: Marius (inquit) paululũ sperare cœpit. Itaq; ex copia tubicinũ & cornicinum. In diuisione classium & Centuriaꝝ supradiximus accensos Tubicines & cornicines in quinta classe in tres Centurias fuisse distributos. Tubicines q; Tuba cornicines q; cornu canũt. Tubicines igitur & cornicines: quia ex classibus scribebant cũ honore in ordines redigebantur

digebantur. igitur ex his Marius quinq; uelociſſimos delegit. & cum his quattuor centuriones: & hos oes ligurē ſequi: & ei parere iuſſit. Quattuor cēturiones. Cēturio dicebat' qui præerat uni cēturiæ. Cēturia cētū hoies cōtinebat. Et ei negocio proximū diem conſtituit. Marius decreuit ut ſequēti die Ligur centuriōibus & aliis ynq; militibus tentatūq; ergat ſi poſſet capere caſtellū. Ex præcepto: ſecundū præceptum Marii. Cæterum: dicit Ligurem ducem itineris monuiſſe centuriones ut arma mutarent: & caput ac pedes nudarēt ut & melius uiderent detecto capite & facilius niterent' p ſaxa aſcēdētes pedibus nudis. A duce. i. a ligure duce itineris. Arma ornatumq; mutauerāt. Nam ſcuta Numidica ex coriis ſcā acceperāt ut cū leuioribus armis leuius aſcēderent & leuius ſtreperēt. Vti proſpectus. i. uiſus q̄tum adad caput nudum. Nixus. i. deſt aſcenſus q̄tū ad pedes. Sup terga gladii & ſcuta .ſ. erāt ne aſcēſum īpediret. Ea: ſcilicet ſcuta.

foret quattuor centuriones omneſq; liguri parere iubet: & ei negocio proximū diē conſtituit Sed ubi ex præcepto tēpus uiſum ē: paratis: cōpoſitiſq; oibus ad locum pergit. Cæterum illi qui centuriis præerant edocti ab duce arma ornatumq; mutauerant capite atq; pedibus nudis uti proſpectus nixuſque per ſaxa facilius foret. Super terga gladii & ſcuta: uerum ea numidica ex coriis ponderis gratia: ſimul & offenſa: quo leuius ſtreperent. Igitur prægrediens ligus: ſaxa: & ſi quæ uetuſtate radices eminebant: laqueis uinciebat: quibus alleuati milites facilius aſcēderent: interdum timidos inſolentia itineris leuare manu ubi paulo aſperior aſcenſus erat ſingulos præ ſe inermes mittere. Deniq; ipſe cum illorum armis ſequi: quæ dubia nixu uidebantur potiſſimum tentare: ac ſæpius eadem aſcendens & deſcendens: deinde ſtatim digrediens: cæteris audaciam addere. Igitur diu: multumque fatigati tandem in caſtellum perueniunt: deſertum ab ea parte. q; ſicut aliis diebus omnes aduerſus hoſtes aderāt. Mariuſ ubi ex nunciis: ea quæ Ligus egerat cognouit. Q uāq; tota die intentos prœlio ſuos habuerat: tū uero cohortatus eſt: & ipſe extra uineas egreſſus teſtudine acta ſuccedere: & ſimul hoſtem tormentis ſagittariiſq; & funditoribus eminus terrere. At Numidæ ſæpe antea uineis romanorum ſubuerſis: item incēſis nō caſtelli mœnibus ſeſe tutabantur: ſed pro muro dies noctesq; agitare: ac Romanis maledicere. Mario uecordiam obiectare militibus noſtris ſeruitium Iugurthæ

Numidica. ſ. erāt. Gratia pōderis. Nam ſcuta romana ex ferro grauiora ſunt. Quo: id ē ut. Igitur prægrediēs Ligur. Dicit quomō romani aſcenderint ad caſtellum duce Ligure. Ligur āteibat. & laqueos ac funes aut ſaxis aut radicibus arborū alligabat: quibus ſuſpenſi & alleuati milites facilius aſcēdebant. Ipſe ligur timidiores milites manu alleuabat. Igit'. ordo eſt. igitur Ligur prægrediens uinciebat laqueis ſaxa. & radices ſiquæ. hoc ē aliquæ radices eminebant uetuſtate. i. propter uetuſtatem. Inſolentia. i. deſuetudine. Inſolentia enā itineris timidos leuare manu. Ligur manu ſua leuabat alios milites timidos propter deſſuetudinē itineris.

Mittere præ ſe: ante ſe milites inermes mittebat: & ipſe poſtea ſequebatur cū armis eorū.

Q uæ dubia nixu uidebant' potiſſimum tētare. Sin aliquo loco aſcēſus periculoſus eſſe uidebatur: ipſe ligur præibat: aſcēdebatq; & deſcendebat: & ita aliis audaciā præbebat. Nixu. i. aſcenſu. Eadē: per eandem uiam. Marius ubi ex nunciis. Poſtq̄ Marius cognouit ex nunciis: quēadmodū ligur cū cæteris in caſtellū aſcēdiſſet: ut caſtellāos prœlio magis occupatos teneret: milites cohortatus pugnā magis accendit: & ipſe extra uineas egreſſus: acta teſtudīe mœnibus ſuccedebat pugnādo: econtra caſtellani extra muros egreſſi pro ſalute acriter dimicabant. Dum ita a fronte a romanis & ab his qui caſtelluū tutabant': pngnat': rpēte a tergo ſigna canere cœperūt. Atq; ita a frōte & a tergo turbatis hoſtibus caſtellū capitur. Ordo eſt. Vero pro ſed. Tū Marius cohortatus milites: & ipſe egreſſus extra uineas ſuccedē pro ſuccedebat acta teſtudine: & ſimul terrē pro terrebat eminus hoſtē tormētis & ſagittariis & fūditoribus ubi pro poſtq̄ cognouit ex nūciis ea quæ ligur egerat: q̄q̄ habuerat numidos intentos prœlio toto die. Extra uineas egreſſus: ut alios magis ad pugnam accenderet: extra uineas egreſſus eſt: ut omnes æquato periculo non ſub uineis tecti: ſed ſcā teſtudīe mœnibus pugnādo ſuccederēt. Teſtudīe acta. i. facta teſtudīe. Teſtudo ē ſcutorū cōnexio curuata in teſtudinis modū. Nā milites ſcutati ita ſe inuicē cōnectūt atq; cōdēſant: ut nēo per eos irrumpe poſſit. Ita āt ſe ſcutati cōnectūt: ut curuaturā quandā faciāt in modū teſtudinis. Et hoc ē genus pugnæ acerrimū. Virg. in. ix. Accelerāt acta pariter teſtudine uolſci. Succedere: pro ſuccedebāt. ſ. mœnibus. Tormētis: qcqd machina innixū mittit' tormentū dicit'. Eminus: de lōge: quia comminus gladiis pugnare non poterant. Funditores & ſagittarios teſtudo tegebat: & ita eminus pugnabant. Sed pro muro. i. ante murū. uidelicet extra murū. Iugurthæ ſeruitium. i. ſeruitutem. O romāi: profecto

aliquando ſerui eritis iugurthæ. Secūdis rebus.i.proſperis:quia ſæpe ſubuerterant uineas romanorū.nec eos muris appropinquare promiſerant. Interim.Ordo eſt.Interī repente ſigna canere,p canebāt a tergo oibus.ſ.romāis & hoſtibus ītētis plio:& certātibus utrīq; magna ui:his.ſ.romāis certātibus,p gloria atq; imperio:illis.ſ.hoſtibus certātibus,p ſalute.Sēſus patet. Pro gloria atq; impio.ille,p gloria & impio pugnat:q; pugnat ut alios uīcat:& eos ſuo ſubiiciat impio.Ille,p ſalute pugnat:qui pugnat ut ſe defendat:ne alterius ſub iiciatur impio. Signa.i.tubæ. Viſum:ad uidendum Neq; quenq; hoſtum præda morari:pro morabatur.præda nullum Romanorū morata eſt:qa unusquiſq; ītētus erat ad pugnā: donec caſtellum captum ē. Sic ſorte correcta Marii temeritas gloriam ex culpa inuenit. Temeritas marii fuit:quia auſus ē oppugnare hoc caſtellum inexpugnabile. Sed hanc temeritatē Marii fortuna correxit:quia fortuna ſiue caſus uictoriam obtulit:quam Marius conſilio & induſtria parare non poterat. Atq; ita temeritas Marii a fortuna correcta inuenit gloriā ex culpa:quia licet temeritas & culpa fuerit aggredi oppugnationē huius caſtelli.tamen ex hac culpa gloriam inuenit:qa caſtellū cepit adiuuante fortuna. Forte.i.a fortuna & casu. Caſus enī fuit.q; Ligur dū Cocleas legit conſilium inuēit capiendi caſtelli. Cæterum. Dicit quomodo eo tempore :quo caſtellum oppugnabatur .L. Sylla quæſtor cum magno equitatu uenit in caſtra. Atq; ita capta opportunitate mores ac uitam Syllæ breuiter deſcribit.Nam Sylla inter cæteros Romanos uir ingentis gloriæ ac noīs fuit:& uirtute & uitiis pariter excellens. Dum ea res agit̄:uidelicet dum caſtellum oppugnat̄ & capitur. Cogeret:congregaret. Relictus ſcilicet a Mario. Sed quoniam res: propoſitā

Tanti uiri. Nemo enim poſt Cæſarem atq; Pōpeium Sylla maior Romæ fuit:quippe poſt uictoriam ciuilis belli dictator perpetuus creatus ē:qua poteſtate re magis q̄ nomine Tyrannus erat. Tanti uiri nos admonuit. Dicimus:admoneo te huius rei. Cultuq; eius:id eſt de uita & moribus eius. Paucis:ſcilicet uerbis. Et.L.Siſenna hiſtoricus fuit inſignis. Duabus de cauſis ſcribam de moribus Syllæ: uidelicet. & quia alio loco non ſum dicturus de rebus Syllæ.& quia nullus alius de eo ſatis diligenter & ſincere ſcripſit.Nam Siſenna licet de Sylla ſcripſerit melius & diligentius q̄ cæteri ſcriptores tamen ipſe quoq; non ſatis libere & ſincere ſcripſit. Eas res:uidelicet qui ſcripſerunt de rebus & moribus Syllæ. Parum libero ore locutus uidetur:quia non eſt auſus uitia Syllæ deſcribere. Iuxta:id eſt ſimiliter. Ocio luxurioſo eſſe pro erat.Ecce quomodo Saluſtius libere cit Siſenna.Tamen a negociis.id eſt a rebus gerendis. Remorata ſcilicet eſt uoluptas nunq̄.L.Syllam impediuit a rebus gerendis niſi q; uxorem honeſtiorem ducere potuit.Nam in hac parte uoluptas eum impediuit ne pro dignitate ſua uxorem duceret qualem oportebat. Conſuli.prouideri. Facundus. id eſt eloquens. Callidus.i.aſtutus. Et amicitia facilis.amicos facile ſibi conciliabat.uel in amicitia eius facile ḡs intrabat. Atq; illi fœliciſſimo oīum āte ciuilē victoriā nunq̄ ſup induſtriā fortūa fuit. Ante ciuilē victoriā Sylla omniū fortunatiſſimus fuit.quia fortuna ei in omnibus propicia erat:ſed tamen non minus uirtute & induſtria q̄ fortuna ualebat.ſed poſt ciuilem uictoriam fortunatus.quod fuit:qa dominatū aliq̄diu tenuit:ſed priſtinā uirtutem amiſit.& eā in impietatē crudelitatēq; cōuertit.Nā parta uictoria totā urbem ciuili

minari ſecundis rebus feroces eſſe. Interī omnibus Romanis:hoſtibuſq; prœlio intētis:magna ui utrinq; pro gloria:pro imperio:his illis,p ſalute certantibus:repente a tergo ſigna canere ac primo mulieres & pueri qui uiſum proceſſerant fugere. Deinde uti quiſq; muro proximus erat:poſtremo cuncti armati inermeſque: q̄ ubi accidit eo acrius inſtare romani:fundere: ac plæroſque tantummodo ſauciare. Deinde ſuper occiſorum uadere corpora:auidi gloriæ certantes murum aſcendere:neque quenq̄ omnium præda morari. Sic forte correcta Marii temeritas gloriam ex culpa inuenit. Cæterū dum ea res agit̄.L.Sylla quæſtor cū magno eqtatu ī caſtra uenīt:qui uti ex latio & ſociis exercitu cogeret:Romæ relictus erat. Sed quoniam nos tanti uiri res admonuit.idoneum uiſum eſt de natura cultuq; eius pacis dicere. Neq; enim alio loco de Syllæ rebus dicturi ſumus:L.Siſēna optime & diligentiſſime omnium qui eas res dixere perſecutus:parum mihi libero ore locutus uidetur. Igitur Syllagentis patritiæ nobilis fuit: familia prope iam extincta maiorū ignauia:Literis græcis atq; latinis iuxta atq; doctiſſime eruditus:animo ingenti cupidus uoluptatum: ſed gloriæ cupidior:ocio luxurioſo:tamen ab negociis nunquam uoluptas remorata:niſi q; de uxore potuit honeſtius conſuli:facundus: callidus & amicitia facilis ad ſimulanda negocia altitudo ingenii:incredibilis multarum rerum ac maxime pecuniæ largitor: atq; illi fœliciſſimo oīum

non ſolum uirtutes:ſed etiam uitia deſcribit quod non fecit

orem ducere potuit.Nam in hac parte uoluptas eum impediuit ne pro dignitate ſua uxorem duceret qualem oportebat. Conſuli.prouideri. Facundus. id eſt eloquens. Callidus.i.aſtutus. Et amicitia facilis.amicos facile ſibi conciliabat.uel in amicitia eius facile ḡs intrabat. Atq; illi fœliciſſimo oīum āte ciuilē victoriā nunq̄ ſup induſtriā fortūa fuit. Ante ciuilē victoriā Sylla omniū fortunatiſſimus fuit.quia fortuna ei in omnibus propicia erat:ſed tamen non minus uirtute & induſtria q̄ fortuna ualebat.ſed poſt ciuilem uictoriam fortunatus.quod fuit:qa dominatū aliq̄diu tenuit:ſed priſtinā uirtutem amiſit.& eā in impietatē crudelitatēq; cōuertit.Nā parta uictoria totā urbem ciuili

ſanguine

ſanguine repleuit. Sylla Caium Marium urbe pepulit. Deinde Cinnam quinquies cōſulem: qui contracto exercitu Caio Mario fauebat victum occidit. Item. C. Carbonem & Marium iuniorem crudeliter necauit. Poſtremo parta ex omnibus victoria crudeliſſimus omniū totam urbem ciuili ſanguine repleuit. Nunq̄ ſuper induſtriam fortuna fuit. id eſt nunq̄ fortuna uicit induſtriam. Multiq̄ dubitauere fortior an fœlicior eſſet. Declarat id quod dixit. q̄ nunqnam fortuna induſtriam ſuperauit. Fortior ad induſtriam refertur. Fœlicior ad fortunam. Mam poſtea: uidelicet poſt ciuilem victoriam. Neſcio (inquit) utrum me magis pudeat an pigeat dicere id quod fecit Sylla poſtquam adeptus eſt victoriam Pudet: uerecundiæ eſt. Piget: laboris Igitur poſtq̄ mores. L. Syllæ deſcripſit reuertitur ad propoſitū ut oſtendat quid fecerit poſtquam in caſtra Caii Marii cum equitatu uenit

ante ciuilem victoriam nunq̄ ſuper induſtriam fortūa fuit: multiq̄ dubitauere: fortior an fœlicior eſſet. Nam poſtea quæ fecerat incertum habeo: pudeat magis an pigeat diſſereſ. Igitur Sylla ut ſupradictum eſt: poſtq̄ in Affricam atq̄ in caſtra Marii cum equitatu uenit rudis ante & ignarus belli: ſolertiſſimus oīum in paucis tempeſtatibus factus eſt. Ad hæc milites benigne appellare: multis rogantibus aliis ipſe per ſe dare beneficia inuitus accipere: ſed ea propantius q̄ æs mutuū reddere: ipſe a nullo repetere: magis laborare id ut illi q̄plurimi deberēt: ioca atq̄ ſeria cum humillimis agere. In operibus: in acie atq̄ ad uigilias multas adeſſe: neq̄ interiz quod parua ambitio ſolet: conſulis aut cuiuſq̄ boni famam lædere tantummodo neq̄ conſilio: neq̄ manu priorem alium pati: plæroſq̄ anteuenire Quibus rebus & artibus breui Mario & militibus clariſſimus factus. At Iugurtha poſtquā tapſaz alioſq̄ locos munitos & ſibi utiles: ſimul & pecuniam magnam amiſerat: ad Bocchum nuncios mittit: q̄primum in Numidiam copias adduceret. Prælii faciēdi tempus adeſſe. Quez ubi cūctari accepit: & dubium belli atq̄ pacis rōnes trahere: rurſus uti antea proximos eius donis corrumpit. Ipſiq̄ Boccho pollicetur Numidiæ tertiam partē: ſi aut Romani Affrica expulſi: aut integris ſuis finibus bellū compoſitū foret. Eo premio illectus Bocchus cū magna multitudine iugurthā accedit: ita āborū exercitu cō iūcto mariū iā in hyberna proficiſcētē: uix decima pte diei relicta inuadūt rati noctē: quæ iam

Rudis id eſt imperitus. Ignarus belli. id eſt inſcius. Solertiſſimus. id eſt ſagaciſſimus. Ad hoc. i. præterea. Multis rogantibus. Et ſponte & rogatus beneficia præſtabat. inuitus autē accipiebat. Et ſi aliquando beneficia accipiebat cito ea reddebat. Sed pecuniam mutuo accepta tardius reddebat. Sed ea. ſcilicet beneficia accepta. Properantius. id eſt citius. Quā æs mutuū. id eſt quam pecuniam mutuo acceptam. Ipſe a nullo rapere. pro rapiebat. rogatus aliquando beneficia accipiebat. ſed ſponte a nullo benficiare cipiebat. Vide ergo quomodo ſe gerebat. L. Sylla in dandis: accipiendiſq̄ beneficiis: In dandiſq̄ beneficiis & & ſponte: & rogatus bñficia libentiſſime præſtabat. in accipiendis uero nunquam ſponte beneficia accipiebat. quia nunquam petebat. Oblata uero beneficia rogatus accipiebat. ſed inuituſ hoc faciebat. & ea beneficia ſubito reddebat. Ipſe a nullo rapere. hoc eſt per ſe & ſponte ſua a nullo accipiebat beneficia. Magis id laborare: uti illi q̄plurimi deberent. id eſt dabat operam ut multos ſibi beneficiis obligaret. Vt illi. ſ. Syllæ. Quāplurimi deberent. i. obligati eēnt. loca atq̄ ſeria cū humillimis agere. Ecce quot modis animos militū ſibi conciliabat. Cum ipſe ſummus & patritiæ gentis uir eſſet & quæſtor. tamen non aſpernabaſ humiles. hoc ē humili genere natos. ſed cū omnibus iocabaſ. & ſerio loquebaſ. ioca & ſeria contraria ſūt. Seria dicunſ uera & non iocoſa quaſi ſine riſu. In operibus. in agmine atq̄ ad uigilias multus adeſſe: pro aderat. hæc oīa boni & ſtrenui militis officia ſunt uerſari multū in agmine in operibus & ad uigilias. In operibus. Dixi opus ſignificare uel machinam bellicam uel munitiōes caſtrorū. In agmine. agmen exercitus incedēs uocaſ ut ſæpe dictū eſt. Non miꝰ aūt uirtus ē in agmine q̄ in acie uerſari. Plærunq̄ enī acci

dit ut hoſtes ex inſidiis atq̄ ex improuiſo agmen inuadant. Quod praua ambitio ſolet ſcilicet faceſ. Nā ambitioſi & laudis cupidi putant ſeipſos laudare: ſi alios uituperent & aliis detrahant. Et Sylla hoc non facie bat. Plæroſq̄ anteuenire: id eſt multos ſuperabat. Tempus adeſſe. ſcilicet dicebat. Cūctari. id eſt trade re. Dubium belli atq̄ pacis rationes trahere. quia Bocchus neſciebat quid faceret: an bellum ſuſciperet contra Romanos. an pacem cum ipſis faceret. Rationes trahere belli atq̄ pacis. i. cogitare de bello atq̄ pace. Vti ātea. nā ſupra dixit iugurthā donis corrupiſſe amicos regis: ut ipſum regem ad belli ſocietatē ipellerent. Integris ſuis finibus. uidelicet ſi nihil de regno ſuo amiſiſſet in cōditiōibus pacis. Bellū compoſitū id ē i cōcordia pacis redactū. Illectus. i. tractus. Vix decima parte relicta: qa de toto ītegro die uix decia

pars ſupererat. Munimento:adiumento. Vtrunq; caſum:uidelicet ſiue Romāi uiciſſent ſiue uicti eſſent. Difficilem fore:quia Romani ignari locorum erant. & propterea ſi uiciſſent non auſi eſſent perſequi hoſtes uictos: nocturnas inſidias timentes. Igitur ſimul.i. eodem tempore. Eodem tempore(inquit) & cōſul de hoſtium aduentu cognouit:& ipſi hoſtes aderant. Quiuit:id eſt potuit. Sed caterua tim.i.ſine ordine ſimul. Conglobauerat: id ē coaceruauerat:coniunxerat. Sine ſignis. Dicit utrunq; ſine ordine ullo pugnatum. Nam & hoſtes ſine ordine romanos inuaſerunt: & Romani tempus non habuerūt ut acies ad pugnā inſtruerēt. ſed uti quiſq; poterat arma capiebat &pugnabat. Cedere:id eſt feriebant. Scientes belli:id eſt periti belli. Ob ea:uidelicet.qa quia ueteres erant:& noui ueteribus coaluerāt & breui tēpore uirtus omnium æqualis facta ut ſupra dixit. Orbes facere: ſecundum diſciplinam militarem ſe in girum colligebāt ut ab omni parte tecti eſſent. Nihil remittere:id ē nihil ceſſabant. Tum Marius ex cōpia rerum conſilium trahit:id eſt conſilium capit ex facultate & opportunitate quam habebat. Vti locuſ ſuis receptui eſſet:id ē ut locus eſſet ſuis quo ſe reciperent & reducerent. Caſtris parum amplo:quia hic collis non erat tantæ capacitatis:ut caſtra romana capere poſſet & continere. Alter uſui opportunus:id eſt ad uſum. Vbi commode habitari poſſet & tute:quia hic collis a natura munitus erat. Nam altus erat & præceps. nec ualde opus erat eum munire. Iuxta aquā:uidelicet in colle ubi erat fons aque

Neq; minus hoſtibus cōturbatis. Nam licet romani diſperſi & turbati eſſent: tamen etiam hoſtes ñ minus turbati erāt. Cōtrahit:colligit

Pleno gradu.i.pleo paſſu:hoc eſt celeriter.

aderat:& uictis ſibi munimento fore:& ſi uiciſſent nullo impedimento: q locorum ſcientes erant. Contra Romanis utrunq; caſum in tenebris difficilem fore:igitur ſimul conſul ex multis de hoſtium aduentu cognouit:& ipſi hoſtes aderant:& priuſq; exercitus:aut inſtrui:aut farcinas colligere. Deniq; antequā ſignum aut imperium ullū accipere quiuit. Eqtes Mauri atq; Getuli non acie neq; ullo more prœlii:ſed cateruatim uti quoſq; ſors conglobauerat ī noſtros cōcurrunt. Quorum omneſ ttepidi improuiſo metu. attamē uirtutis mēores:aut arma capiebant aut capiētes alios ab hoſtibus defenſabāt. Pars equos aſcendere:obuiam ire hoſtibus: pugna: latrocinio magis q; prælio ſimilis fieri:ſic ſignis ſine ordinibus equites peditesq; permixti cedere alios:alios obtrūcare:multos cōtra aduerſos acerrime pugnātes ab tergo circūuēire: neque uirtus neq; arma ſatis tegere:q; hoſtes numero plures & undiq; circūfuſi erant. Deniq; Romani ueteres:nouiq; & ob ea ſcientes belli:ſi quos locus aut caſus coniunxerat:orbem facer. Atq; ita ab omnibus ptibus ſimul & tecti: & inſtructi hoſtium uim ſuſtentabant. Neque in eo tam aſpero negocio Marius territus:aut magis q; antea demiſſo animo fuit:ſed cum turma ſua q; ex fortiſſimis magis q; ex familiariſſimis parauerat. uagari paſſim:ac modo ſuis laborātibus ſuccurrere: modo hoſtes ubi confertiſſimi obſtiterant inuadere: manu conſulere militibus: quoniam imperare cōturbatis omnibus nō poterat. Iamq; dies conſumptus erat:quū tamen barbari nihili remittere:atq; uti reges præcepe rant noctem pro ſe rati acrius inſtare. Tuz Marius ex copia rerū conſilia trahit:atq; uti ſuis receptui locus eēt: colles duos propinquos inter ſe occupat. Quorum ī uno caſtris parum amplo:fons aquæ magnus erat:alter uſui opportunior:qa magna parte editus & præceps pauca munimenta gerebat. Cæterum apud aquaz Syllam cum equitibus noctem agitare iubet. Ipſe diſperſos milites paulatim non minus hoſtibus conturbatis in unum contrahit. Deinde cunctos pleno gradu in collem ſubducit. Ita

Prælio deterrẽtur.ideſt a ꝑlio rẽouent' &a prælio abſtinerẽt.quia nõ audebãt pugnare contra eos:q locũ ſuperiorẽ occupauerãt. Effuſi:id eſt ſparſi. Et ipſi duces feroces:ſcilicet erãt.i.indomiti duces feroces erãt: quia non fugiebãt:ſed tanq̃ victores ſe gerebãt obſeſſis collibus in quibus erãt romãi. Aut pro victoribus agere,ꝑagebãt.i.gerebãt ſe pro victoribus:quia tanq̃ victores romanos obſeſſos in collibus tenebãt. Ne ſi gna quidẽ uti,per uigilias ſolebant cauere pro cauebãt. Noluit ut tubæ canerẽt ea nocte ſicut fieri ſolet quã

reges loci difficultate coacti prælio deterrentur neq; tamen ſuos longius abire ſinũt. Sed utro/ q; colle multitudine circundato effuſi conſedẽ Deinde crebris ignibus factis plerunq; noctis barbari more ſuo lætari:exultare:ſtrepere pedi bus:uocibus:& ipſi reges feroces:q; nõ fugere atq; pro victoribus ſeſe agere:ſed ea cuncta ro/ manis ex tenebris & editioribus locis facilia ui/ ſu magnoq; hortamento erat. Plurimum uero Mãrius imperitia hoſtium confirmatus q̃ ma ximum ſilentium haberi iubet:nec ſigna quidẽ uti per uigilias ſolebant canere. Deinde ubi lux aduẽtabat:defeſſis iam hoſtibus :ac pauloante ſomno captis:de improuiſo uectigales: item co hortium:turmarum:legionuꝫ tubicines ſimul omnes tuba canere:& milites clamorem tollere aut portis erumpere. Mauri atq; Getuli ignoto atq; horribili ſonitu repente exciti:neq; fugere neq; arma capere:neq; omnino facere aut pro/ uidere quicquã poterant:ita cunctos ſtrepitu: clamore nullo ſubueniente:noſtris inſtantibuſ tumultu:terrore:fortitudine quaſi uecordia ac ceperat: deniq; oẽs fuſi: fugatiq; arma & ſigna militaria plæraq; capta:plureſque in eo prælio q̃ omnibus ſuperioribus interempti ſunt:naꝫ ſõ no & metu inſolito impedita fuga. Deĩde Ma/ rius uti cœperat in hiberna proficiſcitur pro/ pter cõmeatum in oppidis maritimis agere de/ creuit:neq; tamen uictoria ſecors aut inſolens factus:ſed pariter :ac ſi in conſpectu hoſtium quadrato agmine incederet.Sylla cum equitatu apud dextimos:in ſiniſtra parte.A. Manlius: cum funditoribus & ſagittariis. Præterea co/ hortes Liguruꝫ curabat:Primos & extrẽos cũ expeditis manipulis tribunos locauerat.Perfu gæ regionum ſciẽtiſſimi hoſtium iter explora/ bant:ſimul conſul quaſi nullo impoſito omnia prouidere: apud omnes adeſſe: laudare fortis: & increpare uerentis. Ipſe armatus: intentuſq;

do cuſtodes exercitus dant ſigna. Deĩde ubi Ordo eſt.Deinde Marius iubet de improuiſo uectigales tubicines.Item tubicines cohortiũ& turmarum & legionũ ſimul omnes canere tu/ ba:& iubet milites tollere clamorem aut erum pere portis.ſcilicet caſtrũ hoſtibus iam defeſſis ac pauloante captis ſomno: ubi pro poſtq̃ lux aduentabat.uide quid fecerit Marius.hoſtes in caſtris maiorem partem noctis egerant in lætitia exultantes & uociferantes tanq̃ uictores. Deinde cũ primo ſomno oppreſſi eſſent iam appropinquante die Marius omnes tubicines ſimul tuba canere iuſſit: & milites cũ clamore ex portis caſtrorũ erumpere: atq; ita hoſtes in uadere primo ſomno captos:quo facto ſtatim hoſtes fuſi fugatiq; ſunt. Lux aduentabat.i. di es appropinq̃bat. Defeſſis iam hoſtibus.Nã maiorem partem noctis exultauerant. ſed tan dem feſſi dormire incœperant. Vectigales: uectigal proprie dicit tributum quod ꝑ uectu/ ra pendit'.unde populi uectigales dicebant' qui populo romano annuatim tributa ſoluebant: Vnde hoc loco fortaſſe tubicĩes uectigales di cit:q' miſſi erãt ab aliẽigẽis popu is uidelicetab his qui populo romano uect:igalia pendebant: ſed hanc expoſitionem infirmam relinquo. nõ enim ſatis placet. Mauri:quibus præerat Boc chus. Getuli:quibus præerat iugurtha. Qua ſi uecordia acceperat.id eſt qnaſi amentia & i ſania cunctos occupauerant. Nam neſciebant quid faceret. Deinde Marius uti cœperat in hiberna it. Marius poſtq̃ hoſtes fudit atq; fu/ gauit in hiberna profectus eſt cum exercitu :ſi cuti incœperat.Nam ſupra dixit hoſtes aggreſ ſos fuiſſe Mariũ in hiberna proficiſcentem. Propter cõmeatum in oppidis maritimis age re decreuerat.Marius decreuit habitare & hie mare in ciuitatibus quæ erant mari uicinæ: ut commeatũ habũde habere poſſet.Nam urbes ad quas naues ire poſſunt ſemp, abũdant com meatibus. Agere.i.eẽ.Virg.i.iiii.æne.Getulis agerem ſi ſyrtibus exul. Neq; tamẽ uictoria ſe cors aut inſolẽs factus.ſ. eſt:tere ita euenire ſo let'ut uictores ſuperbi & negligentes reddant' qnia amplius non timent:ſed Marius propter uictoriam neq; negligens neq; ſuperbus factus eſt.ſed caute cum ipſo exercitu incedebat non aliter q̃ ſi hoſtes adeſſent. Socors:id eſt negli gens. Inſolens.i.ſuperbus ut cõtemneret ho ſtes. Ac:pro q̃. Quadrato agmine.i. exerci/ tu quadriptito.Et ſtati declarat quomodo qua dratum erat agmen. Nam diſpoſuerat Mari/ us qui a dextra & ſiniſtra parte:a frõte & a ter go cnrarent: Apud dextimos.id ẽ apud eos erãt in dextera parte. Expeditis manipulis.

Expediti manipuli dicuntur sicuti expeditæ cohortes. Sunt enim milites leuis armaturæ nõ grauibus armis impediti:ut clypeo.galea lorica:sed expediti leues ad cursum tela missilia gerentes. Minime cari:non cari quia semper proditores & perfugæ suspecti sunt. Simul consul:quasi nullo imposito omnia prouidere. Marius tanta diligentia & cura utebatur ut:omnia ita prouideret tanquam si nullum alium imposuisset:cum tamen & Syllam quæstorem & Aulum legatum & tribunos locasset qui totum exercitum curarent. Adesse pro aderat. Laudare.scilicet bonos. Increpare scilicet ignauos. Merentes:& ad laudem: & uituperationem pertinet. Ipse:scilicet marius. Intentus.id est paratus. Item similiter intentus animo. Armatus corpore:cũ Marius imperator armatus & paratus esset cogebat milites ut similiter ipsi quoq; armati & parati essent. Neq; secus atq; iter faceret castra munire:Ex his uerbis uidetur marius hoc tempore cum exercitu in itinere non fuisse: sed iã consedisse,& castra posuisse:cum tamen supra dixerit illum in hiberna proficiscẽtem quadrato agmine incessisse:Et sine dubio hoc tempore in hiberna proficiscebatur. Atq; in itinere erat. Sed uide quid dicat Marius quanta prouidentia & diligentia utebatur:ut cum exercitus incederet & iter faceret.tanta diligentia utebatur cum castra locabat. Nam sicuti caute incedebat quadrato agmine & quæstore ac legato: necnõ tribunis dispositis qui uniuerso exercitui præessent:sic cum castra locabat:ea ipsa castra fossa ac uallo muniebat. Equites ante castra disponebat qui ad custodiam exercitus excubarent. Vigilias fieri:& uallum custodiri iubebat. Castra munire:scilicet uallo & fossa. Cum exercitus considet:castra subito uallo & fossa muniunt.

Itẽ milites cogebat:neq; secus atq; iter faceret: castra munire:excubitum in porta cohortes ex legionibus pro castris equites auxliarios mittere. Præterea alios in munimentis super uallum locare:uigilias ipse circumire:non tam diffidẽtia futurorũ quæ imperauisset:q̃ uti militibus: exæquatus cum imperatorem labor uolẽtibus esset. Et sane Marius illo aliisq; temporibus iugurthini belli magis pudore q̃ malo exercituꝫ coercebat:quod multi per ambitionem aiebãt q̃a pueritia consuetam duriciam: & alia:quas

Excubitum in porta. Ordo est. Marius mittere pro mittebat cohortes ex legionibus excubitum in porta:& mittebat equites auxiliarios pro castris. Castra proprie dicitur locus ubi exercitus stat. In legione decem cohortes sunt. Ergo ex legionibus cohortes eximebat quæ in porta castrorum excubarent & uigilarẽt ad custodiam exercitus. Sed extra castra equites locabat qui præsidio eẽnt:ne castra inuadrent ab hostibus.

Excubitũ i.ad excubandum & uigilandum. In porta.i.castrorum. Pro castris:id est ante castra. In munimentis:id est in munitionibus. Vigilias ipse circuire:non tam diffidentia futuri quæ imperauisset q̃ uti militibus exæquatus:cum imperator labor uolentibus esset. Marius (inquit) uigilias castrorum circuibat non quia dubitaret milites non esse facturos id quod imperabat:sed ut milites uolentes non coacti labores subirent:cum ipsum imperatorem uiderent laboribus & periculis se exponentem. Non tam diffidentia futuri quod imperauisset. Si legitur quod imperauisset:clarus est sensus. Dicit enim Marius circuibat uigilias:non tam quia diffideret id esse futurum quod imperasset: q̃ uti labor exæquatus militibus cum imperatore esset uolentibus. Sed si legitur:quem imperauisset:durior est expositio:sed tamen idem est sensus. Sic.n. intelligendum est:non tam diffidentia futuri:scilicet eorum que imperauisset. Et sane:Marius:illoq; simili tempore. laudat Marium:dicens illum pudore magis q̃ pœna exercitum gubernasse:quum exemplo sui ipsius militibus ostenderet quid eos facere uellet. Nam milites pudebat non facere id quod imperator ipse faciebat. Pudore magis q̃ malo.i.q̃ pœna:quia Marius exemplo magis q̃ uerbo docebat milites quid facerent. Et ita bene agendo potius q̃ seuere imperando refrenabat exercitum ne licentius & solutius uiuerẽt sed laboribus & uigiliis corpus ad patientiam indurarent. Per ambitionem:per appetitum & cupiditatẽ honoris & laudis. Nam sine dubio magnam laudem meretur imperator qui se laboribus & periculis exponendo exercitum magis exemplo docet q̃ uerbo. Agebant:id est dicebant. Duriciam:id est laboris patientiam. Et alia:quæ cæteri miserias uocant:sicuti pati famem:inopiam:frigus & calorem. Voluptati.i. ad uoluptatem. Marius pro uoluptate habebat:scilicet pati labores:famem.inopiam:frigus & calorem:quæ alii putant esse miserias. Nisi tantum Reipublicæ:pariter ac sæuissimo imperio bene atque decore gesta sunt. Ordo & sensus pendet a superiori. Multi enim dicebant imperatorem labores subire & durissima sustinere propter ambitionem:sed ego nescio utrum hoc fecerit propter ambitionem: nisi quod hoc solum scio:illum ita utilem fuisse romanæ reipublicæ mitem scilicet & mansuetum:sed laboris patientissimum se præbendo q̃ si crudelem & sæuissimum se præbuisset in imperio. Locus iste uidetur obscurus: nisi diligẽter sensus consideretur. Vult ostendere Marium in imperio mitem fuisse.& laboris patientissimum. Et tamen reipublicæ profuisse dum mitis est & patiens laborum:q̃ si sæuissimus & crudelissimus fuisset. & imperiosus:sicuti solent esse duces. Nam duces solent ipsi delicate & molliter uiuere.& imperiose cogere milites ad labores & pericula. Sed ipse Marius aliter faciebat. Nam Marius semper primus erat qu labores & pericula subibat:atque ita faciendo:non quidem superbe & crudeliter imperando:milites pudore cogebat: ut facerent quod ipse faciebat. Et dum hoc facit:ita rempublicam utiliter administrat q̃ si sæuissimus in imperio fuisset. Sed forte diceret aliquis:an fortasse qui crudeles & sæuissimi sunt in impio:utiles sunt reipublicæ

Saluſtius hoc ideo dicit:quia ferme hoc euenire ſolet:ut duces niſi ſeueri ſunt & imperioſi:contemnantur a militibus.Quando autem dux conténitur:res bene geri non poteſt.Sed hoc euenit in ducibus:qui opere nihil ualent.Nam dux qui neq; imperio neq; opere aliquid ualet:iure conténitur. Sed Marius q̃uis mitis imperio eſſet:tamen non conténebatur:quia opere multum ualebat:& omnes ad emulationem exemplo p̃cauabat:ut tantum reipu.prodeſſet bene agendo q̃ ſeuere & duriter imperando. Niſi tantum.i.niſi ſolũ: ac ſi diceret.Neſcio utrum Marius illud fecerit per ambitionem:niſi q; hoc ſolum ſcio:uideli/cet q; geſta ſũt ſcilicet ea quæ geſſit Marius:bene & decore.i.utiliter & decenter reipu.pari/ter ac ſeuiſſimo imperio.i. tantum utiliter q̃ ſi ſeuiſſimo imperio Marius.ea geſſiſſet. Igitur quarto deniq; die haud longe ab oppido Cyrtha unidiq; ſimul ſpeculatores citi ſeſe oſtẽdũt. Quare hoſtis adeſſe intelligitur.Sed quia diuerſi redeuntes alius ab alia parte atque omnes idem ſignificabant:conſul incertus quonãmodo aciem inſtrueret:nullo ordine commutato::aduerſum omnia paratus:ibidem opperitur.Igitur Iugurtham ſpes fruſtrata qui copias in quattuor partes diſtribuerat ratus ex oĩbus æque aliquos ab tergo hoſtibus uenturos.Interim Sylla:quem primum hoſtes attigerãt:cohortatus ſuos turmatim:& q̃ maxime confertis equis ipſi alii q̃ Mauros inuadunt:cæteri in uno loco manẽtes ab iaculis eminus emiſſis corpora tegere:& ſi q̃ in manus uenerant obtruncare. Dum eo modo equites præliantur. Bocchus cum peditibus quos Volux filius eius adduxerat:neq; in priore pugna in itinere morati affuerãt:poſtremam aciem Rõmanorum inuadit.tum Marius apud primos agebat:q; ibi Iugurtha cũ plurimis erat.Deinde Numida cognito Bocchi aduentu:clam cum paucis ad pedites conuertit:ibi latine. Nam apud Numantiam loqui didicerat:exclamat noſtros fruſtra pugnare

cæteri miſerias uocant:uoluptati habuiſſet:tamen reipu. pariter ac ſæuiſſimo imperio bene atq; decore omnia geſta ſunt. Igitur quarto deniq; die haud longe ab oppido Cyrtha unidiq; ſimul ſpeculatores citi ſeſe oſtẽdũt. Quare hoſtis adeſſe intelligitur.Sed quia diuerſi redeuntes alius ab alia parte atque omnes idem ſignificabant:conſul incertus quonãmodo aciem inſtrueret:nullo ordine commutato::aduerſum omnia paratus:ibidem opperitur.Igitur Iugurtham ſpes fruſtrata qui copias in quattuor partes diſtribuerat ratus ex oĩbus æque aliquos ab tergo hoſtibus uenturos.Interim Sylla:quem primum hoſtes attigerãt:cohortatus ſuos turmatim:& q̃ maxime confertis equis ipſi alii q̃ Mauros inuadunt:cæteri in uno loco manẽtes ab iaculis eminus emiſſis corpora tegere:& ſi q̃ in manus uenerant obtruncare. Dum eo modo equites præliantur. Bocchus cum peditibus quos Volux filius eius adduxerat:neq; in priore pugna in itinere morati affuerãt:poſtremam aciem Rõmanorum inuadit.tum Marius apud primos agebat:q; ibi Iugurtha cũ plurimis erat.Deinde Numida cognito Bocchi aduentu:clam cum paucis ad pedites conuertit:ibi latine. Nam apud Numantiam loqui didicerat:exclamat noſtros fruſtra pugnare

Speculatores.ſ.hoſtiũ. Quare.quia ſpeculatores niſi erant ex hoc cognitũ ẽ:hoſtes adeſſe q; ſemper ſpeculatores p̃cedunt exercitum.

Sed quia diuerſi redeuntes.Marius ipe quo q; p̃miſerat ſpeculatores:qui regionem explorarent: qui cum ex diuerſis partibus redirent: tamen omnes rem eandem nunciabant: uidelicet hoſtes adeſſe.Ex quo Marius dubius & incertus qũo inſtrueret aciem: nullum ordinem cõmutauit.ſed exercitum quadripartitum reliquit: & ita hoſtes expectauit. Diuerſi: declarat quomodo diuerſi redibãt:uidelicet alius ab alia parte. Redeuntes:qui miſſi fuerant ad ſpeculandum.Atq; omnes idem ſignificabãt:ſcilicet hoſtes adeſſe:ſed forte mirum uidetur:qũo ex diuerſis partibus redeũtes omnes idem nũciabãt:hoc ideo eueniebat:quia iugurtha copias ſuas in quatuor partes diuiſerat:ut a quatuor partibus romanos inuaderet:qđ etiã fecit : ſed ab omni parte Marius prouiderat.Opperitur: ideſt expectat. Ita iugurthæ ſpes fruſtrata.i.elu ſa & decepta:quia non potuit aſſequi id quod ſperabat.Nam iugurtha copias ſuas in quatuor partes diuiſerat:ſperans aliquos inuaſuros eſſe romanos a tergo:ſed iugurtha deceptus eſt in ſua ſpe : quia Marius exercitum quadratum & quadripartitum habebat:atq; prouiderat ab omni parte:ne hoſtes inuadere poſſent. Ita uidelicet:quia marius non mutauit ordinem:ſed quadratum dimiſit exercitum: ne ab ulla pte ipetus fieri poſſet: Aliquos:a tergo hoſtibus uẽturos.i.aliquos a tergo iuaſuros eſſe romanos. Interim Sylla.Incipit pugna Sylla cũ æquitatu dexteram partem curabat. Turmatim.i.per turmas cõfertim. Confertis:denſis: Emiſſis.ſ.ab hoſtibus. In priore pugna:quaq; pauloante deſcripſit. Poſtremam romanorũ aciẽ inuadũt.Ecce qũo ex diuerſis ptibus hoſtes inuadũt romanos:primã & ultimã aciẽ romanorũ tribuni curabant: Agebat.i.erat. Ibi latine(nã apud Numantiã loq didicerat)exclamat:noſtros fruſtra pugnare.Quidam Numida ut romãis terrorẽ adderret:& ſuis audaciã p̃beret:cõuerſus ad pedites.exclamauit romanos fruſtra pugnare:quia ducem amiſiſſent:quem ipſe manu ſua interficerat. Et hæc dicens gladium ſanguine manantem oſtendit.Ordo ẽ.Numida ibi pro tunc exclamat latine: noſtros pugnare fruſtra:nam pro quia didicerat loqui:ſcilicet latine apud Numantiam:& per parentheſim hæc dicta ſunt: quia potuiſſet aliquis dicere:ſi erat Numida quomodo latine loquebatur.Dicit illum didiciſſe loqui latine apud Numantiã in exercitu Romano:q̃ndo Miciſpſa rex Numidiæ auxilia peditum & equitũ miſit ad bellũ Numantinũ:quibus iugurtham præfecit. Apud Numantiam:ciuitatẽ hiſpaniæ:quã Scipio Emilianus deleuit.

Sanguine oblitum:ideſt ſedatum. Quam fide nuncii:quia non ſatis credebant Numidæ & licet non ſatis crederentur: tamen propter atrocitatem rei a pugna terrebãtur. Perculſos:territos. Iam paululum a fuga aberant. Ita territi erãt romani:ut ferme fugerent:niſi Sylla ſuperueniens cum equitibus Mauros inuaſiſſet:& eos in fugam uertiſſet. Iam paululum aberant:ideſt nõ procul erant a fuga: quia ferme in eo erant ut fugerent. Bocchus qui ẽrat Marius erat. Auertitur:ideſt in fugam uertitur. Tum ſpectaculum. Atrocitatem pugne deſcribit. Sequi:hoc ſpectaculum uiſum eſt: uidelicet:romanos ſequi.i.inſequi.hoſtes fugiẽtes. Fugere.ſ.barbaros uictos. Equi uiri afflicti.ſ.ſunt. Niti modo.i.tantummodo conabantur:ſcilicet fugere:ſed ſtatim cadebant:quia uulnerati erant. Poſtremo omnia qua uiſus erat:conſtrata telis:ideſt omnia loca quæ uideri poterãt telis cooperta erãt:& cadaueribus & armis. Poſtea loci: poſtq̃ pugnam deſcripſit. in qua uicti ſunt barbari:dicit Mariũ Cyrthã p uenisſe:quo intenderat. Poſtea loci:ideſt poſtea. Nam loci Syllabica adiecto eſt:ſicuti: minime gentium. Initio profectus intẽderat: ideſt ad quã urbem a principio diſcedens ire diſpoſuerat. Eodem poſt quintum diem quam iterum barbari male pugnauerãt:legati a Boccho ueniunt. Quem iterum barbari male pugnauerant:ideſt die quinto poſtq̃ barbari ſecundo male pugnauerant. Nam hæc fuit ſecunda pugna in qua Bocchus cum iugurtha ſecundo uictus eſt a Romanis. Iterũ:ideſt ſecundo Bocchus bis uictus decreuit facere pacem cum Romanis:& ob eam rem poſt ſecundam pugnam in qua uictus fuerat: legatos ad Marium miſit: qui ab eo peterent:ut duos ad ſe fidiſſimos remiteret. Marius Syllam quæſtorem:& Aulum legatum ſtatim ad regem miſit. Velle: ſcilicet dicebat. Diſſerere :loqui tractare. Acciti: uocati a rege: Quãq̃ acciti ibant:tamen placuit ante regem uerba facere hoc ideo dicit.qa magis conuenire uidebatur: ut regem audirẽt q̃ ut apud regem loquerentur:qui eos acciuerat. Itaq; Sylla dicit Syllam coram rege locutũ: quia eloquentia preſtabat:licet Manlius ætate ſuperior eſſet. Commaculares.i.ſcelere inquinares. Neceſſitudinem.i.neceſſitatem. Nam ſi te coniungis cum iugurtha:nobis neceſſe eſt: ut & te & ipſum iugurtham perſequamur. Si pacem feceris:tu nobis tolles hanc neceſſitatẽ.

Ad hoc.i.præterea. Ac ſi diceret. Tu quidem o rex recte facis:qui amicitiam populi romãi. quæris:Sed & populus romanus uſq; a principio quando erat pauper ſemper melius eſſe putauit:acqrere amicos q̃ ſeruos. Amici ſunt qui ſponte ſe cum populo romano coniungunt:& eius ſocietatem habere conantur:ſerui ſunt q reſiſtẽtes bello ſubiguntur:& ſubacti obediunt imperio populi Romani.

ante paulo Marium ſua manũ interfectum ſimul gladium ſanguine oblitum oſtendere:quẽ in pugna ſatis ĩpigre occiſo pedite noſtro cruentauerat. Quod ubi milites accepe:magis atrocitate rei q̃ fide nuncii terrentur:ſimulq; Barbari animos extollere:& in perculſos: acrius incedere:iamq; paululum a fuga aberãt:quum Sylla profligatis his quos aduerſum ierat:rediens Marius ab latere incurrit Bocchus ſtatim auertitur. At Iugurtha dum ſuſtentare ſuos: prope iam adeptam uictoriam retinere cupit:circũuentus ab equitibus dextra: ſiniſtra omnibus occiſis:ſolus inter tela hoſtium uitabũdus erupit. Atq; interim Marius fugatis equitibus: occurrit auxilio ſuis quos pelli iam acceperat. Deniq; hoſtes iam undiq; fuſi ſunt tum ſpectaculum horribile in campis patentibus ſequi:fugere:occidi:capi:equi.atq; uiri aflicti:ac multi uulneribus acceptis:neq; fugere poſſe:neq; quietem pati:niti modo ac ſtatim concidere. Poſtremo omnia qua uiſus erat conſtrata telis:armis: cadaueribus:& interea humus infecta ſanguine.poſtea loci conſul haud dubie iam uictor peruenit in oppidum Cyrtham quo in initio profectus intenderat:eo poſt quintum diem: quo iterum barbari male pugnauerant legati a bocho ueniunt:qui regis uerbis ab Mario petiere:duos quã fidiſſimos ad eum mittere uelle de ſuo & de populi romani commodo cum his diſſerere. Ille ſtatim.L. Syllam: & A. Manlium ire iubet. Qui quanq̃ acciti ibant:tamen placuit uerba apud regem facere: quo ingenium aut aduerſum flecterent:aut cupidum pacis uehementius accederent. Itaque Sylla cuius facundiæ non ætati a Manlio conceſſum eſt: uerba pauca huiuſcemodi locutus eſt. Rex Bocche magna nobis lætitia eſt: cum te talem uirum dii monuere:ut aliquando pacem quã bellum malles neu te optimum cum peſſimo omnium Iugurtha miſcendo commaculares: ſimul nobis demere acerbam neceſſitudinem: pariter & te errantem & illum ſceleratiſſimum perſequi. Ad hoc Popu. Ro. iam a principio inopi:melius uiſum amicos q̃ ſeruos quærere

Tibi uero:qui ſuadet aliquid eſſe faciundū:aut ab honeſto:aut ab utili arguit.Nunc arguit ab utili.Dicit.n. Nihil utilius Boccho contingere poſſe amicitia populi romani.Primū q̄ procul abſumus in quo offenſæ eſt minimū:o Bocche amicitia populi romani nihil tibi poteſt nocere:quia procul abſumus: Ac ſi.i.ſicuti ſi p̄ pe adeſſemus. Deinde q̄ parentes abunde habemus:recte facis:o Bocche :quia amicitiam populi roma / ni quæris.Melius eſt.n.acquirere amicos q̄ ſeruos:ſicuti etiam ſemper populus romanus fecit:quia multos ſeruos & imperio noſtro obediētes ac ſubitos habemus:ſed amicorum neq̄ nobis neq̄ cuiq̄ unq̄ ſatis fuit.Et iddeo melius eſt acqrere ami / cos:quorum inopiam patimur : q̄ ſeruos quo / rum abundantiam habemus. Parentes:ideſt obedētes:& ſubditos:ſicuti ſunt qui bello ſubi / guntur:parent enim imperio uictoris:& ſubi / gentis eos. Sed quoniam :o Bocche feſtina & ſicuti cœpiſti quærere amicitiā noſtram: quan do quidem fortūa quæ ex magna parte res hu manas regit uoluit:ut tu experieris nos & ho / ſtes & amicos: ordo eſt. O Bocche: nunc fe ſtina atq̄ perge uti cœpiſti quoniam licet per illam:quoniam fortūa regit plæraq̄ rerum hu manarum : cui ſcilicet complacuit te experiri uim & gratiam noſtram. Plæraq̄ rerum hu / manarum.i.magnam partem rerum humana / rum fortuna regit. Vim:quia tu es expertus bello quantum poſſit populus romanus: Et gratiam.i.amicitiam:fortuna uoluit ut tu expe rireris romanos & hoſtes & amicos.Antehac: tu es expertus romanos hoſtes:nunc experire romanos amicicos:& quia ita fortuna uult:per ſeuera ſicuti cœpiſti:ut Romanos amicos habe as. Multa oppotuna habeas,quo facilius er / rata officiis ſuperes: magnam opportūitatem habes per quam delictum tuum officiis uincas. Nam deliquiſti & erraſti in hoc:quia cōtra po / pulum romanum bellum ſimul cum iugurtha ſuſcepiſti.Sed hoc peccatum uincere potes be neficio:uidelicet ſi te cōiunxeris cum populo Ro.& cum eo ſocietatem & amicitiam inieris.

Officiis.i.beneficiis. Nunq̄ populum Ro. beneficiis uictum:quia ſemper plus reddit q̄ ac cœpit.Nam q̄ bello ualeat tute ſcis. Dixi q̄ po pulus romanus nunq̄ uictus eſt beneficiis: quia non eſt neceſſe ut dicam q̄ econtrario iniuriis etiam uinci non poteſt.Nam tu hoc ſcis: nam tu es exptus q̄ iniurias bello ulciſcitur. Et ideo nō eſt neceſſe ut dicam:quia tu ſcis:& expertus es:quantū bello ualeat ad iniurias uindicandas: uelis ergo potius expiri ut amicus gratiā popu

tutiuſq̄ rati uolentibus q̄ coactis imperitare.

Tibi uero nulla opportunior amicitia noſtra: primum quod procul abſumus in quo offen / ſæ minimum eſt:ē gratia par ac ſi prope adeſſe mus:deinde quod parentes habunde habe / mus.Amicorum neq̄ nobis:neq̄ cuiquam ho / minum ſatis fuit:atq̄ hoc utinam tibi a prin / cipio placuiſſet : profecto ex popu. Ro.ad hoc tempus multo plura bona accepiſſes: q̄ mala p̄ peſſus es. Sed quoniam humanarum rerum fortuna plæraq̄ regit:cui ſcilicet placuit uim & gratiam noſtram te experiri: nunc quoniam per illam licet : feſtina atque uti cœpiſti perge. Multa opportuna habes quo facilius errata of ficiis ſuperes. Poſtremo hæc in pectus tuum dimitte:nunq̄ populum romanum beneficiis uictum eſſe. Nam bello q̄ ualeat tu te ſcis. Ad ea bocchus placide & benigne ſimul pauca pro delicto ſuo uerba facit ſe non hoſtili animo:ſed ad regnum tutandum arma cepiſſe. Nam Nu / midæ partem unde Iugurtham expulerit iure belli ſuam factam eam uaſtari a a Mario pati nequiſſime. Præterea miſſis antea Romam le / gatis repulſum ab amicitia: Cæterum uetera committere:actum ſi per Mariū liceret legatos ad ſenatum miſſurum:deinde copia facta mit / tēdi animus barbari ab amicis flexus:quos Iu gurtha cognita legatione Syllæ & Manlii me / tuens id quod parabatur donis corruperat.

li romani quā ut hoſtis uim eius. Tute: id eſt tu ipſe: chus. Pro delicto ſuo excuſando delictum ſuum. Arma cæpiſſe.i.bellum contra populum romanum ſu ſcepiſſe.Suſcepi bellum contra populū ro.nō ut ei iniuriam inferrem:ſed ut regnum meū defenderem. Nā pati non potui Marium uaſtare eam partem Numidiæ:quæ iure belli mea erat. Iure belli factam ſuam. Supra dixit iugurtham tertiā partem regni Numidiæ Boccho promiſiſſe:ſi una ſecum bellum ſuſciperet cō tra romanos.Et ideo dicit partē Numidiæ iure bel'i factam ſuā. Præterea:ſcilicet diccebat ſe eſſe repulſū ab amicitia miſſis antea romā legatis.Ego antea miſi romā legatos qui peterent amicitiā populi romāi.Sed ab amicitia repulſus ſū.Sed omitto uetera.Nunc rurſus legatos romā mittam ſi Marius uult. Cæterū.ſ.dice bat ſe cōmittere uetera. Ac tū ſi p̄ Mariū liceret.i.ſi Marius uellet. Deinde copia facta.ſ.a Mario Marius p̄miſit ut Bocchus legatos romam mitteret:ſed Bocchus mutauit ſententiam pſuaſus ab amicis quos iugur tha donis corruperat:poſtq̄ intellexit Syllam & Manlium legatōs eſſe miſſos ad Bocchum.ut eum aliena / rent a iugurtha & populo romano conciliarent. Animus Barbari flexus eſt.i.aīus Bocchi mutatus eſt. Metuens id quod parabatur:uidelicet metuens ne Bocchus diſiungeretur a ſe:& cōiungeretur Romāis.

Marius interea: dicit quid fecerit Marius poſtquã exercitum in hybernis collocauit. Nõ qeuit. Sed acceptis expeditis cohortibus ex parte equitatus in ſolitudinem quandã profectus eſt ad obſidẽdũ q̃da turrim regiã: in q̃ iugurtha pfugas hoſtes impoſuerat qui eã cuſtodiret. Sed Marius hanc turrim capere non potuit. Cõpoſito. i. collocato. In ſola loca. i. in loca deſerta. Perfugas homines præſidium impoſuerat. Dixi ſæpe quid ſit præſidiũ eſt. n. multitudo militũ ad cuſtodiã alicuius loci poſita. Tum rurſus. dicit Bocchum rurſus decreuiſſet mittere legatos ad Marium deinde romã qui de pace tractarent. Sine decore: ideſt ſine ornatu.

Quem cõſul. Marius cum proficiſceretur ad obſidẽdũ. Turrim Syllam pro prætore reliquerat: cui plena poteſtas erat ſuper exercitum & ſuper totã prouinciã. Eos ille: dicit Syllã legatos Bocchi liberaliter tractauiſſe. Habuit. i. tractauit. Quare barbari: fama erat uulgata q̃ romanierant auari. Sed legati barbari tam liberaliter a Sylla tractati: crediderunt falſam eẽ famã quæ de romanis erat: uidelicet q̃ eſſent auari. Dona omnia in benignitate habebantur Si quis donum alicui faciebat: nõ putabatur facere hoc per largitionem: uidelicet: ut illũ corrũperet: ſed per liberalitatẽ: uidelicet: quia putaret illum dignum eſſe eõ munere. Mandata ea quæ ſibi Bocchus mandauerat: uulgo nũc dicuntur commiſſiones. Sylla omnia pollicito cum Sylla omnia eis eſſet pollicitus. Ibidem: ſcilicet apud Syllam erat autem uice Sylla.

Marius: ordo eſt. Marius iubet & illos & Syllam uenire ab utica poſtquã uenit Cyrtham infecto negocio quo intenderat: & poſtq̃ eſt factus certior de aduentu legatorum: ſenſus patet. Infecto negocio: quia turrim regiam capere non potuit. Item. L. Belligerum prætorem: omnes ſenatorii ordinis: ſcilicet uenire iubet ad ſe Cyrtham. Dixi antea: q̃ cõſuetudo fuit: ut cõſul conuocaret principes exercitus & uiros ordinis Sẽatorii cum aliquid graue atq; arduum deliberãdum erat: ueluti ſi deditio ſuſcipienda eſſet: uel pax cum hoſte facienda: uel tale aliquid. Quibus cum: ideſt cum quibus Marius uocatis ad ſe Syllam quæſtorẽ: & L. Belligero prætore: & omnibus uiris ordinis ſenatorii: qui erant in exercitu cum his ſimul legatos Bocchi audiuit: & cognouit ea q̃ petebat Bocchus: & de conſilto eorum permiſit atque conceſſit: ut legati Romam ad ſenatum proficiſcerentur. Ex quinq; legatis tres Romam profecti ſunt: duo ad Bocchum redierunt. Mandata Bocchi: ideſt petitionem Bocchi. Romæq;. Dicit quid fecerint legati Bocchi poſtquã Romam uenerunt. Confeſſi ſunt regem erraſſe celere iugurthæ inductum. Et ita culpam delicti a rege remouentes in iugurtham tranſferebant. Deprecati ſunt: ideſt confeſſi ſunt. noua ſignificatio notanda eſt. Alibi deprecari eſt amoliri depellere: pro pulſare: unde hoc loco dicit deprecati: quia licet delictum confiterentur: tamen culpam delicti depellebant a regẽ: & eã in iugurtham tranſferebãt.

Marius interea exercitu in hybernis poſito cũ expeditis cohortibus & parte equitatus profici ſcitur in loca ſola obſeſſum turrim regiam quo Iugurtha pfugas omnes præſidium impoſuerat. Tum rurſus Bocchus ſcilicet ſeu reputando quæ ſibi duobus præliis euenerant: ſeu monitus ab aliis amicis quos Iugurtha incorruptos reliquerat ex omni copia neceſſariorum quinq; delegit: quorum & fides cognita: & ingenia ualidiſſima erãt. Eos ad Marium: ac deinde ſi placeat Romam legatos ire iubet agẽdarum rerum: & quocunq; modo belli componendi licentiam permittit. Illi mature ad hyberna Romanorum proficiſcuntur. Deinde in itinere a Getulis latronibus circunuenti: ſpoliatiq; paui di ſine decore ad Syllam profugiunt. Quem conſul in expeditionem proficiſcens pro prætore reliquerat eos ille non pro uanis hoſtibus: uti meriti erant: ſed accurate & liberaliter habuit. Quare barbari & famam Romanorum auaritiæ falſam: & Syllam ob munificentiam in ſeſe amicum eſſe rati ſunt. Nam etiam tum largitio multis ignota erat: munificus etiam nemo putabatur niſi pariter uolens: dona omnia in benignitate habebãtur. Igitur quæſtori mãdata Bocchi patefaciũt: ſimul ab eo petunt: uti fautor: conſultorq; ſibi adſit: copias: fidem: magnitudinem regis ſui: & alia quæ aut utilia: aut beniuolentiæ eſſe credebant: oratione extollũt. Dein Sylla omnia pollicitus: doctiq; quomodo apud Marium: item apud ſenatum uerba facerent: circiter dies ibidem. xl. opperiuntur. Marius poſtq̃ confecto negocio quo intenderat rediit Cyrthæm: de aduentu legatorum certior factus eſt. Illoſq; & Syllam uẽire iubet. Itemq; L. Bellienum prætorem ab utica. Præterea omnes undiq; ſenatorii ordinis: quibus cum mandata bocchi cognoſcit: iniquis legatis poteſtas eundi Romã fit: & ab conſule interea induciæ poſtulabãtur. Ea Syllæ & plæriſq; placuere pauci ferocius decernunt ignari rerum humana

Cæterum

tum:quæ fluxæ ſemper in aduerſa mutantur. Cæterū Mauri impetratis omnibus rebus tres Romam profecti:cum Cn.octauo Rufone: q quæſtor ſtipendium in affricā portauerat. Duo ad regem redeūt. Ex his bocchus cum cætera: tum maxime benignitatem:& ſtudium Syllæ libens accepit. Romæq; legatis eius poſtq̄ erraſſe regem & Iugurthæ ſcelere lapſum deplorati ſunt amicitiam & fœdus petentibus hoc mo// do reſpondetur. Senatus & popu.ro. beneficii & iniuriæ memor eſſe ſolet. Cæterum boccho quoniam pœnitet:delicti gratiam facit: fœdus & amicitia dabuntur cum meruerit. Q uibus rebus cognitis bocchus per litteras a Mario petiuit:uti Syllam ad ſe mitteret. Cuius arbitratu de negociis cōmunibus conſuleretur. Is miſſus cum præſidio equitū atq; peditū: funditorum balneatorū. præterea iere ſagittarii:& cohors pe ligna cū uelitaribus armis itineris ꝓperandi cā: neq; ſecus his atq; aliis armis aduerſum tæla ho ſtium quod ea leuia ſunt muniti erant:ſed in iti nere quinto deniq; die Volux filius bocchi re// pente in campis patentibus cum mille non am plius equitibus ſeſe oſtendit qui temere & effu ſe euntes:Syllæ aliiſq; oībus & numerum am// pliorem uero:& hoſtilē metū efficiebāt. Igitur ſe quiſq; expedire:arma atq; tæla tentare:inten// dere:timor aliquātus:ſed ſpes amplior: quippe uictoribus & aduerſum eos quos ſæpe uicerāt: iterim equites exploratum præmiſſi rē uti erat quietā nunciant. Volux aduenies quæſtorem appellat:dicitq; ſe a patre boccho obuiam illi ſi// mul & præſidio miſſum. Deinde per eū & pro// ximū diem ſine metu coniuncti eunt. Poſt:ubi caſtra locata:& diei ueſper erat:repente Mau// rus incerto uultu pauens ad Syllam occurrit: dicitq; ſibi a ſpeculatoribus cognitum:haud ꝓ// cul Iugurtham abeſſe. Simul uti noctu clam ſe cum profugeret rogat atq; horratur. Ille animo feroci negat ſe totiens fuſum Numidam per// timeſcere:uirtuti ſuorum ſatis credere etiam ſi certa peſtis adeſſet manſurū potius q̄ proditis his quos ducebat turpi fuga incerte ac forſi// tan poſt paulo iterituræ morbo uitæ parceret.

Cæterum Boccho facit gratiam.i.ignoſcit. Is miſſus.ſ.eſt. Peditū funditorū: funditores q funda pugnāt. Baliſtariorū. Baliſtæ ſunt ſaxa maiora & grauiora:unde Baliſtarii dicti ſunt. Cohors peligna:peligni populi ſunt latini. Luculus uoſcorum rex nepotes habuit pacinū:a quo pacinātes:& pelicū a quo peligni:ſin// guli populi latinorū auxilia mittebāt ad bella q̄ populus Ro.gerebat:peligni ergo cohortē una miſerāt. Cū uelitaribus armis.i cū armis le// uioribus:quibus uelites untunt. Nā uelites dicū tur milites leuis armaturæ: q grauibus armis ī pediti non ſūt:ſed expediti leuibus armis utunt & dicunt uelites quaſi uolitantes. Ergo cohors peligna:ut expeditior eſſet ad iter properandū uelitaribus armis nunc uſa eſt. Neq; his ſecus atq; aliis armis aduerſus tæla hoſtiū. q̄ ea leuia ſūt muniti erāt:his (inqt) armis uelitaribus ita muniti erant ſicuti aliis armis aduerſus tæla ho ſtium quia leuia ſunt arma uelitaria idonea ſūt cōtra tæla maurorū:quia tæla leuia ſūt. Neq; ſecus.i.nō aliter. Atq; pro q̄. Effuſe ſparſim ſi ne ordine. Syllæ aliiſq; oībus. Sylla & omnes alii exiſtimabant illos mille equites eſſe multo plures:& putabant eſſe hoſtes. Sed uolux miſ// ſus erat a patre Boccho obuiā Syllæ: & etiā ut præſidio eius tutior eſſet Sylla. Igitur:qa pu// tabant eos eſſe hoſtes. Spes amplior:amplior ſ.quia erat maior erat ſpes q̄ metus. Quippe uictoribus.ſ.erat:nā romani uictores ſæpe fue// rant:& ſæpe uicerant iugurtham & Bocchum.

Primū & proximum diem.i.primum & ſe// cundum diem. Locata.ſ.ſunt. Veſp diei.i. ultima pars diei. Maurus.ſ.uolux. Incerto. i.mobili & inſtabili uultu: quia in uultu colorē mutabat præ timore. Pauēs.i.timens:& ſtati cām timoris ſubiungit. Aio feroci.i.impaui do:audaci:forti. Fuſum.i.fractū: fugatum: & pulſum. Numidā.ſ.iugurthā. Satis credere dicebat.i.ſatis cōfidere. Nam credere ſignificat cōfidere: Vir.i buco.o formoſe puer nimiū ne crede colori. Et ſi certa peſtis adeſſet: manſu rum potius q̄ proditis quos ducebat:turpi fuga incerte:ac forſitan paulo poſt morbo interitu ræ uitæ parceret. Sylla dicebat. Nō timeo iugur thā totiēs uictū:& ſatis cōfido uirtuti meorū: mi litū:ſed ſi ēt certus eēm mecū meis ī pugna iter ficiēdū eē:fugere nō uolo:ſed uolo māere poti us & mori:q̄ turpiter fugeī & uitā ſeruare:q̄ ui ta forſitā paulo poſt morbo iteribit. Si certa peſtis.i:certa mors. Ordo ē:& dicebāt ſe potius māluīe ſi certa peſtis adeſſet:q̄ ut pceret uitæ in certæ:ac ſi forſitā paulopoſt iterituræ morbo dico pceret turpi fuga.i.p turpē fugam: pditis quos ducebat. Ac ſi diceret:melius ē:& uolo po tius māere:& glorioſe mori: q̄ turpiter fugere & uitā ſeruare. Proditis quos ducebat. Si Syl// la fugiſſet:pdidiſſet eos quos ſecum ducebat: quia oſtenderat eis ſe iturum ad Bocchum.

Quā incertæ uitæ pceret.i.uitā incertā ſerua tre:uita āt certa ē:q̄a nemo ſecurus ē:d uita ſua

Cæterum ab eo.monitus Sylla parere noluit uoluci ſuadenti:ut fugerent:qa turpe erat fugere:ſed paruit ei ſuadenti ut noctu proficiſceretur:qa hoc conſilium utile erat. Prima uigilia.i.prima hora noctis. Iamq; nocturno itinere Sylla cum uoluce ſimul tota nocte iter fecit.Et in ortu ſolis caſtra locauit.Tum equites uo lucis q præibant:nunciant iugurtham ante eum caſtra poſuiſſe circiter duorum millium interuallo hoc au dito romani crediderunt ſe perditos eſſe a uoluce.Et fuerunt qui dicerent:uolucem tanq; proditorem iter ficiendum eſſe. Sed Sylla prohibuit hoc fieri.

Credere:pro credebãt. Quãq; exiſtimabãt idem.Nam etiam Sylla credebat ſe a uoluce ꝓditum eſſe. Quãtum ſibi in prælio minus pe perciſſent:tantum tutiores fore:o milites quã to uobis minus in prælio parcetis:ideſt quanto magis pugnabitis tanto tutiores eritis parcere ſibi in ꝑlio:eſt pugnare nolle. Neq; quéq; de/cere'qui manus armauerit ab inermibus pedi/bus auxilium petere:i.dicebat uiuum armatum fugere. Nam petere auxilium a pedibus: nihil aliud ẽ:niſi fugere. In maximo metu nudum & cecũ corpus ad hoſtes uertere.& dicebat:de/cere in maximo metu uertere nudum & cecũ corpus ad hoſtes.i.contra hoſtes. O milites nõ decet uirum armatum fugere : ſed in maximo metu decet nõ ſolum armatum: ſed etiam iner me corpus uertere cõtra hoſtes. Nudum cor/pus.i.inerme. Et ita intendit argumentum .Si in maximo metu decet corpus inerme contra hoſtes uertere:quanto magis uos armatos de/cet ire contra hoſtem:& nõ fugere.Tota.n.in/tentio Syllæ eſt hortari militeſq; & perſuadere eis:ut non fugiant:ſed forti animo ſint. Cæ/cum.i:præceps ad pugnam:ut de fuga non co/gitet. Deinde uolucem.Ordo eſt:deinde Syl/la obteſtatus iouem maximum ut adeſſet teſtis ſceleris & perfidiæ Bocchi:iubet uolucem abi/re ex caſtris:quoniã fecerat hoſtilia: Sylla credi dit ſe eſſe ꝓditum a uoluce Boccho patre eius ita uolente.Et ideo cum aĩos militum oratione firmaſſet:ſtatim iuſſit ut uolux abiret ex caſtris Sed reuera uolux innocens erat. Quoniam hoſtilia fecerat.i.quoniã proditor fuerat: ſicuti ipſe credebat.Nam reuera nõ fuerat proditor.

Sceleris.atq; perfidiæ Bocchi teſtis adeſſet: quia credebat Bocchum miſiſſe uolucem filiũ: qui Syllam traderet in manus iugurthæ. Ille. ſ.uolux. Orare pro orabat. Nihil dolo fa/ctum.ſ.dicebat ;at magis calliditate iugurthæ.ſ. factum eſſe dicebat.ſ.ut iugurtha iter obſideret Nam hac de cauſa Sylla ſe a uoluce proditũ eſſe credidit:quia iugurtha copiis ſuis iter obſede/rat qua tranſiturus erat.Sed hoc dolo uolucis factum non erat:ſed potius aſtucia iugurthæ: qui per ſpeculatores iter uolucis explorauerat.

Cæterum quoniam uolux dicebat ad Syllã: o Sylla iugurtha magnam multitudinem nõ ha bet.Et totã ſpẽ ſuam habet in patre meo.Igitur me preſente nihil palam facere audebit. Bonũ igitur eſt:ut per media caſtra eius tranſeamus Sylla uolucis conſiliũ probauit:& ita per media caſtra iugur/thæ incolumes trãſierũt.Ex quo cognitũ eſt.In uoluce dolũ non fuiſſe. Illum.ſ.iugurtham. Cũ ipſius fi/lius.ſ.uolux filius Bocchi: Teſtis adeſſet.i:preſens eſſet.Nam qua fronte iugurtha Syllã inuaderet preſente uoluce filio Bocchi:in quo Boccho iugurtha ſpẽ ſuã totã habebat. Nihil palã auſurũ.ſ.dicebat. Quare.ſ. dicebas. Seſe uel ꝑmiſſis:ego uel ante mittã eqtes meos:uel etiã hic relinquã & tecũ:o Sylla ſolus trãſibo ut intelligas in me dolũ nõ eſſe: Ea res ꝓbata.ſ.eſt a Sylla. Vti in tali negocio.i.tãq; in tali re q̃ de ĩprouiſo ſuſcipiebat

Cæterum ab eodem monitus uti noctu proficiſceretur:cõſilium approbat:ac ſtatiz milites coe/natos eſſe in caſtris:igneſq; q̃ creberrimos fieri. Deinde prima uigilia ſilentio egredi iubet lam/q; noctorno itinere feſſis omnibus Sylla pari/ter cum ortu ſolis caſtra metabatur:cum equi/tes Mauri nunciant Iugurtham circiter duum milium interuallo ante eos cõſediſſe.quod poſt q̃ auditum eſt:tum uero ĩgens metus noſtros inuadit:credere ſe proditos a Voluce & inſidiis circunuentos. Ac fuere qui dicerent manu uin/dicandum:neq; apud illum tantum ſcelus inul/tum relinquendum. At Sylla quãq; eadem exi/ſtimabat:tamen ab iniuria maurũ prohibet:ſu os hortatur:uti fortem aĩum gererent:ſæpe an tea paucis ſtrenuis aduerſus multitudinẽ bene pugnatũ:quanto ſibi in prælio minus pepercif ſent tãto tutiores fore:nec quenq; decere quem mãus armauerat:ab inermibus pedibus auxili/um petere: in maximo metu nudum &cæcum corpus ad hoſtẽ uertere. Deide Volucem quo/niam hoſtilia faceret:Iouem maximũ obteſta/tus:ut ſceleris atq; ꝑfidiæ bocchi teſtis adeſſet: caſtris abire iubet. Ille lachrymans orare ne ea crederet: nihil dolo factum ac magis calliditate Iugurthæ cui uidelicet ſpeculanti iter ſuum co/gnitum eſſet. Cæterum quoniam neq; ingen/tem multitudinẽ haberet:& ſpes opeq; ex pa/tre ſuo penderent credere illum nihil palã auſu rum:cum ipſe filius teſtis adeſſet. Quare opti mum factu uideri per media eius caſtra palam tranſire ſeſe uel ꝑmiſſis uel ibidẽ relictis Mau/ris ſolũ cum Syla iturũ:ea res uti in tali nego/cio ſolet ꝓbata eſt:ac ſtatĩ ꝓfecti:qa de ĩprouiſo

ſuſcipiebaſ. Quia de improuiſo acciderat dubio atq; heſitante iugurtha. iugurtha dubitauit cū uidit Syllā & Volucem cum ſuis copiis per media caſtra ſua tranſeuntes. & quia hoc de improuiſo acciderat: iugurtha nō inuaſit eos. qa de improuiſo acciderat. ſ. ut romāi cū uoluce per media caſtra iugurthæ trāſirēt. neq; n. iugurtha hoc unq̄ putaſſet. Heſitante. i. dubitante. Quo ire intenderāt. ſ. ad locum ubi erat Boccbus rex. Ibi cum Boccho qdā numida Aſpar noīe multū & familiariter agebat. Præmiſſus ab iugurtha poſtq̄ Syllā accitū audierat orator. ſugurtha cū intellexiſſet Syllam accitum & uocatum a Boccho: p̄miſit ad Aſparē quēdā noīe legatū ad bocchum ut cō ſilia eius callide pciperet: hic Aſpar cū Boccho ualde familiariter uiuebat. Agebat. i. erat & habitabat. Præmiſſus orator. i. legatus. Sub dole: ſpeculatum Bocchi cōſilia ierat. Iuerat ad percipiendum aſtute & callide conſilia Bocchi Timebat enim iugurtha id quōd euenit: uideli/cet timebat ne Bocchus ſe cū Romanis coniun geret: ipſo iugurtha deſerto. Præterea Dabar Maſſagradæ filius ex gente Maſſiniſſæ: cæte/rum materno genere impar. Nam mater eius ex concubina nata erat: ob ingenia Mauro cha rus acceptuſq;. Erat (inquit) cū Boccho Dabar ex gēte Maſſiniſſæ carus & acceptus ipſi Boc/cho. Hūc Dabaré Bocchus miſit ad Syllā qui ei nūciaret ſeſe paratū eſſe facere qcquid populus romanus uellet. Præterea Dabar. ſ. erat. Cæ/terum maternogenere impar: q̄uis eſſet ex gen te Maſſiniſſæ. tamē propter genus maternū nō erat par cæter is qui erant ex gente Maſſiniſſæ. Nam mater Dabaris ex concubina nata erat.

accideratdubio atq; heſitante iugurtha incolu/mes tranſeūt. Deinde paucis diebus quo ire in/tenderant peruentū eſt: ibi tū Boccho quidā nu mida Aſpar noīe multū & familiariter agebat: præmiſſus a iugurtha: poſtq̄ Syllam accitū au/dierat oratum & ſubdole ſpeculatū Bocchi cō/ſilia ierat. Præterea Dabar Maſſagradæ filius ex gente Maſſiniſſæ: cæterum materno genere impar. Nam pater eius ex concubina ortus erat Mauro ob ingentia facta carus: acceptuſq;: quē Bocchus fidum multis antea tēpeſtatibus exp tus: illico ad Syllam nunciatum mittit paratum ſeſe facere quæ populus romanus uellet: collo/quio diem: locum: tempus ipſe deligeret conſul ta ſeſe omnia cum illo integra habere: neu Iu/gurthæ legatum pertimeſceret q; eo aduocatuſ eſſet quo reſ communis licentius gereretur. nā ab inſidiis eius aliter caueri nequiuiſſe. ſed ego comperio Bocchum magis punica fide q̄ ob ea quæ prædicabat ſimul romanos & Numidiam ſpe pacis detinuiſſe: multumq; cum ſuo animo uoluere ſolitum: iugurtham Romanis an Syl lam traderet: libidinem aduerſum nos metum pro nobis ſuaſiſſe. Igitur Sylla reſpōdit ſe pau/

Ob ingenia: quia ingenium Dabaris place/bat Boccho: Mauro. ſ. Boccho. Quē Boc/chus fidum eſſe Romanis. Bocchus poſtq̄ ītelle xit Syllā aduenīſſe: miſit Dabarem ad eum: qa cognouerat eum eſſe fidum Romanis. Seſe: oīa cum illo integra habere: hoc ideo dicitur: ut oſtendat ſe nihil egiſſe ſeu tractaſſe cum Aſpa/re legato iugurthæ: ſed omnia integra in aduē/tu Syllæ reſeruaſſe. Integrum dicitur de quo ni/hil tactū aut diminutū. Dicit ergo ſe nihil quod ad pacem aut ad bellū pertineret tractaſſe cū le gato iugurthæ: ſed oīa Syllæ integra reſeruaſſe

Neu. i. & ne. Neu iugurthæ legatū pertime/ſceret quo res cōmunis licentius gereretur. Iugurtha callidiſſimus fuit. Nā poſtquā intellexit Syllā a Boccho accitū fuiſſe: prior miſit Aſparem legatū ad Bocchū: atq; hoc fecit ne Bocchus & Sylla aliquid cōtra ſe tracta rent: atq; eo miſit legatū ſuum: qui ſemp colloquiis Bocchi & Syllæ intereſſet: ne aliqd cōtra ſe tractarēt. q; ſi Bocchus legatum iugurthæ a colloquiis in qbus de rebus coībus agebaſ apte prohibere uoluiſſet: illico iu/gurtha ſe a Boccho proditū eſſe intellexiſſet. iuſtū enim erat ut legatus iugurthæ colloquiis Bocchi & Syllæ intereēt: in uqibus de rebus agebaſ: quæ cōmunes erant Boccho cū iugurtha. Nam Bocchus & iugurtha ſo/cii fuerāt in bello. Res cōmunis: uidelicet ad ſe & ad romāos pertinens. Gereret: tractaret. Nā ab inſi/diis ſæuis aliter ſe cauere nequiſſe. īſidias iugurthæ aliter euitare nō potui. inſidias iugurthæ appellat: qa mi/ſerat legatū q; oīa cōſilia Bocchi pciperet: & colloquiis Bocchi & Syllæ intereſſet. Sed ego cōperio. i. mani feſtū & certū hēo. Bocchus oñdebat & prædicabat ſe pacis cōcordiā quærere inter romāos & iugurthā: atq; iō Syllā acciuiſſe ut de pace cū ipſo tractaret. Sed reuera (inqt) Saluſtius. Ego cōperio Bocchū romanos & iu gurthā in ſpe pacis tenuiſſe. nō quia reuera pacem quæreret inter ip̄os: ſed ut alterutros p̄duceret atq; ita im periū ſuū augeret ſicuti fecit. Nā tādem iugurthā prodidit romāis. Punica fide. i. ob punicā fidem: uidelicet ut p̄deret uel iugurthā romāis: uel Syllā iugurthæ. Nā fides punica ē aliud p̄mittere & aliud p̄ſtare. Nā puni ci. i. affri. igēio mobiles ſūt & infidi: raro uel nunq̄ p̄miſſa ſeruātes. Punica fide. i. mobili & fluxa fide qualis ē fides afrorū: Quā ob ea quæ p̄dicabat: qa uerbis oſtēdebat ſe quærere pacē iter romāos & iugurthā. Li bidinē aduerſū nos: metū ſuaſiſſe p̄ nobis ſubaudi cōperio. Cōperio illū uoluiſſe tradere Syllā iugurthæ: ſed metuiſſe. Libido ergo cōtra romāos ſuadebat: qa Bocchus cupiebat tradere Syllā iugurthæ. Metus pro ro manis ſuaſit: qa dū Bocchus romāos metnit: nō Syllā iugurthæ. ſed iugurtham Syllæ tradidit. Igitur pauca

Sylla reſpõdit.Ordo eſt.Igr̃ Sylla reſpõdit ſe locuturũ pauca corã Aſpare.& locuturũ eſſe cætera occulte aut nullo exiſtẽte aut q̃ pauciſſimis p̃ſentibus.Sylla Boccho p Dabaré qui ad ſe miſſus fuerat.reſpõdit ſe nolle p̃ ſente legato iugurthæ aliquid tractare cũ Boccho.Et ĩõ ſe pauca locuturũ dicit.illo p̃nte.cætera aũt occulte uel nullo uel pauciſſimis p̃ntibus.Deinde docet:quõ Bocchus reſpõdeat ſibi legato iugurthæ præſente. Docuit ãt ut Bocchus ſibi quæréti pacẽ an bellũ uellet,reſpõderet ſic:uidelicet ut ipſe Sylla rediret poſt decẽ dies.Et tũc ſe reſpõſum ei eẽ daturũ.nõdum.n.decreuiſſet aliqd. Quæ ſibi reſpondeant.ſ.a Boccho præſente Aſpare legato iugurthæ. Sicut uoluerat.ſ.Sylla.Nam Sylla locũ & diem conſtituerat quo in colloquium uenirent. Congreſſi:ſcilicet ſunt.i.conuenerunt. Vti præceptum fuerat.ſ.a Sylla:quia ut dixi:Sylla docuit & præmonuit:ut Bocchus ita ſibi reſpõderet. In hoc ãt colloquio intelligius Aſparẽ fuiſſe præſentẽ

Ambo.ſ.Bocchus & Sylla. Sed ubi:hic incipiunt tractari conſilia ꝓditionis. Ab utroq̃ tantũmodo:quia nẽo mtererat p̃ter ipſum Bocchum & Syllam. Fidi interpretes adhibent:quia nec Boechus linguã romanã:nec Sylla linguam maurorũ nouerat. Et ideo opus erat interprete. Adhibent:aſſumunt apponunt. Dabar internũcius.i.interpres. Sancte iurat:ex ſentẽtia ãbobus iurat ſe fideliter interpretaturũ. Ac ſtatim rex ſic incepit:ſcilicet loqui.

Nunq̃ ego.in hac oratione Bocchus duo facit: Nam primo oſtendit animũ ſuũ erga Syllã. Dicit.n.ſe multũ Syllæ debere:nihilq̃ ſibi charius eẽ amicitia Syllæ.Deide dicit ſe bellũ ſuſcepiſſe nõ contra romãos:ſed ut regẽ ſuũ tueret. Nunquã:nunq̃(inquit)putaui fore uti rex tam magnus q̃tus ego ſum hoi priuato tantũ deberet q̃tum tibi debeo o Sylla. Rex.ſ.ego. Priuato homini.ſ.tibi o Sylla. Gratiam deberet.i. obligatus eſſet. Ille gratiã debet qui ob beneficium acceptũ alicui obligatus eſt. Hercle.i.p Herculem. Hercle Sylla.O Sylla anteq̃ te cognoſcerem.certe ego & ſponte:& rogatus multis hoĩbus opẽ tuli:& nunq̃ ab aliquo opẽ petii quia non egui. Egomet ultro.i.ipõte:quia nemo rogabat me. Nullius indigui.ſ.hoĩs uel rei.Et ex hoc potentiã ſuam oſtendit:quia ipſe multis petẽtibus auxiliũ & opem tulit.multis ẽt non petentibus ſponte henetecit. Et ipſe nunq̃ alicuius auxilio indiguit:nec ab aliquo opẽ petiit anteq̃ cognoſceret Syllã: ſed poſtq̃ cognouit Syllam:dicit ſe aĩcitiæ eius eguiſſe. Ante cognitũ.i.anteq̃ te cognoſcerẽ. Id ĩminutũ mihi:qd̃ cæteri doleẽ ſolẽt.ego lætor.Anteq̃ te cognoſcerẽ:nullius rei indigui.ſed poſtq̃ te cognoui idigui aĩcitiæ tuæ.Sed ego lætor hac re q̃ cæteri ſolẽt dolere.Nã qs ẽ q̃ nõ doleat:ſi idigere ĩcipiat q ãtea nunq̃ idiguit.ordo eſt.Ego lætor id eẽ ĩminutũ mihi:qd̃.i.ꝓpterea qd̃ cæteri ſolẽt dolere. Id ĩminutũ mihi:qa idigere cœpi poſtq̃ te cognoui:qui antea nunq̃ indigueram. Fuerit mihi preciũ aliquando eguiſſe aĩcitiæ tuæ.hoc eſt in lucrũ:non in dãnum reputetur me ita indiguiſſe quẽadmodũ indigui põſtq̃ te cognoui:quia lucrum mihi eſt: nõ dãnum: neq̃ diſpendiũ amicitia tua:qa ego indigui.nihil.n.eſt mihi carius tua amicitia. Id adeo expiri licet:o ſylla tu potes expiri ſi uis an carã hẽam aĩcitiã tuã.Et ita rex liberaliſſime qcqd hẽt offert Syllæ:ut accipiaẽ & utatur q̃tũ & quouſq̃ uelit. Sume:accipe. Et quoad uiues nunq̃ tibi redditã gratiã putaueris: ſemp apd̃ me itegra erit:hoc ẽ donec uiues nunq̃ exiſtimes me tibi gratiã rettuliſſe,p tuis erga me beneficiis: ſed me tibi debere ita ac ſi nunq̃ tibi aliquã gratiã rettuliſſem.Et ꝓpterea rebus meis ſemper utitur:quia ſemp exiſtiabo me ita tibi debere:ac ſi nunq̃ tibi gratiã rettuliſſem,p tuis ĩ me beneficiis.Nã gratia tua apud me ſemp integra erit. Nihil uoles fruſtra:qa quicquid uoles hẽbis a me. Nã ut ego exiſtĩo:puto(inquit)eẽ miuſ turpe ſi rex uicaẽ armis q̃ ſi uincaẽ liberalitate.Et ꝓpterea nõ patiar uinci a te liberalitate & munificẽtia. Dixit

ca corã Aſpare locuturũ·cætera occulte aut nullo præſente aut q̃ pauciſſimis ſimul edocet quæ ſibi reſpõderẽtur poſtq̃ ſicuti uoluerat congreſſi dicit ſe miſſum a conſule ueniſſe:quæſitũ ab eo pacem an bellum agitaturus foret. Tum rex uti præceptum fuerat:poſt diem decimum redire iubet. At nihil etiam decreuiſſe:ſed illo die reſponſurum. Deinde ambo ad ſua caſtra digreſſi.ſed ubi plærunq̃ noctis proceſſit Sylla a Boccho occulte accerſitur ab utroq̃ tantũmodi fidi interpretes adhibẽtur. Præterea Dabar ĩternũcius ſanctus uir iurat ex ſentẽtia amborũ ſtatĩ ſic rex incipit. Nunq̃ ego ratus ſum fore uti rex maximus in hac terra & oĩum quos opulẽtiſſimus noui priuato homini gratiã debere: & me hercule Sylla ante te cognitum multis orationibus aliis ultro egomet opem tuli: nullius indigui. Id eſſe imminutum quod cæteri dolere ſolent:ego lætor:fuerit mihi eguiſſe aliquãdo precium tuæ amicitiæ:qua apud animũ meum nihil carius habeo.id adeo experiri licet:arma: uiros:pecuniam.poſtremo quicquid animo libet ſumme utere:& quoad uiues nunq̃ tibi reddĩtam gratiam putaueris:ſed ſemper apud me integra erit. Deniq̃ nihil me ſciente fruſtra uoles Nam ut ego exiſtimo regem armis q̃ munificẽtia uinci minus flagitioſum. Cæterum de republica ueſtra:cuius curator huc miſſus es paucis

supra Syllam liberalissimū fuisse in legts Bocchi:qđ' fecit legatis.Boccho fecit. Cæterū:nūc trāsit aliam p tem ut ostendat quare bellū susceperit.& factū suū excusat. Paucis uerbis. Accipe:audi. Fines meos mu/ lucha flumen diuidebat regnū Bocchi a regno Numidiæ.Sed Bocchus reuera fines suos egrediens gesserat bellū contra romanos in numidia.Quomō ergo dicit fines suos tutatū esse:cum non fines suosNumidiā de scendere uoluerit.Hoc ideo dicit.quia sicuti etiā supra dixit parté Numidiæ iure belli factā esse putabat. Sed

accipe. Bellū ego populo ro. neq; feci:neq; factū unq̄ uolui. Fines meos aduersum armatos tu/ tatus sum. Id omitto: quoniā ita uobis placet. Gerite uti uultis cum iugurtha bellum. ego flu men mulucham: quod inter me & Micipsam fuit nō egrediar. neq; id iugurthā intrare sinam. Præterea si quid me uobisq; dignum petieris, haud repulsus abibis. Ad ea Sylla pro se breui/ ter & modice. de pace: deq; cōmunibus rebus multis differuit. Deniq; regi patefecit: qđ' polli ceatur senatū & po. Ro. quoniā armis amplius ualuissent nō in gratiā habiturū: faciendum ali quid quod illorum magis q̄ sua retulisse uidere tur. id adeo in prōptu esse: quoniam iugurthæ copiā haberet quem si romanis tradidisset fore ut illi plurimū deberetur: amicitiā. fœdus. Nu/ midiæ partē quā nunc peteret tunc ultro aduē/ turam. Rex primo agitare cognationem affini tatē: peæterea fœdus interuenisse. Ad hoc me/ tuere ne fluxa fide usus popularium aios auer/ teret: quis & iugurtha carus & romāi iuisi erāt. Deniq; sæpius fatigatus lenitur & ex uolunta/ te Syllæ omnia se facturum promittit. Cæte/ rum ad simulandum pacem cuius Numidia de fessus bello auidissimus erat: quæ utilia usa cō/ stituunt. Ita composito dolo digrediuntur: At rex postero die Asparem iugurthæ legatum ap pellat. Dicitq; sibi p Dabarem ex Sylla cognitū posse cōditionibus bellum cōponi. Q uāobrē regis sui sententiā exquireret: ille lætus ī castra

Romāi hoc ferī nolebāt: uidelicet ut Bocchus partē Numidiæ sibi uēdicaret: & eā tanq̄ suam bello defenderet. Vnde nunc Bocchus dicit: id omitto: quoniā uobis ita placet. ac si diceret: no lo amplius putare fines meos esse in Numidia neq; de Numidia ulterius uolo esse sollicitus fi/ nes regni mei muluch am flumen eē putabo: & hos fines non egrediar: neq; sinam intrare iu/ gurthā hostē uestrū. Et in hoc sūma totius rei erat: uidelicet ut Bocchus abstineret a Numidia. & iugurthā regē Numidiæ nō iuuaret: quē usq; nūc tuerat sub specie & sub colore defendēdi regni sui: quia partē Numidiæ suam eē dicebat. Sed nūc Bocchus cedit: & se in posterū a numi dia prorsus abstinere uelle dicit. Haud repul sus abibis: non abibis repulsus: qa præstabo libē ter quodcūq; petieris. Pro se breuiter & mo dice. ſ. deseruit: Sylla ut rīspōderet Boccho opor tebat ut & de seipso diceret & de repu. qa Boc/ chus in oratione sua has duas partes tetigerat. Igitur Sylla de seipso pauca dixit: uidelicet exte nuans merita sua: quæ Bocchus oratiōe sua am plificauerat. Modice. i. moderate. De pace & de oībus. ſ. quæ ad rempubl. pertinebant.

Deniq; regi patefecit q; polliceaf senatam & populū romanū q armis amplius ualuissent nō īgratos abituros: si faciundū aliqd: quod illorū magis q̄ sua retulisse uideret. O Bocche ego polliceor tibi q; senatus populusq; romanus nō erūt ingrati: si tu eis aliquod beneficiū p̄stiteris: quod magis ad illos ptinet q̄ ad me. Nam qui armis tecū certauerūt: & uicerūt officio nō uin centur. Hoc aūt beneficiū maximū eis præsta/ re potes: si iugurthā uidelicet eis tradideris. hoc beneficio tibi plurimū debebunt. & nō erūt in/ grati. Nā & amicitiā & fœdus & partem Numi diæ quā petis nūc: sponte tunc tibi cōcedēt. Or do est. Deniq; Sylla patefecit regi: q; ipse Sylla polliceaf Senatū populūq; romanū q ualuissēt āplius armis nō abituros. i. nō futuros ingratos si uideret esse faciundū aliqd: qđ' rettulisset ma gis illorum q̄ sua: Qui armis ampliuſ ualuissēt hoc ideo dicit ut ostendat romanos futuros eē gratos si aliquod beneficium acceperint a Boccho: & ita superaturos esse Bocchum officio: quemadmodū superauerunt armis & bello: ut plus reddant q̄ acceperint. Quo illorum magis q̄ sua rettulisset: id ē quod magis pertineat ad illos q̄ ad ipsum Syllam. Sua ablatiui casus est: quia refert semper cum genitiuo construi tur: nisi in quinq; pronoībus: in quibus loco genitiui ponitur ablatiuus. scilicet mea tua sua nostra & uestra.

Rex primū negare: pro negabat. Rex primo respondit se nolle tradere iugurtham romanis: quia affini/ tatem & fœdus cum ipso habebat. Affinitatē: quia sicut supra dixit: filia iugurthæ Boccho nupserat. In teruenisse. ſ. dicebat. Ad hoc metuere. ſ. dicebat. Bōcchus ita respondet. O Sylla: multæ causæ sunt: quæ me deterrēt: & dehortātur ne iugurthā romanis tradā. Primū quia affinitatē habeo cum iugurtha: deide fœ dus & societas est mihi cum ipso. Postremo timeo ne si romanis tradidero iugurthā: auertā & alienē a me aios populorū q & iugurthā diligūt: & romāos odio hēnt. Fluxa fi. u. i. mobili & īstabili fide usus. ſ. tradēdo iugurthā cū quo fœdus & societatē hēbat. & Populariū aios. a. i. aios populoq; a se aliēauerit. Digrediun/ tur: ī diuersa loca discedūt. ſ. Bocchus & Sylla. Per Dabarē: interptē. Bellū poni. i. deponi: Quāobrem

O Aſpar ego intelligo a Dabare placere Syllæ ut bellū cōponatur & pax fiat. Vade ad iugurthā regem tuū. Et uide quid ei placeat. Deinde huc redeas. Cuncta edoctus. ſ. iugurtha. Sæpe antea cū impatoribus romanis pacē conuentā fruſtra fuiſſe. Sicuti pax facta cum Calphurnio Beſtia conſule. Et cum Aulo fratre Albino conſulis. Nā Senatus utrāq; pacē improbauit & reſcidit: ſicuti uiſum ē ſupra. Pacē conuētam. i. pacē cōpoſitā. Cæterum. ſ. dicebat Aſpar legatus iugurthæ: ut Bocchus daret operā ut ueniret ab oībus una in colloquiū quaſi de pace: atq; ibi traderet Syllam: ſi uellet eſſe conſultū ambobus. & pacem eſſe ratam. Iugurtha per Aſparem legatum ſuum cum Boccho tractabat: ut ſibi traderet Syllam. & econtra. Sylla cum Boccho tractabat: ut ſibi traderet iugurtham. Bocchus idem utriq; pmiſit. Nam & Syllæ promiſit ſe ingurthā traditurum eſſe ei. & iugurthæ uel legato eius promiſit ſe Syllā ei traditurū eſſe. Et ut uſq; ad ultimam noctē quæ diē præcedebat colloquii. Bocchus dubius ſtetit: utrum faceret. Sed tādem iugurtham romanis tradidit. Ambobus: uidelicet Boccho & ipſi iugurthæ. Conſultum: pro uiſum. Cum talem uirum. O Bocche ſi mihi Sillam tradideris: tūc ſenatus populuſq; romanus fœdus nobiſcum faciet. Non. n. relinquet i poteſtate hoſtium uirum tā nobilem captū nō propter ignauiam ſuam: ſed propter rempub.

Tunc fore. ſ. dicebat. Non relictū ire in poteſtate hoſtiū. i. non eſſe relicturū. Diu uoluens. i. cogitans. Cæterum dolo an in re cunctatus parū comperimus. Bocchus anteq; pmitteret ſe traditurum eſſe Sillā iugurthæ: diu ſecū cogitauit. Nunc Saluſtius dicit. Non ſatis certū habeo: Bocchus doloſe ne & ficte: an in ueritate diu ſecum cogitauerit quid faceret. fortaſſe enim fingebat ſe cogitare quid faceret: cum tamē iam deliberaſſet. forte etiam in ueritate cogitabat & non fingebat. Sed uoluntates regum ualde mobiles ſunt. Facile enim mutāt: & non numq̄ ipſæ ſibi contrariæ ſunt. An in re. i. in ueritate. Cūctatus. ſ. fuerit. i. moratus in cogitatione deliberationis: quia dixit diu uoluens tandē promiſit. Poſtea tēpore. Ecce Bocchus apud ſe & Syllam & legatū iugurthæ habet. Vtriq; idem promiſit. Syllæ promiſit ſe traditurum ei iugurtham. Legato iugurthæ, pmiſit ſe Syllam iugurthæ traditurum. in hac, pmiſſione & Sylla & legatus iugurthæ gaudent & exultēt. Bucchus ſeparatim aliquādo Syllam: aliquādo legatum iugurthæ appellat eos benigne tractat. Diem & locum conſtituit: in quo ipſe bocchus & Sylla & iugurtha ſimul cōueniāt: & de pace colloquātur & tractent. Bocchus Syllā mō: mō legatū iugurthæ appellare: id ē bocchuſ aliquando Syllam: aliquando iugurthæ legatū appellabat. Benigne habere: id eſt liberaliter tractabat. Pleni eſſe: pro erāt. ſ. Sylla & legatus iugurthæ.

Iugurthæ proficiſcitur. Deinde cōtra ab illo dōctus properato itinere poſt diē octauū redit ad Bocchum. & ei nunciat iugurtham cupere omnia quæ imperarentur facere: ſed Mario parū confidere. Sæpe antea cum imperatoribus romanis pacem conuentam fruſtra fuiſſe. Cæterum Bocchus ſi ambobus conſultum: & ratā pacem uellet: daret operam ut una quaſi de pace in colloquium conueniretur: ibique Syllam ſibi traderet. quum talem uirum in poteſtate habuiſſet tum fore uti iuſſu. S. P. Q. R. fœdus fieret: neque hominem nobilem non ſua ignauia captum: ſed ob rem populi Romani in hoſtium poteſtate relictum iri. Hæc Maurus ſecum ipſe diu uoluens tandem promiſit. Cæterum dolo an uero cunctatus parum comperimus: ſed plærunque regiæ uoluntates ut uehementes ſic mobiles: ſæpe ipſæ ſibi aduerſæ. Poſtea tēpore & loco cōſtituto i colloquiū uti de pace cōueniretur. Bocchus Syllaꝫ modo: modo iugurthæ legatum appellare: benigne habere: idem ambobus polliceri: illi læti pariter ac ſpei bonæ eſſe pleni: ſed nocte ea quæ proxima fuit ante diem colloquio decretum Maurus adhibitis amicis: ac ſtatim immutata uolūtate remotis a ſe cæteris dicitur ſecum multa agitauiſſe uultu colore ac metu corporis pariter atque animo uarius: quæ ſcilicet ipſo tacente occulta pectoris oris immutatione patefecit: tamen poſtremo Syllam accerſiri iubet: & ex eius ſentētia Numidæ inſidias tendit. deinde ubi dies aduenit & ei nunciatū eſt: iugurtham haud longe

Sed nocte ea. Ordo eſt. Sed ea nocte proxima quæ fuit ante diem decretum colloqo. Bocchus dī ipſe ſecū agitauiſſe multū: adhibitis aīcis: ac ſtatim remotis mutata uoluntate. & ille uarius uultu colore motu corpis pariter atq; animo dicit patefeciſſe occulta mutatiōe corporis & oris ipſo ita tacēte. Vide qd fecit Bocchus ea nocte quæ præcedebat diem: in quo colloquiū futurū erat. Bocchus incertus & dubius qd faceret: uocauit ad ſe amicos ſuos ut ſuū cōſilium cū eis cōmunicaret. deinde ſtati mutata uoluntate eos abire iuſſit. Atq; ita ſolus diu ſecū cogitauit: rē uaria mēte ptractans: atq; ipſam animi uarietatē uario colore uultus ac uario motu corpis oſtēdēs: ut ipſo tacēte cordis eius archana corpis & oris mutatiōe panderent. Tandem uocato ad ſe Sylla pro uoluntate eius inſidias iugurthæ tetendit. Numidiæ. id eſt iugurthæ. Dies aduēit: ī quo colloquium

loquim erat decretum: Quæstore nostro.s.Sylla. In tumulum uisu facillimum insidiantibus qui insidiis erant facile hunc tumulum uidere poterant. Eodem:in hunc tumulum iugurtha cum paucis suis amicis ue nit inermis:quia sic erat constitutum ut omnes sine armis in colloquium uenirent. Cæteri obtrũcati scili cet sunt. Omnes qui erant cum iugurtha interfecti sunt præter iugurtham. Nam ipse uinctus Syllæ traditus est. & ab eo ad Marium deductus. Atq; ita finis bello iugurthino impositus est. Vinctus: ligatus. Per idẽ tempus. hoc ad bellum iugurthinum nõ perti net:sed cãm ostendit quare secundo Marius cõ sul factus est. Male pugnatum: hoc .n. dicit: quia Qu. Seruilius Cepio consul. & M. Man lius proconsul a Gallis cimbris uicti prælio ca/ strisq; binis exuti sunt militum milia octingen ta occisa. Calonum & lixarum quadraginta mi lia. Bona. Qu. Cepionis: cuius temeritate cla/ des accepta est: publicata sũt: imperiumq; ei ab rogatum est. Illiq; & usq; demum ad nr̃am memoriam romani sic habuere. Alia oĩa uir tuti suæ prona esse: cũ Gallis pro salute; non p gloria certare. Galli semper bellicosissimi fue/ runt: & sæpe romanos bello superarunt. Deni q; aliquando urbem ipsam Romam ceperũt: præter Capitolium. Vnde nunc Salustius dicit Et illi Romani qui eo tempore fuerunt quo ui cti sunt duces nostri a Gallis. & etiam qui secuti sunt usq; ad tempora nostra: hanc opinionem habuerunt: Romanos cæteras gentes bello su perare & subigere posse p̃ter ipsos Gallos. Nã cum ipsis gallis Romãos certare pro salute ma gis q̃ pro gloria: id est certare cum Gallis nõ ut eos subigant. sed ne ab ipsis subigantur. Ille p salute pugnat: qui pugnat ut se defendat ne alte rius imperio subiiciatur. ille uero pro glo/ ria pugnat qui pugnat: ut alium suo subiiciat imperio. Ergo pugnare pro salute: est pugna/ re ex necessitate pro libertate sua: ne alterius sua: ne alterius ditioni & imperio subiiciatur. Pugnare pro gloria est pugnare non pro neces sitate: sed ut alios suo impio subiiciat. & ita glo/ riam suam augeat. Illique: id est Romani: qui illo tempore fuerunt: quo uicti sunt. P. Scipio & Man/ lius duces nostri a Gallis. Et usq; ad nostram mẽoriam: id est Romani qui postea secuti sunt usq; ad tem/ pora nostra. Sic habuere. id est sic existimauere. sic putauerunt. Alia omnia uirtuti suæ prona esse: id ẽ alia omnia uirtute sua uinci posse. Nam illud dicitur pronum uirtutĩ meæ: quod uirtute mea domaĩ & uin/ citur. Alia omnia uirtuti suæ prona. i. facilia & procliuia uirtuti romanæ. Ac si diceret. Romani existima/ uerunt hoc: uidelicet alias esse oés gentes præter Gallos: uirtute sua uinci & domari posse: sed Gallos gentẽ esse cum qua dimicandum sit: non ut eam subigant: sed ne ab ipsa subigantur. Ex ea tempestate: ex eo tem pore omnes, spes & ops ciuitatis in Mario positæ sunt.

esse cum paucis amicis & quæstore nostro qua si obuius honoris causa procedit in apertu3 tu mulum facillimum uisu insidiantibus: eodẽ nu midia cum plærisq; necessariis suis inermis: uti dictum erat accedit: ac statim signo dato undiq; simul ex insidiis inuaditur. Cæteris obtrũcatis iugurtha uictus Syllæ traditur: & ab eo ad ma rium deductus est: Per idem tempus aduersu3 gallos ab ducibus nostris. P. Scipiõe &. M. Mã lio male pugnatu3 est. Q uo metu Italia oĩs cõ tremuerat. Illiq; & deinde omnes Romani usq; ad nostram memoriam sic habuere alia om/ nia uirtuti suæ prona esse: cum Gallis pro salute non pro gloria certare: Sed postquam bellum in Numidia cõfectum Iugurtham Romã uin/ ctum adduci nunciatum est: Marius cõsul ab/ sens factus est: & ei decreta prouincia Gallia: Isq; calẽdis Ianuarii magna gloria triũphauit: Ea tẽpestate spes atq; opes ciuitatis in illo sitæ.

C. Crispi Salustii de bello Iugurthino. Finis.

Lector memento scriptum esse in iugurthino. Deinde postero die per Saritiam legem senten tiis exqui/ sitis in deditionem accipitur ubi mendum tollendum est & legendum per Satyrã legem: non per Saritiã. Nã lex Satyra ẽ anctore Diomede grãmatico quæ uno rogatu multa. s. & naria, comprehẽdit: ut uultis: iu/ betisne ut cũ iugurtha bellum cõponatur: elephantos tradat omnes: transfugas reddat uniuersos.

Finis.

COM. IO. CHRYSOSTOMI BRIXIANI

PORTII LATRONIS DECLAMATIO CONTRA LVCIVM SERVIVM CATILINAM.

Si quid præcibus apud deos immortales ſanctiſſimi iudices uobiſcum aliquando ualuiſſemus: iam dudum & potiremur Repu. noſtra florentiſſima: & ciues noſtros haberemus tum ſtudioſos rerum gerendarum: tum patriæ ſimul ac uirtutis amantiſſimos. Idq; temporis eximia lætitia frueremur: cum rationes omnes dicendi noſtras in laudem ſummorum atq; optimorū ciuiū cōſumēdas eſſe uideremus. Nihil. n. ſtatuimus aio dignius nec auctoritate maiorū: nec opinione populari q̄ in eo genere uerſari forenſis exercitationis: quæ cāere laudes egregias ſummorum hominum poſſet atq; aīos inflāmare noſtræ ciuitatis ad imitandum: uerum ea dicendi uol optas olim ſapientiſſimo uiro. M. Catoni plane contigerit: necnon & Galbæ. Scipioni: Gracchis: Porcinæ: Craſſo atque Antonio ſummis atque ornatiſſimis oratoribus: quorum tempora ſingulari præſtātia uirtutis ac ſtudio pene incredibili pulcherrimarum artium floruerunt: nobiſcum uero ſententia noſtra bene ageretur: ſi modo tantum abeſſemus ab illa modeſtia temporum atq; hominum: nec in atrociſſimos Reipublicæ fluctus: ac miſerandam temporum calamitatem. M. ſiquidem Catoni aut Scipioni coætaneo ſuo monumentis immortalibus huius urbis & ſine dubio clariſſimis luminibus tempoū ſuoꝝ. De legibus dicendū erat de inſtitutis maiorum de gloria militari: perſæpe de laudibus ac uictoriis. Nobis uero: q deuenimus in hanc trucuientam temporum conditionem: ſublata eſt omnis gratia dicendi: atque interceptus locus omnis: aut iucundiſſimi ſermonis: aut conciliandæ beniuolentiæ popularis. Nam ſi quando uox noſtra ſiue a foro ſiue a curia deſideratur: dicendum eſt perpetuo nobis aut de tetertimis huius patriæ calamitatibus: aut de nephariis oppreſſionibus ciuium: aut deperditæ iuuentutis nunc impudicitia flagitioſa nunc ignauia ſingulari. Quare peſtium quanta indies redundatio eſt: uos eſtis teſtimonio iudices: Quorum aures caluerunt aſſiduitate pœnæ quottidiana: copiaque incredibili ciuilium controuerſiarum. Diximus equidem paucis ante diebus: ut probe memini ſi e poteſtis de. L. Glabrionis immanitate: atque audacia furioſiſſimi hominis & ſine dubio crudeliſſimi: Cuius in Senatu ſica pridie deprehenſa eſt: cum qua: M. Papirium lucem omnis patriciæ dignitatis extinguere moliebatur. Nunc uero dicendum eſt de. L. Catilinæ ſceleratiſſima mente: atque inuſitata nequitia: quam nuper in omnium ciuium perniciem: ſtragemque redundaturam: dii immortales in auctorem ſceleris tum benignitate ſua: tum conſulari uigilia retorſerunt. Quæſo igitur iudices diligenter attendite: remque cognoſcite barbaram crudelitate: periculo uero & calamitate reipublicæ pernicioſiſſimam. Lucius ſiquidem Catilina non ignobili genere præditus: neq; infima uirtute: ſi dotes egregias: tum fortunæ: tum corporis ad dignitatem urbis: non ad perniciem conferre ſtatuiſſet: rempublicam nuper ex atrociſſimis bellorum ciuilium uulneribus pauliſper reſpirantem nouis inſidiis opprimere conatus eſt: quid exhorruiſtis iudices: non modo opprimere conatus eſt: ſed crudeliſſime uexare: non uexare tantum: ſed inaudito quodam genere feritatis extinguere. Manum ad id comparat diuerſam quidem genere: ſed magnitudine ſceleris: uitæq; ſimilitudine pœne eandem: quam manum exacerbatam continuo penuria rei familiaris: & ob id deſiderio prædæ mirabiliter flagrantem illecebræ ſibi facillime conciliauerunt. Conſilia nefarii fa-

tinoris in ampliſſimi ciuis. M. Lecæ domo decoquebantur. Ad eam greges confluebant perditorum adoleſcentium: quorum hic familiaritatem eximiam conſecutus fuerat: conciliatam: partim aſſuetudine ſtupri: partim genere quodam nephariæ largitionis. Adhibiti ſunt & cuncti barbatorum hominum nobilitati non ſolum magnitudine ſumma æris alieni: uerumetiam conſuetudine ac ſtudio turpiſſimarum rerum. Nec aliæ muliebres ab eo cœtu religioſo nocturno prorſus abfuiſſe iudicatæ ſunt: nulla denique portenta urbis: nullæ finitimarum religionum peſtes repertæ ſunt: quæ non denotatæ ſolertiſſime per hunc per magnitudinem inopiæ facillime concitatæ retentæ deuolauerunt in aream ipſam nephariæ coniurationis. Ratio conſiliorum fuit ut ſaturnalibus proxime futuris uniuerſi cum armis ad ipſius Lecæ domum præſto forent: ibique dato ſigno collaberentur omnes: partim ad diripiendam inflamandamq; urbem partim ad trucidandum ſenatum: partim ad eos conficiendos: qui præſidium urbi ferre uoluiſſent: Catilinā interim omnes & ducem & imperatorem appellarent. Audiſtis iudices ſatis euidenter: ut arbitror conſilium ſceleratiſſimi hominis Catilinæ: reiq; indigniſſimæ miſerabilem ac deteſtabilem crudelitatem. Nunc audienda cauſa eſt agnoſcendæque faces: quibus ille flagrauit ad cupiditatem huiuſmodi ſcelerati facinoris obeundam. Quas ſi plane comprobatas uobis ut arbitror planeq; illuſtratas euidentibus ſignis attulero: nihil erit impedimento qui hoſtem reipublicæ crudeliſſimum atq; infeſtiſſimum ſummis ſuppliciis ſummis cruciatibus mulctandum ac mactandum eſſe iubeatis: Tria iudices: ſententia mea: ſcelerata: crudelia flagioſa: inaudita: quæ mentem Catilinæ ſemper immoderatam: ſemper rebus nouis ſtudentem ad exitium patriæ commouerunt dicenda ſunt. Primum ratio quædam triſtis ſimultatis: qua ductus eſt uniuerſum ſenatum ex memoria repulſæ conſulatus capitaliter fuiſſe ſemper inſectactum. Secundo rabies quædam temerariæ ambitionis ſitiens immodicæ gloriæ: prorſuſq; inflammata perpetua quadam & ſingulari cupiditate dominandi: Poſtremo cœtus infames turpiſſimorum hominum non modo fatigati diuturno malo domeſticæ neceſſitatis: uerum etiam imbuti flagitiis ac conſuetudine ſcelerum ſempiterna: comite: & genitrice peſſimarum cupiditatum: quod genus hominum Catilinam ſuum etiā dormientem e ſomno facillime excitare uoluiſſet: his oſtenſis breuiter ſaneque confutatis quæ pro defenſione flagitiorum ſuorum noſtri aduerſarii dicenda eſſe putauerunt finem adeſſe uobis intelligetis. Bello mitridatico iudices lōgiſſimo quidem omnium & ſine dubio poſt punicum periculoſiſſimo: cum diutius in ſenatu de eligēdo imperatore dubitatum fuiſſet planeq; omnes ambigerent: quiſnam ſagaciſſimo regi ſagaciſſimus noſter imperator opponeretur: Catilinam inter omnes competitores incredibili quadam ambitionis magnitudine deflagrantem: omnes ſenatoriæ ſententiæ reiecerunt. Eo telo percuſſus adeo catilina fuit ut poſtea nullam omiſerit neq; perturbandæ curiæ: neque inſectandi ſenatus occaſionem. Videbant nanq; cupiditatem ſuam illo ſuperſtite nunquam in eum locum prouenturam fore de quo illam pridem uniuerſæ omnium uoces eiiciendā eſſe putauiſſent: uolebat item animo ſummas uitæ neceſſitates: quibus exuere ſe poſſe arbitrabatur: ſi qua ratione præclaris magiſtratibus aſpiraſſet. Nunc illas uero magis ac magis inſtauratas quottidie intelligebat quandoquidem inſpicerent omnes uitæ ſuæ rationes ea ſententia iugulatas prorſus extitiſſe. Ac quicquid increpuiſſet ulterius metuendam eſſe conſularem uigiliam: metuendum eſſe iudicium ſenatoriæ auctoritatis: hanc uero ſpetiem ita exanguem ita conſternata conſuetudo erexit uitæ pratiſſi-

mæ ad omne facinus: neq; ocii ſui paciens neq; alieni. Q ualis eius uita fuerit: & ſi præcla re conſcientia publica teneatur: huic tamen illuſtrandæ ſeu patefaciendæ teſtes indubi tati uideri poſſunt hi qui ſacrarium illud libidinum colere atq; obſeruare conſueuerunt quæ nugæ dii immortales: quæ portenta ſcelerum: qui libidinum gurgitis: quæ ſentinæ flagitioſorum. Verum is rumor ſparſus eſt de moribus Catilinæ: eaq; gentium opinio peruagata: quatenus exiſtimem uoces ipſas publicas non hoīum eſſe: ſed oraculi potius uncupandas. Famam uero popularem a maioribus noſtris ſæpe numero accœpimus: neq; temere unq̄ naſciturā eſſe: neq; temere occaſuram: dedecus illud egregium corpo ris non ad dignitatem nominis ac gloriæ ſicuti par erat homini nobiliſſima familia nato: ſed uti latro perditiſſimus ad omne genus flagitii conferendum fuiſſe ſemper arbitra tus eſt. Vires ad ſtuporem hoīum præclaræ atq; inuſitatæ: perpetua uoluptatum ītem perātia ſunt labefactatæ: flos pueritiæ uenuſtiſſimæ ad intuentiū iucunditatem: cui nō libidini putauit flagitioſæ iuuētutis? aut quā turpitudinis notam non ſubeundam ultro atq; accerſendam eſſe cogitauit? Lux illa uero præclari atq; excellentis īgenii: quā omnes diuinam ſemper & ſingularem atq; inuſitatā penitus eſſe arbitrabantur: nonne ītem fœ diſſimas uoluptatū ſordes reſtincta eſt: omitto peſtis huius impuriſſimas uoces: molli tiem ſænicam: obtuitus impudicos: blanditias muliebres: & omnem deniq; copiam nō mediocrium uitiorum ſub illa frōtis erudita ſimul: atq; inſigni pulchritudine deliteſcen tem. Prætereo mētem illius pluſq̄ gladiatoriam: ſitim incredibilem cruoris humani: mi rum inconſtantiæ genus: uultum nunc demiſſum: nunc alacrem: nunc anhelantem ſce lus: nunc gratia meretritia floreſcentem: ſummum pecuniæ deſiderium: ſummā ſimul prodigalitatem: contēptum incredibilem oīum bonorum. Itemq; eximiā cum ſummis atq; ornatiſſimis ciuibus familiaritatem. Nihil enim fuit iſto monſtro uerſipellius: aut mutabilius hominū memoria: ita ut res diuerſiſſimæ ſæpenumero uideantur in eodem ingenio tanq̄ in ſentina quadam teterrima ſimul redundatæ. Q uis igitur dubitandum eſſe putauerit hominem præditum huiuſce inſtitutione uitæ remotiſſimum ab omni genere humanitatis: perfacile ſeſe teterrimo cuiq; atq; īmaniſſimo facinori fuiſſe accom modaturum: fontem aperuimus iudices omnium Catilinæ morum atq; omnis conſue tudinis: unde illi demanauiſſe uis ita præclara conſiliorum facillime intelligenda eſt. Nūc uidēdum eſt ſpem atrociſſimi ſceleris unde illi ſubminiſtratam fuiſſe iudicemus. Cum hic itaq; ſecum repeteret memoria miſerandam ignominiam comitiorum: turpeſq; an guſtias afflictæ rei familiaris: ſimulq; intueretur uel ſibi uiuendum ac moriendum fore cum turpitudine ſumma: uel ſenatum nullum eſſe oportere: de ratione tollēdi illius pri mum cogitare cœpit. Nam illo deleto ſine dubio intelligebat uiam latiſſimam libidini bus ſuis continuo patere: uertit itaq; oculos ad innumerabilem copiam iuuentutis: qua dies ac noctes ſtipabatur in exercenda conſuetudine ſuarum cupiditatum: cum putauit manum ipſam hominum tanq̄ haſtam ualidiſſimam furoris ſui facillime ſibi accommo dari poſſe: quam contorqueret in omnium noſtrum ruinam atq; interemptionem: ut quam cognouerat educatam uitæ prauiſſimæ inſtitutis: imbutam ſæpenumero ſangui ne miſerorum ciuium: ardentem incredibili deſiderio prædæ: ſibi uero mira familiarita te conciliatam. Genus eſt hominum uehementer exercitatum: ferro atque inopia duabus rebus ad omne facinus paratiſſimum. Q uod genus ego ciuitati noſtræ ma xime debilitatæ ciuilibus bellis: atq; afflictæ magnitudine calamitatum magnopere per timeſcendum eſſe iudico. Nihil enim illis præter ſpem atq; animam fortuna reſeruauit:

alteram ad differendam uitæ neceſſitatem: alteram ad liuorem ſuum magnifice accommodatam. Nihil illis contemptibilius: quos ſiquidem rudicamenta uitæ traducta in hac tenuiſſima re depoſita nunc in gladiatoriis muneribus: nunc alia facinoris atrocitate partim ad omne ſcelus: partim ad omnem patientiam erudierũt. Verum hæ peſtes: ſententia mea: quo fuerĩt abiectiores: eo magis extimeſcendas eſſe reor: tanq̃ perpetuo ſeditionum ciuium ac rerum nouandarũ auidiſſimas: ſiue quia uoluptatem capiant ex mœrore ſociæ calamitatis: ſiue quia ciuitatũ uerſutiam: mutabilitatem rerum ſuarũ portendi quodãmodo arbitrantur: hi ſunt quidem quos in foro quottidie: in oculis ciuiũ calamiſtratos: ac ueſtibus collucentes paſſi obuolitare cernimus: fortunas oſum popularium atq; ocium ciuitatis luminibus conſignantes: qui non modo arrecti permanẽt ad opportunitatem cuiuſpiam præſentis cõmodi: uerum etiam geſtiunt ad opinionem ſperatæ utilitatis. Si feras quidem omnis generis quo magis attenuatæ fuerint penuria edendi: eo magis præcipites atq; effrenatas ruere in pernitiẽ uidemus. Quid hanc deſperatorum collu uiem ieiunã ac ſitientem facultatũ noſtrarũ quo impetu quaue ſtrage ruiturã eſſe creditis: aut deb acchaturam ſi ſe carceribus emiſerint: cũ illæ ratione careant atq; intelligentia hi uero non abſint penitus ab iſpa facultate intelligendi. Grauiſſimi quidem ſunt morſus irritatæ neceſſitatis. Dii immortales quæ clades ab illa feritate hominum: quæ genera flagitioſorum emanauiſſent: ſi nocturnus iſte imperator: quaſi quaſdã rabidiſſimas beluas in urbis penates ĩmittere potuiſſet. Horret animus iudices: ea cogitatione complecti quæ miſeri pertuliſſemus: ſi ſopor oculos conſulares detinuiſſet. Reſtinguenda eſt itaq; flamma nobis ſcelerata & atrox dum adhuc uelata cineribus ac ſopita: facultas reſtinguendi leuiſſime data eſt: ne cũ omnia comprehenderit quod dii penitus auertant: nos fruſtrà poſtmodũ furibundam atq; exultantẽ reſtinguere cupiamus: Neq; rectorem nauis audiendũ prorſus exiſtimo in ipſo mœrore calamitoſæ tempeſtatis quã illi fugere facillime licuiſſet cõſurgentem primo ſibiq; ac rebus ſuis naufragium minitãtem. Neq; item gubernatorem urbis in ipſo excidio & calamitate ciuitatis: quam impendentem prius ipſe conſilio ſuo: ſuaq; prudentia ſubſtinere quodammodo ac propulſare potuiſſet. Seræ ſunt hominum lamentationes: prorſuſq; uituperandæ: quas occupatas in his lugendis cernimus: quæ uitio ſuo deſidiaq; contigerunt. Calicratidi Lacedæmoniorum duci cum ornatiſſimam cui præerat claſſem: funditus amiſiſſet propter immoderatam gloriæ cupiditatem: nihil ad eam reſtituendam nouiſſima conſilii ratio ſuffragata eſt. Quam ita ſeruare poterat ſi modo in ſtatione continuiſſet: Terentio Varroni ſempiternum dedecus: atq; immortale monumentum erunt flagioſæ turpitudinis deletæ ac ad cannas temeritate ſua pulcherrimæ Romanorum legiones: quæ ſeruare periculoſiſſimo tempore reipublicæ ſine dubio fuiſſent: & robur eximium miſerrimæ urbis: & perpetuum decus conſularis prudentiæ diſciplinæq; militaris. Recte itaq; maiores noſtri ſummis laudibus efferendi ſunt: qui Spu. Melium: Gracchos: qui Manlium Capitolinum: qui Druſum: qui Saturninum fortiſſimos homines: & reipublicæ ſepænumero non mediocriter opitulatos. Quod deueniſſent affectatæ tyrannidis ſuſpitionem morte mulctandos eſſe putauerunt: nec Spu. Melio fauor ampliſſimus ciuitatis. Nec Gracchis aui ſui Scipionis clariſſimi uiri memoria: nec Manlio celeberrima gloria capitolii libertati: Nec Druſo ſanctiſſimi ſui penates: nec ſaturnino ius ſacro-ſanctæ dignitatis auxiliata eſt. Quid ita quia necem paucorum aut unius hominis calamitati publicæ maiores noſtri ſemper anteponendam eſſe putauerunt. Quod

genus crudelitatis eximium: nō sunt arbitrati ciues eos perimere summisq; afligere supplicijs: quorum in rempublicam persæpe clarissima beneficiorum genera exstitissent? minime: quid ita? quia nullū satis dignum supplicij genus in eos consumi posse opinabatur: qui patriæ suæ libertatem opprimere statuissent: nec illos ciues esse iudicauerunt; quos abiecisse rationem patriæ caritatis intuerētur. At cōtra eos qui tales interemissent; non modo dici atq; appellari ciues ut essent statuebant: sed afficiendos fore immortalibus donis: ac sempiternæ hominū memoriæ consecrandos. Quid enim potest indignius dici q̄ uitam a patria susceptā ad illius pernitiem calamitatemq; cōferre? quid fingi sceleratius q̄ eox pœnas ac crudelissimam seruitutem excogitare: quos hisdem mœnibus ac tectis constitutos eædem leges atq; eadem uiuēdi ratio cōtinuisset? quid deniq; potest intolerabilius existimari q̄ inferre delubris deorum īmortalium ac facultatibus nostris illinc sceleratas faces? hinc acerbissimas expilationes? hæc qui curauerunt iudices: aut qui tentauerunt nunq̄ ego alienos ab hostibus aut dissimiles feritati bestiarum existimabo; uidimus de spe perficiendi nepharii facinoriis: uidendum est de loco: quam latebram cōmodissimam & tutissimam egregius artifex delegit cum contegendæ cōspirationi suæ; tum armis omnibus eius artificii comprehendendis: ne forsan temere domum nobilissimi ciuis atq; opulentissimi. M. Lecæ delectam esse iudicetis. Primum homo delectus est huiusmodi nephariis cupiditatibus affinis: quo participe semper usus fuerat: cōsilio; rum suorum adiutore: teterrimarum libidinum socio: maximorum piculorum: cui spectato frequenter in difficillimis rebus summā huiusmodi atrocissimi mali tuto cōmitti posse facillime sibi pollicebatur. Præterea domum sibi deligendam esse iudicabat solitudine locorum desertam: & ab omni frequentia populari remotissimam quæ. s. uoces coniurationis tutissime continere posset. Contulit igitur sese in ipsam Marci Lecæ domum remotam ab omni celebritate constipatam multitudine arbuscularum & abomni suspitione prodendi facinoris non mediocriter abhorrentem. Quos uero tetenderit ibi coniurationis laqueos aut quas cathenas scelerum conflauerit nobis ac facultatibus nostris. Saturnalium dies patefactura fuerat: nisi primum benignitate deorum immortalium: deinde uigilantia consulari nephariæ sicæ de manibus latronum excedissent nullas amplius tendiculas pertimescamus ab execrabili monstro: nullas insidias ab hoste teterrimo: tenet fera nec si uiri estis: declinatura est telum ipsum sacrosanctæ uestræ auctoritatis: Neue Catilina nescias uigilantissimos consules habere rempu. Te quocunq; ueneris quocunq; abieris diligentia nostra circunspectum teneri: quid externa nocte conciunculis tuis agitatum sit: licet mecum recognoscas: cū ad. M. Læcā uenisses unum ex fidelissimis commilitonibus tuis ad multam noctem: teq; in interiorem una cū illo cubiculi partem recepisses tanq̄ in sacrarium memorabile cupiditatum uestrarox repēte de Læca sciscitari cœpisti nū quis ex coniuratis aduenisset: cum subito Lentulus ac Cethegus teterrima capita maleficiorum oīum furibundi atq; alacres irruperūt: moxq; ingressi uociferare cœperūt: quid agis Catilina cur uoluptates nostras diucius remoraris? præsto sunt saturnalia nobis ocioſis atq; oscitantibus: quem unū diem sæpenumero nūcupare solitus es euersorem superbissimi ordinis fugatorem erumnarū nostrorum: lucē ac principem uniuersæ nostræ dignitatis. Nū in gerendis negociis ignoras sequendas esse temporox opportunitates: & in occasione rerum desidiam ac tarditatem omnem diligentissime fugiendā. Mutabilissimæ sunt deox uoluntates & fortuna cū abire permiseris: frustra postmodum discedentem ac fugientem sis imploraturus. Talia conquerentem

tu paucis prō re subsecutus: Aquilam argenam proferri continuo iussisti præclaram au spicem ac gubernatricem furoris tui futuram. Testor noctem ipsam impiarum molitio num tuarum conscium ac testem: nihil ex his me fugisse quæ clamdestini uestri cona tus agitauerūt: perpauca satis attigisse fuerit ne solitudine in ipsa latibulorum tuorum cum hora uulgi plane deuitauisses: fefellisse te crederes diligentiam pariter atq; industri am consularem: Linquo telorum innumerabilem copiam quam in hisdem furialibus antris constipandam atque occultandam fore curauisti. Mitto litteras manu tua scri ptas diuersis mancipiis reddendas: quæ furori tuo succurrere atque opitulari uellent. Transeo rem illam simillimam prodigio: cum mane isto iam coacto senatu: redundati busque subselliis: serius in senatum præter consuetudinem uenisses: q; nulli non oculi te senatorem statim consignarunt ingredientem demisso uultu pallore terribili: lumini bus errantibus ac facie præferente nescio quid inusitatæ crudelitatis: præterea saturna libus proxime futuris rem adoriri placuit quo die ciuitas omnis feriata publico edicto conferre sese in montem auentinum: ac rusticari quodammodō solita est: cum tu manū furoris tui diligenter armatam atq; instructam primum ad eædem senatus ac consu lum: deinde ad occupandam capitolii arcem fueras immissurus: atque his perfectis da turus operam cum direptioni publicæ tum infamandis ædibus atque his trucidandis: qui rempublicam defendere uoluissent. Videtis iudices lucem clarissimam rationum: quam ego profecto censeo nullis inuolucris tenebrarum suarum obruituros esse: nec M. Lecam præclaram sedem atq; officinam teterrimæ coniurationis: nec ipsum detesta bile caput atq; obscœnum artificem Catilinam. Cunq; hæc omnia constent. animad uertendum est pariter uno maleficii genere Catilinam non modo deos ac patriam: ue rum etiam mores: leges consuetudinem urbis atque instituta maiorum uiolasse. Pri mum duodecim tabulis cautum esse cognoscimus. ne quis in urbe cœtus nocturnos agitarit: deinde lege gabinia promulgatum esse qui conciones ullas candestinas in urbe conflauisset: more maiorum capitali supplicio mulctaretur: De te itaq; Catilina scisci tor: tum cœtus istos commilitonum tuorum contra præcepta duodecim tabularum: contra leges nostras: contra senatus ac plæbis auctoritatem noctu cogendos esse puta uisti: deinde quæro si quando in lucem sepulcrales istæ conciunculæ tuæ prodiissent: qd responsurus fuisses senatui? quid consulibus? aut quid uiris optimis: atq; amantissimis patriæ? Quid leges igitur nostras uiolas Catilina? quid senatus auctoritati contra dicis? Aequum est instituta maiorum atque edicta grauissimi sanctissimique ordinis quia perstringere uesania tua non es ueritus: ea restituas ac sarcias supplicii tui memora bili animaduersione. Mālius Torquatus: filium suum summa & singulari uirtute ado lescentem: q; is in hostem contra mandatum patrium dimicasset: uictorem percuti se curi iussit. Nos te tendentem contra mandata senatus: Contra uniuersæ reipublicæ maiestatem Catilinam perferemus. Maiores olim nostri sapientissimi homines & si ne dubio grauissimi non leges e græcia per legatos suos accersendas esse putauerunt: quibus hanc imperii magnitudinem perpetuo stabilirent: ut tu homo recens seuerita te illarum cum barbatulis tuis abutereris. Non ita uisum Carthaginensibus accœpi mus in Hannone suo morti condemnande fortissimo ac triumphali uiro: q; is edicto senatus minus obtemperauisse putaretur. Non ita placuit Athenienſibus urbi si ne dubio doctissimæ atque eruditissimæ cum e Sicilia belloq; grauissimo reuocandum esse Alcibiadem statuerunt sūmum & singularem imperatorem: quem iuberent expia

re ſupplicio ſuo leges uiolatæ religionis. Non ita deniq; maioribus noſtris iudicatū eſt cohortibus exoletorum tuorum ſentētia mea longe anteponendis cum. L. Sulpicium conſulari familia ſūmoq; ingenio uirum propter exiguam notam libidinoſæ ſuſpicionis cenſeres remouendum e ſenatu: multoſq; dies in uinculis habendum eſſe putauerunt. Vos uero iudices Catilinam non modo leges noſtras atq; auctoritatem ſenatus crudeliter labefactantem: uerum etiam nuiuerſos ciues ad perniciem ferro flammaq; deuocantem impune perferetis. Iacet homo proſtratus euentu maximarum molitionum utq; conatus ſuos conſcientia ueſtra patefactos atq; illuſtratos cernat: neq; contectos fuiſſe ſeu ſuperſtitiōe cruenti ſacramenti: ſeu tenebris nocturnis: ſeu ſolitudine locorum per maxima & ſingulari. Contundite igitur: cōtundite iudices genus iſtud inauditi furoris. Comprimite hominem geſtientem effrenata temeritate: flagrantem inuſitatis cupiditatibus: furentem incredibili ſuperbia: ſpe nouandarum rerum mirabiliter inflāmatū. Quin etiam rem ipſam publicam non modo euentu crudeliſſimæ calamitatis: uerum etiam metu ac ſuſpicione liberate. Diximus equidem ſufficienter de ſenatoria ſimultate Lucii Catilinæ capite ac fonte ſceleratæ coniurationis: teſq; omnes complexi ſumus: quē aluiſſe furorem illū ac primum excitauiſſe iudicauimus. Nunc uidendum eſt de ratione ambitionis teterrima atq; exitiabili: qua deflagrauiſſe perpetuo Catilinā ſuperiori diuiſione demonſtrauimus. Cupiditates equidem plurimas in illo mōſtro calamitoſas ac nepharias omnes: perſæpe iudices animaduerti: libidinem unam pnitioſiſſimam in primis conſpicere uiſus ſum, temeratiæ cuiuſdam atq; inconſideratæ ambitionis qua duce properaſſe nec ullo ſtudio unq; conſciſcendarum opum nec ullo deſiderio dignitatum abſtinuiſſe reputatus eſt. Putabat enim ſe fruſtra nobiliſſimo genere natū: fruſtra uirtutes eximias corporis: atq; animi cōſecutum fuiſſe: ni omnia diuina atq; humana truculentiſſimo genere cupiditatis inquinauiſſet. Quoſq; cernebat excellere Romæ præſtātia quadam dignitatis beatiſſimos eos eſſe & ſine dubio diis æquiparandos fore arbitrabatur. Id genus ueſanæ cogitationis hoiem ſua parte natura præcipitem atq; inconſideratum cōpulit inabominandas ac nefarias uitæ cupiditates. Iſq; nuper comitiis cōſularibus: quandoquidem ſuffragia curiæ: ppter impendentem metum. Parthici belli diligenter enucleata ſunt: quas non adiit Senatorum uoces: aut quos ciuium conſeſſus partim pecunia partim obſecrationibus nō obeundos ſuppliciter ac contaminados eſſe iudicauit nulli tamen ad dignitatem gradus: neq; inſanienti neq; anhelanti bono candidato patuerunt. Eadem ratio ſceleratæ libidinis illum ad maiorē uim ſcelerum pauloante concitauerat. Piſonem meminiſtis egregia uirtute adoleſcentem niſi & idem cupiditatibus obtemperare conſueuiſſet: calamitoſam ſibi ac multis in urbe ſeditionem excitaſſe cuius inſigni familiaritate atq; ami. Catili. uſum fuiſſe nemo eſt qui neſciat: nec modo coniunxiſſe ſe temerario inueni: uerum etiam illum de ſucceſſu rerum ſuarum non mediocriter trepidantem in audacia ſimul ac ſententia confirmaſſe: cum ſe illi uigilantiſſimum ſocium ac ſatellitē feditioſiſſimū regēdæ gubernandæq; coniurationis fore polliceretur. Quod ſi uōtis ſceleratorū hominū ſucceſſus aſpiraſſent: quanta ſtrage ciuiū creditis: aut quādo diluuio facultatū urbanarum ruituram fuiſſe deteſtabilem horum atq; execrandam impietatem? uerum hi Celites: quorū auſpiciis princeps ac parens: huius urbis, Romulus pulcherrimi imperii: Romani fundamenta iecit triſtiſſimam clādem ac conatus perditos nece adoleſcentis intercœperunt. Piſone mortuo conquieuiſſe Catilinam dicemus: aut incœpti temerarii pœnituiſſe? Non pœnituit modo: nec

requieſcendum fuiſſe arbitratus eſt. Sed rurſus alio furori acceſſit: non conſueuerat animus perpetuis cupiditatū flagitiis exercitatus prima deſtitutione fortunæ refrigeſcere: ac conſternari ſed uix ſepulta mēoria piſonianæ coniurationis. L. adeptus eſt Sidicinum potentiſſimum quidem hominem: ac tunc fnrentem ſingulari ſtudio rerum nouandarum. Verum ea fax incendii: rurſum benignitate deorum immortalium ſummaque uirtute conſulum reſtincta eſt. Non obdormiſcit tamen Catilina hiis deſtitutus euentu uigiliarum ſuarum: ſed rurſus ſæuit īmanior. & quam Rempublicam ſeruitio non potuerat obruere: deſtrangulandā penitus ac tollendā cogitauit: ſceleratus in oēm urbē quā totiens inſidiis appetiuiſſet. Sceleratiſſimus uero in patriam: cuius ex tant in illū ſumma & commemoranda monumenta beneficiorum. Reminiſcere quæſo Catilina: reminiſcere ferrum illud ſceleſtum atque illas nepharias faces: quas iſtis ſanctiſſimis penatibus atque iſti pulcherrimæ patriæ minitaris: non ad oppugnandam urbē: neque ad eam concremandam tibi datas fuiſſe: ſed potius ad ſalutem ciuiū dignitatē imperii: libertatiſque noſtræ defenſionem. Per deos immortales oro te Catilina: ſi patria tecum his uocibus uteretur: quid eſſes illi quæſo reſpōſurus? Ego te paruulum Catilina quum imprimis ornatiſſimo genere gentis naſci uoluiſſem: deinde ſummis dotibus exornaſſem: tum corporis: tum animi duabus: tum rebus inſtituendum putaui ferro ac flamma quibus eſſet parata tibi facultas: tum amplificandi imperii mei: tū defendendæ publicæ libertatis. Quid eam uim armorū in uiſcera noſtra torques? Aut quid conuertis in exitium ciuium meorum inſtitutā diligentia mea: meiſque rationibus eruditam dimicandi facultatem. Maiores contta ſui ſummis a me beneficiis atque honoribus aucti pro magnitudine ſuſceptarum dignitatum pulcherrimas in urbe ſæpenumero leges pro præſtantia beneficiorū clariſſimas ex hoſtibus uictoriæ referre cōſueuerunt. Tu mihi luctus acerbiſſimos paras pro ſumma copia beneficiorū meorum tu cædes ciuiū: Tu domorum incendia: tu uexationes uirginum: tu uaſtitatem urbis: tu genus atrociſſimæ ſeruitutis. O erudeliſſimum hominum genus: & ab omni penitus humanitate derelictum. Tu ſtudio flagras eius urbis euertendæ: quam nec Carthaginenſiū aſtutiſſimi doli: nec Numantinorū eximiæ uires. Nec græcorū erudita & præclara ingenia labefactare obſcurareq; potuerunt. Quod ſi citentur hi populi rurſum diuinitus. atque iſtæ urbes redeant in ſtatū uetuſtiſſimæ dignitatis. certe non ipſo ſcere tuo quicquā in me crudelius. nec quicquā maius extimeſcendū molituras fuiſſe prædicabunt. Sed ad te redeo: Tēperarem ego memet mihi: curſumq; iſtū uiolentæ orationis forſan reuocandum eſſe iudicarē: tū ab odio tuo: tū ab ipſa dicēdi acerbitate ſi quē in te ſenſum patriæ charitatis aſpicerē. aut ullo te pūcto poſſe arbitrarer ſceleratā iſtā mentem relinquere. Sed id genus eſt cupiditatū tuarū ut reſtinguendarū forſan rationem aliquā conſequi poſſis ſanandarū nullā: nec te prius amiſſurū peruerſitatē iſtā animi puto q̄uitam amiſeris. Vellē reuiuiſceres Ahala Seruili: non expectaremus ſententiā iudicum: neque abuti maieſtate ſenatus atque auctoritate populi Romāi: ſi magnitudinē tanti flagitii ſanguine tuo ſtatim expiauiſſes. Nā de ſenatus uoluntate nihil ambigimus modo non impediretur legibus: repente profecto fueras pœnas impietatis tuæ digniſſimas laturus. Vtinā deorū īmortaliū munere iudices: mentē atq; animū huius introſpiceremus. Nequa uobis fieret uobis puniendi dubitatio: qui tantū ſcelerū ingēio conflauiſſet. Videretis: n. mentē anhelantē triſtiſſimū genus minarum mentem debacchantē

inaudita feritate: furentem incredibili uesania: sitientē cruoris urbani prædæ atīdissimæ uobis atque oībus ferro flāmaque minitātē Catilinam uobis demonstrauimus: iudices irritatum persæpe repulsis comitialibus: nullas uocū aut suffragiorū corruptelas fuisse prætergressum: deinde nullis rationibus infractū ac perterritum. de perseuerantia scelerum suorū extitisse: quibus aīaduertere sane potestis quanta semper īmanitate laborauerit ambitionis: superest nouissima pars diuisionis: grex ipse sodaliū Catilinæ truculētus atque amens: cuius in manu non exiguā rationem fuisse diximus excitandæ coniurationis. Lentulus siquidē & Cethegus terribilia portenta nostræ ciuitatis: furiæque uel certissimæ populi Romani multa de magnitudine sua in ipsis contionibus: multa de dignitate imperii sui futuri palā prædicare consueuerunt: tanquā si deorum īmortaliū concilio interfuissent. Primū Lentulus in libris Sibyllinis nescio quid perspexisse sēpdicabat: qui uiri acutissimi atque peritissimi. L. Cornēlius ac Cn. Piso custodes publicarū cerimoniarū nequaq̄ prospicere potuerunt. Lucem nanq̄ ait nescio quā de domo Cornelia quondam prodituram fore: quæ gloria noīs sui romanum imperium simul & cōplexura sit & illustratura: eoque genere uaticinii dignitatem suam portendi fataliter putauit. planeq̄ opinatur fati sui rationē in ipsa latebra sibyllinæ diuinationis tanquam in equo troiano delitescentem. Ego uero Sibyllam sine dubio sapientissimā mulierē fuisse iudico: uisamq̄ idoneam diis īmortalibus: cui singularē quandam uim diuinandi cōcederent: Verum illam deliram penitus ac prorsus cæcam fuisse affirmarem: si quam spem dignitatis in hac crudelissima peste reposuisset. Si quid tamen ceciniſſe uisa est quo ad Corneliam gentem pertinere uideretur: uī omnē illius diuinatiōis in uno. L. Sylla consumptā fuisse iudicemus: cuius pauloante Respublica sensit & crudelissimam simul & ampliſſimā potestatem. Nec egō deos īmortales huic imperio tam infestos esse reor: neque a salute populi Romani tam abhorrentes: ut homini dementissimo regnum concederent huius lanctissimæ atq̄ optimæ ciuitatis: Syllam profecto crudelitas uicit. At ipse maximarum laudem uirtutū & rei militaris summā ac singularem gloriam consecutus est. Lentulum uero nullæ uictoriæ nostræ ciuitati: nullum studium armorum: nulla præstantia uirtutis aut ingenii cōmendauit. Quæ uero non tabernæ potius: aut qui non greges infamiū hominū: Sibyllinum istum principē concelebrarunt: Nam uitam eius cōmemorare non est necesse uersatam super in obeundis libidinibus: ac societate turpissimorum hominū nobilitatam: nihil in eo sanguinis auiti: nihil industriæ Ro. nihil splendoris domestici: nihil auitæ fragilitatis. Fingite uobis iudices: fingite dignitatem huius hominis tum florentem ampliſſimo magistratu. tū omnibus populi Ro. muneribus exornatam. Quantū quæso sanguinis ciuilis in foro in curia redundaturū esse creditis? Aut quantā uim libidinis atque impudicitiæ per oīum ciuium cubicula demandaturam? profecto dignitate fretus ea quæ priuatus concupiuisset sine dubio consequeretur: Ferreretur amens in omnia: nec ullius rationis consiliorum: aut pudoris: nec ulla studia humanitatis refrenarent præcipitem atque incitatum cursum uetustæ crudelitatis. Cethegus inferior nobilitate atque ingenio uehementia furoris longe immanior parum a Lentuli somno discedere uisus est. Verū insaniam leuissimæ opinionis modestiore loquendi ratione contegere uelle uideretur. Genus est idē tamen furoris: eademq̄ ratio concelebratæ diuinationis. Tales hi scelerum artifices: amboque concitati ad euertendā Rempublicam partī a uesana spe uaticinii cōmemorati: parum a

nepharia

nepharia ſcelerum aſſiduitate Catilinam offenderunt nouis rebus ſtudentez: cuius præ
ſidio conſilioq; cupiditates ſuas ita iuuari poſſe facillime crediderunt: ſi uiro ſociorum co
pioſiſſimo ſeſe coniũxiſſent. Eſt. n. in illo monſtro: ſicuti paulo ãte tetigimus: uis eximia
facetiarum: & tõ quædã adumbrata uirtutũ: facilis ad cõprehendendum oĩum hominũ
familiaritates. Hunc igitur Catilinaz adedti Cethegus & Lentulus & ipſi lenociniis ſuis
inſignes ad oẽ genus beniuolentiæ ſubeundũ deflagrare cœperunt admirabili quadam
cupiditate ſeu diripiendæ urbis: ſeu potiendæ dominationis. Hæ ſunt iudices huius ne
pharii facinoris abhominandæ faces. hi ſunt crudeles igniculi: quibus exarſiſſe Catilinæ
ferocẽ animũ facillime credendum eſt. Talibus initiis conſociati principes nephandæ cõ
iurationis: manum exiguã deſperatorum hominũ atq; obſcœnæ iuuentutis pedetentiz
coegerunt: coactã quid uellent edocuerunt: edoctam pari cupiditate ſceleris inflãmaue
runt: inflãmatam deniq; pepulerunt: ut in oĩum noſtrũ facultates ac uitam facillime cõ
ſpiraret. Furias iſtas audiſtis iudices cõmodiſſimas ac paratas non modo ad uiuos cõ
mouendos in oẽ facinus: uerum etiã ad mortuos ex ipſo herebo mediiſq; buſtis excitan
dos. Reperti ſunt tum atrociſſimi ſceleris patroni quiq; ĩmanitatem deteſtandæ rei tum
contegere uerbis: tum excuſare conati ſunt. L. Hortenſius uir eximia caritate reip. ſum
miſq; ornamentis præditus & ſcientiæ & moderationis nequaq̃ omnia credenda eſſe di
cit: iubetq; grauiſſimis hoĩbus facilitatem iudiciorum diligenter eſſe continendam. Pri
mum affirmat Catilinam in perpetua cuſtodia Senatus extitiſſe. deniq; nunq̃ ferme di
ſceſſiſſe a latere Publii Cepionis nobiliſſimi ciuis: atq; integerrimi uiri: ita ut lepide dicat
diſſeparationi eoruz neque ſolem orientem unquam neque occidentẽ interueniſſe: cre
do equidem ſapientiſſimũ hominem Hortenſium: ut eſt innocentia ſingulari: ſummaq;
uirtute cuncta ipſa quæ grauiſſime ſimul atq; ornatiſſime complexus eſt ita uera eſſe: ſi
cuti dixẽrit extimare: ſed longe graditur a ſententia mea. Q uæro igitur de te. L. Horten
ſi: teq; obteſtor atq; obſecro per ipſum ius uetuſtiſſimæ noſtræ familiaritatis: ſi. L. Catili
nam conſtat dies omnes omnium ciuium conſcientia ſiue in foro: ſiue in turmis agere:
nunc ſtipatum cateruis exoletorum ſuorum: nunc gladiatoriis agminibus per ora uul
gi palam obliuitare: ſi manifeſtum eſt noctes omnes aut in luſtris ſcortorum: aut in an
tris. M. Læcæ inducere uiri tuo iudicio non abhorrentis a reipubli. caritate: quid eſt q; il
lum obuerſatum dicas in perpetua cuſtodia atque oculis ſenatorum? niſi forte cuſtodi
am ſenatoriam uocas uel exiguam mõram in ipſius curiæ conciliis obeundis: Q uod ue
ro pertinet ad ipſius Cepionis familiaritatem aſſiduam beniuolentiamque ſingularem
nihil eſt quod inſimulationi noſtræ derogandum eſſe iudicetis. Diximus enim ſuperius
ingenii Catilinæ uiros atq; occultiſſimos eſſe receſſus: nec qui cognoſci ſeu perluſtrari fa
cillime poſſent. Vigent enim in illa clade res diuerſiſſime pariter continentia & libido.
Nihil illo perſæpe affixius ad tollenda bonorrum conſortia: nihil ſollertius ad illis inſidi
andum: nihil illius munificentia inſignius: nihil auidius rapacitate: nihil acutius conſi
lio: nihil temeritate contemptibilius: quæ cum ita ſint Cepionem admirabimur in tan
tis uiarum ambagibus errauiſſe? Mẽ q̃ fateor iudices uetuſtiſſima quadam familiari
tate Catilinæ coniunctum: perſæpe delirauiſſe miris perplexionibus illius: neque unq̃
certi quicquã in illo ingenio comprehendere potuiſſe. Nihil igitur erit miri: ſi uirum inte
gerrimum Cepionem uerſutiſſimi hominis doli atque inconſtantiſſimi mores fefelle
runt. Non erit itaq; neq; prudentiæ tuæ: neq; grauitatis. Hortenſi candidiſſimam opem

humanitatis tuæ: ſummāq; dicendi copiā ſontibus ipſis polliceri: aut quam beſtiam irretitam iudicio tenemus diſſolutam atq; exultantē Reipublicæ īmittere. Quod te nunq; cōmiſſurum fuiſſe arbitrarer: niſi qui memores iidē te Catilinæ ſine dubio fefellerunt. Satis oſtentatas uobis putamus iudices tum rationes periculi noſtri: tum huius immaniſſimi ſceleris atrocitatē: Nam ſi odio ſenatus pro maximo Catilinam arſiſſe demōſtrauimus: ſi rōnes uitæ ſuæ ueteres ac nouas in exercitatione teterrimarum libidinū collocatas: ſi ſpem perficiendi ſceleris homini proſequentiſſimo inimicitiarū: ſi deniq; locoꝝ ac temporis opportunitates extitiſſe. præterea ſi rabiem quandā ambitionis in illo fuiſſe diximus: ſi nullam poteſtatē referendarum libidinū: aut ullum pœnitentiæ locum. poſtremo ſi copiam innumerabilē deſperatæ iuuentutis cum illo coniunctā fuiſſe peatfecimus: & eā ſimul oſtendimus ſuopote ingenio: furentē incredibili audacia: ſummaq; cupiditate prodendæ ac uexandæ urbis inflāmatam. Quid erit iudices q; dubitetis de liberanda patria: deq; ulciſcendi crudeliſſimi ſceleris īmanitate? Nouiſtis enim facinus inauditum oīum hoīum memōria: facinus atrox: ſuperbum nepharium: perniciosuꝫ: remotiſſimū ab omni humanitate: lege: conſuetudine: cuius acerbitatem ſi minus animo bene perſpexiſtis, quæſo mecū diligenter attendite ſcelus illud iudices: euerſionem nephariam moliebatur ampliſſimæ noſtræ dignitatis: interitum crudeliſſimū ſenatorii ordinis cædem cōmunem oīum bonorū: huius ſceleris libido repoſita erat in diripiēdis omnium ciuiū facultatibus: atque opprimenda urbis libertate: huic ſceleri parabātur teterrimæ coniugum ac liberorum noſtrorum uexationes. in hoc ſcelere uerſabantur deniq; faces inferēdæ penatibus noſtris: expilationes ædiū. ſtupra uirginum ueſtaliū: luctus ac mœror miſerabilis uniuerſæ ciuitatis: Quæ ſi uobis: ut ſunt: indigna atq; intolerabilia uidentur: non iniquum erit auctores horum malorū mulctare teterrimis ſuppliciis: clademque oīum crudeliſſimam e uiſceribus Reipublicæ propulſare. Tenetis exēpla maiorum atq; oīum gentium auctoritatem: qui ſemper ſummas & ſingulares pœnas in eo genere hoīum conſumendas eſſe putauerunt: qui rationes habuiſſent aut prodēdæ patriæ aut opprimendæ publicæ libertatis. Nihil igitur erit impedimento quin audaciaꝫ crudeliſſimi hominis Catilinæ crudeliſſimo genere ſuppliciorum expertis: & ultione ex illorum cruciatibus ac pœnis capiat Reſpublica: quorum erat conflagratura manibus: niſi ſanctiſſimi imperii Romani cuſtodes ac uindices dii immortales nepharii uotis obſtitiſſent. Credite iudices hodierno die conſurrexiſſe uniuerſam urbem conſpecturam ex iudicio ueſtro planeque animaduerſuram quid in poſterum de ſalute ſua: deque facultatibus ſuis ſperandum ſit. Credite item uim uniuerſam flagitioſæ iuuentutis aut hodierno Catilinæ ſupplicio ſimul conficiendam fore: aut illius liberatione lætam atque exultantem non multo poſt in omnium noſtrum perniciem una cum illo celerrime cōſurrecturā. Agitur ſiquidē hodierna ueſtra ſententia de ſalute huius pulcherrimæ atque optimæ ciuitatis de ſtabilitate imperii Romani. de legum incolumitate. dē libertate ciuium. de pudicitia liberorum ac coniugum ueſtrarum. Huius enim peſtis idem ſcelus erat ut non craſſaturum per capita paucorum: ſed tanquam atrociſſima uis ueneni per omne corpus urbis demanaturum: quod ſcelus aut quam peſtem ſi uindicandum eſſe cenſebitis: ut reor. & Reſpublica deſiderat: putate profecto deos īmortales: & in primis Capitolinum Iouem ſempiternuꝫ cuſtodem ac uindicem huius imperii pro liberatis eoꝝ templis ac cærimoniis gratias nobis ampliſſimas eſſe reddituros. Putate pariter idem

facturam

facturam esse curiam pro defensa consulum uita: seruataque senatorii ordinis dignitate Putate matronas urbis ac liberos nostros obseruatã pudicitiã supplices ac congratulantes uniuersos ad genua uestra sese obuersaturos fore. Putate uirgines uestales atq; ipsaz maiestatẽ amplissimi numinis ob liberationẽ suam: summa uobis lætitia congratulaturam: Putate deniq; ciues oẽs ob retentã uitam ac libertatẽ suã penates publicos pro cõseruatis focis atq; aris parietes urbis: pro teterrimo genere uastitatis propulsato fermeĩ credibili gaudio exultaturos. Putate tandẽ hodierno iudicio paratũ esse uobis aut ĩmortale dedecus: aut memoriã noĩs sempiternã. Multa sunt ẽqdẽ in hac uita turpiter ac calamitose neglecta restitutionẽ tamen quodãmodo patiantur: huius uero uindicandi sceleris si præsentẽ facultatẽ neglexeritis: frustra postea recuperandæ copiã quæritis: aut hodie uobis propulsãda est e uisceribus reipublicæ pestifera uis calamitatis: aut ipsi patriæ sine dubio concidendũ: Vtrũ eligendũ sit uos uideritis. Q ui estis iudices humanitate tãta: ne secordia dicã: ut eorũ uitã ac spiritũ diutius in republica cõmemorari patiamini? q uitæ salutiq; ciuiũ crudeliter insidiati sunt: præponite uobis ante oculos: ac meditatione crebra reuoluite diem illũ nephariuz: quo salus omniũ ciuiũ: quo facultates nostræ: quo res ipsa publica peritura fuerat. Q uando scilicet aspexissemus bestias istas emissas carceribus per urbẽ omnẽ: per domos nostras furialiter exultantes: ipsumq; imprimis miserandi facinoris ducẽ ac principem Catilinã confirmatum hoc iudicio spe plenũ: lætitia gestientẽ: nunc hos ad cædẽ nostraam: nunc illos ad rapinam atq; inflãmationẽ ædium deuocantẽ coniuges e complexibus nostris ad libidinem uictorum raptæ fuissent. liberi ad stupra de gremiis pntũ extorti preciosa supplex asportata tecta conflagrassent ignibus: corpora cæsa passim iacuissent: omnia deniq; gemitu fletu redundassent: Hæc fuisset imago miserrimæ urbis: quam urbem a maioribus nostris florentissimã accæpimus & si prohibueritis clarã atq; excellentẽ posteris nostris tradituri sumus: per humanitatẽ deniq; uestrã uos obtestor atq; obsecro iudices: per amorẽ huius pulcherrimæ atq; inuictissimæ urbis: per omnia quæ uobis iucundissima sunt in uita: prouidete iterum atque iterum ne liberati quondam tot amplissimis bellorũ periculis: tot ĩminentibus malis erepti: nunc per ignauiam nostram ac desidia periclitemur. Eripite uitam ciuium a miseranda crudelitate. Prohibete penates uestros a nephariis ignibus. Seruate pudicitiã necessitudiuum nostrarum a teterrimis uexationibus: liberate templa deorum a tristibus rapinis. subtrahite fortunas publicas ab indigna direptione. protegite magistratus nostros ab inaudita feritate: defendite deniq; uniuersam urbem ab hoc inusitato prorsus & tristissimo genere calamitatis.

ORATIO LEPIDI CON. AD POPVLVM. EX LIBRIS HISTORIARVM. C. CRISPI SALTSTII.

c Lementia & probitas uestra Q uir. quibus per cæterãs gentis maximi & clari estis plurimum timoris mihi faciunt aduersus tyrannidem. L. Svllæ: Nedum aut ipsi nephanda non æstimatis ea parum credendo de aliis circũueniamini: præsertim quum illi spes omnis in scelere atq; perfidia sit: neque

se aliter tūtū putet q̄ si peior atq; intestabilior metu uestro fuerit quo captiuus libertatis curā miseria eximat: aut si prouideritis in tutādis periculis magis q̄ ulciscēdo teneamini. Satellites quidē eius hoīes maximi noīs non minus optimis maiorū exemplis nequeo non satis mirari qui dominationis in uos seruitiū suū mercedē dant: & utrunq; per iniuriam malunt q̄ optimo iure liberi agere. Præclara brutorū atq; æmulorꝫ & Luctatiorum ples? geniti ad ea quæ maiores uirtute pepere subuertenda. Nā quid a Pyrrho Hānibale Philippoq; & Antiocho defensum ē aliud q̄ libertas: & suæ cuiq; sedes neu cui nisi legibus pareremus: quæ cuncta sæuus iste Romulus quasi ab externis rapta tenet: nō tot exercituū clade: neq; cōs. & aliorꝫ principū: quos fortuna belli consumpserat satiatus. Sꝫ tū crudelior quū plærosq; secundæ res in miserationem ex ira uertunt: quin solus oīum post memoriā hominū supplicia in post futuros composuit. quis ꝑus iniuria q̄ uita certa esset: prauissimeq; p sceleris īmanitatem adhuc tutus fuit: dū uos metu grauioris seruitii a repetenda libertate terremini. Agendū atq; obuiā eundum est. Q uir. ne spolia uestra penes illum sint. Non prolatandū neq; uotis paranda auxilia: nisi forte speratis tædium iā aut pudorē tyrannidis Syllæ esse eū per scelus occupata periculosius dimissurꝫ At ille eo processit ut nihil glorioſum nisi tutū: & oīa retinendæ dominationis honesta æstimet. Itaq; illa quies & ociū cū libertate quæ multi probi potius q̄ laborē cum honoribus capessebant nulla sunt: hac tēpestate seruiendum aut imperitandū. habendus metus ē aut faciendus Q uir. Nā qd ultra? Q uæue hūana supant aut diuina ꝑpolluta sunt p. R. pauloāte gētiū moderator: exutus impio: gloria: iure: cogitādi inops despectusque ne seruilia quidē alimēta reliqua hēt. Sociorū & latii magna uis: ciuitatē prope multis & egregiis factis a uobis data per unū prohibentur & plæbis innoxiæ patrias sedes occupauere pauci satellites mercede scelerū. leges. iudicia. ærariū. prouinciæ reges penes unum Deniq; necis ciuiū & uitæ licentia: simul hūanas hostias uidistis & sepulchra infecta sanguine ciuili. Est ne iuris reliqui aliud q̄ soluere iniuriā: aut mori per uirtutē? Q uoniaꝫ q dem unū oībus finē natura uel ferro sæptis statuit. Neq; quisq̄ extremā necessitatem ni hil ausus nisi muliebri ingēio expectat. Vex ego seditiosus uti Sylla ait: q̄ præmia turbarū quæro: & bellū cupiens: qui iura pacis repeto. s. quia non aliter salui satisq; tuti in imperio eritis. nisi Vectius picens: & scriba Cornelius aliena bene parta prodegerint: nisi approbaueritis oēs proscriptionē innoxiorū ob diuitias: cruciatus uirorū illustrium: uastatā urbem fuga & cædibus bona ciuiū miserorū quasi cimbricā prædā uenū aut donata. At obiectat mihi possessiones ex bonis proscriptorū: q̄ qdem scelerū illius uel maximū est. Nō me neq; quenq̄ oīum satis tutū fuisse si recte faceremus: atq; illa q̄tū formidine mercatus sum precio soluto: iure dominis tamen restituto. Neq; pati consilium est ullam ex ciuibus prædam esse. Satis illa fuerint quæ rabie contracta tolerauimus. Manus cōserentis inter se romanos exercitus: & arma ab externis in nosmet uersa: scelerū & contumeliarum omnium finis sit: quorum adeo Syllam non pœnitet: ut & facta in gloria numeret: & si liceat auidius fecerit. Neque iam quid existimetis de illo: sed quātum audeatis uereor. Ne alius alium principem expectantes ante capiamini non opibus eius quæ quidez futiles & corruptæ sunt: sed uestra secordia quam raptum iri licet: & quam audeat tam uideri fœlicem. Nam præter satellites commaculatos qui eadem uult. aut qs non oīa mutata præter uictoriā. s. milites quorū sanguine Tarulæ Scyrtoq;

pestimis

peſſimis ſeruoꝝ diuitiæ partæ ſunt: an quibus prælatus in magiſtratibus capiendis fuſi dius ancilla turpis: honorum oīum dehoneſtamentū. Itaq; maximā mihi fiducia parit uictor exercitus: cui per tot uulnera & labores nihil præter tyrannū quæſitum eſt: niſi forte tribunitiā ptātem: euerſum profecti ſunt per arma conditā a maioribus ſuis utiq; iura & iudicia ſibimet extorquerent egregia: ſ. mercede cū religati in paludes & ſiluas in contumeliā atq; inuidiā ſuā præmia penes paucos intelligerent. Q uare igitur tanto agmine atq; aīs incedit quia ſecundæ res mire ſunt uitiis obtentui: quibus labefactatis q̄ formidatus eſt tā contēnetur niſi forte ſpe concordiæ & pacis: quæ ſceleri & parricidio ſuo noīa indidit. Neq; aliter r.p. & belli finē ait niſi maneat expulſa agris plebes: præda ciuilis acerbiſſima: ius iudiciūq; oīum rerū penes ſe quod. P.R. fuit quæ ſi uobis pax & cō poſita intelliguntur maxima turbamenta reipu. atq; exitia: probate: annuite legibus impoſitis: Accipite ociū cū ſeruitio & tradite exēplū poſteris ad R.P. ſuimet ſāguinis mercede circunueniendā: mihi quanq̄ per hoc ſummū imperiū ſatis quæſitū erat Nomini maioꝝ dignitati atq; etiā prædio tamen non fuit conſiliū priuatas opes facere: potiorq; uiſa eſt periculoſa libertas quieto ſeruitio. Q uæ ſi probatis: adeſt Q uir. & bene iuuātibus diis. M. Aemilium Conſ. ducem & auctorē ſequimini ad recipiendā libertatem.

ORATIO PHILIPPI IN SENATV.

m Aximme uellem. P.C. rēp. quietā eſſe: aut in periculis a prōptiſſimo quoq; defendi: deniq; praua incepta cōſultoribus noxe eſſe: ſed contra ſeditionibus oīa turbata ſūt: & ab his quos ꝓhibere magis decepta. Poſtremo quæ peſſimi & ſtultiſſimi decreuere ea a bonis & ſapientibus facienda ſunt. Nā bellū atq; arma quāq̄ uobis inuiſa: tamen quia lepido placent ſumenda ſunt: Niſi forte cui pacē præſtare: & bellū pati conſilium eſt. Pro̅h dii boni q̄ hanc urbē omiſſa cura adhuc regitis. M. Aemilius oīum flagitioſorū poſtremus: qui peior an ignauior ſit deliberari non poteſt exercitū opprimendæ libertatis habet: & ſe contempto metuendū effecit: Vos muſſantes & retractantes uerbis & uatum carminibus pacem optatis magiſq̄ defenditis. Neq; intelligitis mollitia decretorū uobis dignitatem: illi metū detrahi: atq; id iure quoniā ex rapinis conſulatū ob ſeditionē prouinciā cū exercitu adeptus eſt. Q uid ille ob benefacta cœpiſſet: cuius ſceleribus tanta præmia tribuiſtis? At. ſ. eis q̄ ad poſtremū uſq; legatos pacem concordiā & alia huiuſcemodi decreuerūt gratiā habeo peperiſſe: īmo deſpectati & indigni R.P. habiti prædæ loco eſtimātur. Q uippe metu pacē repetentes quo habitū amiſerāt. Equidē a principio cū ætruriā cōiurare: ꝓſcriptos accerſiri: largitionibus. R.P. lacerari uidebā: maturandū putabam & Catuli cōſilia cū paucis ſecutus ſum: Cæteꝝ illi qui gentis æmiliæ benefacta extollebāt: & ignoſcendo. P.R. magnitudinem auxiſſe: Nuſq̄ etiam tū Lepidū progreſſum aiebant cū priuata arma oppri mēndæ libertatis cœpiſſet. ſibi quiſq; opes aut patrocinia quærendo conſiliū publicum corruperunt. Attamen erat Lepidus latro cū Calonibus & paucis Sicariis: quorum nemo diurna mercede uitam mutauerit. Nunc eſt proconſul cum imperio non empto ſed dato a uobis cū legatis adhuc iure parentibus: & ad eum concurrere homines omnium ordinū corruptiſſimi flagrātes inopia & cupidinibus ſcelerum cōſcientia exagitati: quibus quies in ſeditionibus: in pace turbæ ſunt: hi tumultum ex tumultu: bellum ex bel-

lo ferunt. Saturnini olim poſt ſulpicii: dein Marii Damaſippiq; nunc Lepidi Satellites? præterea Etruria atq; oēs reliquiæ belli arrectæ: Hiſpaniæ armis ſollicitæ: Mithridates in latere uectigaliū noſtrorꝝ: quibus adhuc ſuſtentamur diē bello circunſpicit: quin præter idoneū ducem nihil abeſt ad ſubuertendū imperiū. Quod uos oro atq; obſecro. P. C. ut animaduertatis ne patiamini licentiā ſcelerū quaſi rabiem ad integros procedere: Nā ubi malos præmia ſequūtur: haud facile quiſq; gratuitò bonus eſt: an expectatis cū exercitu rurſus admoto ferro atq; flāma urbē inuadat: quod multo proprius eſt ab eo quo agitat ſtatu q̄ ex pace & concordia ad arma ciuilia: quæ ille aduerſū diuina & humana omnia cœpit. Non pro ſua aut quorū ſimulat iniuria: Sed legū ac libertatis ſubuertēdæ: angitur enī ac laceratur animi cupidine: & noxarū metu expers conſilii: inquies: hæc atq; illa temptans metuit ociū: odit bellum: Luxu atque licentia carendū uidet: atq; interrim abutitur ueſtra ſecordia: Neque mihi ſatis conſilii eſt metū an ignauiā: an dementiā eam appellem: qui uidemini intenta mala quaſi fulmen optare ſe quiſque ne attingat. Sed prohibete ne conari quidem: & quæſo conſiderate q̄ conuerſa rerū natura ſit antea malum publicū occulte: auxilia palam inſtruebantur: & eo boni malos facile anteibant. Nunc pax & concordia diſturbantur palā: defenduntur occulte quibus illa placent: In armis ſunt uos in metu. Quid expectatis niſi forte pudet aut piget recte facere: an Lepidi mandata animos mouent. Qui placere ait ſua cuiq; reddi: & aliena tenet: Belli iura reſciendi cum ipſe armis cogat: ciuitatē cōfirmari: qui ademptā negat cōcordiæ gratia tribunitiā poteſtatem reſtitui ex qua: omnes diſcordiæ accenſæ: peſſimæ omniū atque impudentiſſimæ tibi ne egeſtas ciuiū & luctus curæ ſunt: cui nihil eſt domi niſi armis partum aut per iniuriā. Alterū conſulatū petis quaſi primū reddideris: bello concordiā quæris quo parta diſturbatur: noſtri proditor: iſtis inuidus: hoſtis omniū bonorum ut te neque hominū: neque deorū pudeat: quos perfidia aut periuro uiolaſti: qui quando talis ēs: maneas in ſententia: & retineas arma. Te hortor neu prolatandis ſeditiōibus inquies ipſe nos in ſolitudine attineas: neq; te prouinciæ neq; leges neque dii penates ciuem patiuntur. Perge qua cœptas ut q̄ maturiſſime merita inuenias. Vos autē P. C. quouſque cunctando. Rēpu. intutā patiemini & uerbis arma tentabitis? delectus aduerſum uos habiti: pecuniæ publicæ & priuatim extortæ: præſidia deducta atq; impoſita: ex libidine leges imperantur. Cū interim uos legatos & decreta paratis: & quāto mehercule auidius pacem petiretis tanto bellum acrius erit: cū intelliget ſe metu magis q̄ æquo & bono ſuſtentatū: Nam qui turbas & cædem ciuiū odiſſe ait: & ob id arma to Lepido uos inermes retinet: quæ uictis toleranda ſunt: ea cū facere poſſitis patiamini potius cenſet: ita illi a uobis pacem uobis ab illo bellū ſuadent. hæc ſi placent: ſi tanta torpedo animos oppreſſit: ut obliti ſcelerum Cinnæ cuius in urbem reditu decus atq; ordines omnes interierunt. Nihilominus uos atq; coniuges & liberos Lepido permiſuri ſitis: quid opus decretis? quid auxilio Catuli? quin is & alii boni. R. P. fruſtra curant. Agite ut libet: Parate uobis Cethegi: atq; alia proditorū patrocinia: qui rapinas & incendia inſtaurare cupiunt: & rurſus aduerſū deos penatis manus armare. Sin libertas & uera magis placent: decernite digna nomini: & augete ingeniū uiris fortibus: adeſt nouus exercitus: & ad hoc coloniæ ueterum militum: nobilitas omnis: duces optimi fortuna meliores ſequitur. Iam illa quæ ſecordia noſtra collecta ſunt dilabentur. Quare ita cenſeo

ſed quoniam lepidus exercitum priuato conſilio paratum cum peſſimis & hoſtibus rei publi.contrahit:ordinis auctoritatem ad urbem ducit uti Ap. Cladius interrex cū Q. Catulo proconſu.& cæteris quibus imperium eſt urbi præſidio ſint: operamq; dent ne quid.Reſp.detrimenti capiat.

ORATIO.C.COTTAE CONSVLIS AD POPVLVM.

Virites multa mihi pericula domi:militiæ : multa aduerſa fuere: quorum
q alia toleraui:partim repuli deorum auxiliis & uirtute mea: in quæ his omnibus nunq̄ animus negocio defuit: neq; decretis labor : malæ ſecundæque res:opes non ingenium mihi mutabant:At contra in his miſeriis eun
cta me cum fortuna deſeruere.Præterea ſenectus per ſe grauis curam duplicat : cui mi
ſero acta iam ætate ne mortem quidem honeſtam ſperare licet. Nam ſi parricida ueſtri
ſum:& bis genitus hic deos penatis meos patriamq; & ſummum imperium uilia ha
beo:quis mihi uiuo cruciatus ſatis eſt:aut quæ pœna mortuo? Cum omnia memorata
apud inferos ſupplicia ſcelere meo uici: a prima adoleſcentia in ore ueſtro priuatus &
magiſtratibus ægi qui lingua:qui conſilio meo:qui pecunia uoluere uſi ſunt :neq; ego cal
lidam facundiam:neque ingenium ad malefaciendum exercui auidiſſimus priuatæ gra
tiæ:maximas inimicitias pro.Repu.ſuſcæpi:qui uictus cum illa ſimul cum egens alienæ
opis plura mala expectarem:Vos Q uir.rurſus mihi patriam deos penatis cum ingenti
dignitate dediſtis pro quibus beneficiis uix ſatis gratus uidear ſi ſingulis animam quā
nequeo conceſſerim:Nam uita & mors iure naturæ ſunt: ut ſine dedecore cum ciuibus
fama & fortunis integer agas:id dono datur atque accipitur.Cōſules nos feciſtis Q ui
rites:domi bellique impediti ſſima repu.Namq; imperatores hiſpaniæ ſtipendium: mi
lites:arma:frumentum:poſcunt:& id res cogit quoniam defectione ſociorum & Serto
rii per montis fuga:neque manu certare poſſunt:neque utilia parare:exercitus in aſia ci
liciaque ob nimias opes Mithridatis aluntur.Macedonia plena hoſtium eſt:nec minus
italiæ maritima & prouinciarum quum interim uectigalia parua & bellis incerta uix par
tem ſumptuum ſuſtinent:ita claſſe quæ commeatus tuebatur. minore q̄ antea nauiga
mus:hæc ſi dolo aut ſecordia noſtra contracta ſunt:agite uti libet & ira ſuppliciū ſumite
ſin fortuna cōmunis aſperior eſt quare indigna uobis nobiſq; & rep.incipitis : atq; ego
cuius ætati mors propior eſt:non deprecor ſi quid ea uobis incommodi demitur:neq;
mox ingenuo corpori honeſtius q̄ pro ueſtra ſalute finem uitæ feeerim: adſum. En.C.
Cora Conſ.facio quod ſæpe maiores aſperis bellis fecere:uoueo dedoque me pro repu.
quam deinde cui mandetis circūſpicite.Nam talem honorem bonus nemo uolet quū
fortunæ & maris & belli ab aliis acti ratio reddenda aut turpiter moriendum ſit:tantum
modo in animis habetote non me ob ſcelus aut auariciam cæſum:ſed uolētem pro ma
ximis beneficiis animam dono dediſſe per uos Q uirites & gloriam maiorum tolerare
aduerſa:& conſulite reipublicæ: multa cura ſum imperio ineſt: multi ingentes labores
quos ne quicq̄ abnuitis:& pacis opulentiam quæritis:quum omnes prouinciæ: regna:
maria terræq; aſpera aut feſſa bellis ſint.

IQuir.parum existimaretis qd inter ius a maioribus relictū uobis:& hoc
5 a Sylla paratum seruitiū interesset:multis mihi differendū fuit:docendūq;
quas ob iniurias & quotiens a patribus armata plebs secessisset: utiq; uin
dices parauisset omnis iuris sui: TR.PL.nūc hortari modo reliquū est &
ire primū uia:qua capescendā arbitror libertatē:neq; me præterit quātas opes nobilita-
tis solus impotens inani specie magistratus pellere dominationē incipiat quātoq; tutius
factio noxiorū agat:q̄ soli inocentes:sed præter spem bonā ex uobis:quæ metū uicit:sta
tuit certaminis aduersa pro libertate potiora esse forti uiro qui oīno non certauisse:quā-
q̄ omnes alii creati pro iure uestro uim cunctā & imperia sua gratia aut spe aut præmiis
in uos conuertere:meliusq; habent mercede delinquere:q̄ gratis recte facere. Itaq; om-
nes concessere iam in paucorū dominationē: qui per militare nomen: ærariū: exercitus
regia prouincias occupauere:& arcem habent ex spoliis uestris:quū interim more pe-
corū uos multitudo singulis habendos fruendosq; præbetis exuti oībus quæ maiores
reliquere:nisi quia uosmetipsi per suffragia:ut præsides olim nunc dominos destinatis.
Itaq; concessere illuc oēs & mox si uestra receperitis ad uos plæriq;:raris enī animus est
ad ea quæ placent defendenda:cætera ualidioꝝ sunt. An dubiū habetis num officere qd
uobis uno aīo pergentibus possit?quos lāguidos secordesq; pertimuer: nisi forte .C.Ca
to ex factione media Cons.aliter q̄ metu iura quædam: TR.Pl restituit:& q̄q̄.L. Cicini
us primus de potestate Tr.loqui ausus musantibus uobis circunuentus erat tamen pri
us illi inuidiā metuere q̄ uos iniuriæ pertesum est.quod ego nequeo satis mirari Q uir.
nā spem frustra fuisse intellexistis:Sylla mortuo:qui scelestum imposuerat seruitiū: fi-
nem mali credebatis:ortus est longe sæuior Catulus:tumultus intercessit Bruto & Ae-
milio Mamerco Cōs.Dein.C.Curio ad exitiū usq; insontis tribuni dominatus est:Lucu
lus superiore āno quātis aīs ierit in.L. Q uintum uidistis:quantæ deniq; nunc mihi tur
bæ cōcitantur:quæ profecto incassum agerentur si prius q̄ uos seruiēdi finē illi domina-
tionis facturi erant Præsertim cū his ciuilibus armis dicta alia: Sed certatum utrinq; de
dominatione in uobis sit:Itaq; cætera ex licentia aut odio aut auaritia in tps arsere: per-
mansit una res modo quæ utrinq; quæsita est:& erepta in posterum uis tribunitia: tælū
a maioribus libertati paratū:quod ego uos moneo quæsoq; ut animaduertatis: neu no-
mina rerū ad ignauiā mutantes ociū pro seruitio appelletis:quo iam ipso frui: si uera &
honesta flagitium superauerint non est conditio:fuisset si omnino quiescetis: uunc ani
mum aduertite & nisi uixeritis quoniā omnis iniuria grauitate tutior ē arctius habebūt.
Q uid censes igitur aliqs uestrū subiecerit primū oīum omittendū morem hūc quēm
agitis impigræ linguæ:animi ignaui:non ultra concionis locum:memores libertatis: de
inde nouos ad uirilia illa uocem quo tribunos plebei modo patricium magistratū.Libe-
ra ab auctoribus patriciis suffragia maiores uestri parauere. quāuis Q uiri.in uobis sit
& quæ iussa nunc pro aliis toleratis pro uobis agere aut non agere certe possitis.Iouem
aut alium quem deum consultorem expectatis:magna illa consulū imperia & patrum
decreta uos exequendo rata efficitis Q uir.ultroq; licentiā in uos auctum atq; adiutum
properatis:neq; ego uos ultum iniurias hortor magis uti requiem cupiatis neq; discor-
dias ut illi criminātur sed eaꝝ finē uolens iure gentiū res repeto:& si ptinaciter retinebūt

non

non arma neq; ſeceſſionem tantūmodo ſed nec amplius ſanguinēm ueſtrum præbea-
tis cenſebo: gerant habeantq; ſuo modo imperia: quærāt triumphos. Mithridatem: Ser
torium & reliquias exulum perſequantur cum imaginibus ſuis: abſit periculum & la-
bor quibus nulla pars fructus eſt: niſi forte repentina iſta frumentaria lege munia ue-
ſtra penſantur: qua tamen quin iis modis libertatem omnium æſtimauere qui profecto
non amplius poſſunt alimentis carere: nanque utilis exiguitate mors prohibetur: Se-
neſcunt uires: ſic neque abſolui cura familiari tam parua re poſſit. at & ignaui quique te-
nuiſſima ſpe fruſtrantur: quæ tamen quanuis ampla quoniam ſeruitii precium oſten-
tatentur cuius torpedinis erat decipi & ueſtrarum rerum ultro iniuria gratiam debe-
re. Nanq; alio modo neque ualent in uniuerſos neque conabuntur. Cauendus dolus
eſt: Itaque ſimul comparant delinimenta & differunt uos in aduentum Cn: Pompeii
quem ipſum ubi pertimuere ſublatum in ceruices ſuas mox dempto metu lacerant: ne
que eos pudet uindices uti ſe ferunt libertatis tot uiros ſine uno aut remittere iniuriam
non audere aut ius non poſſe defendere: mihi quidem ſatis ſpectatum eſt Pompeium
tantæ gloriæ adoleſcentem malle principem uolentibus uobis eſſe q̄ illis dominatio-
nis ſocium: auctoremque in primis fore tribuntiæ poteſtatis: Verum Quir. antea
ſinguli ciues in pluribus non in uno cuncti præſidia habebatis: neque mortalium quiſq̄
dare aut eripere talia unus poterat: Itaque uerborum ſatis dictū eſt: neque enī ignoran-
tia res claudit: uerum occupauit: neſcio qua uos torpedo: qua non gloria mouemini ne
que flagitio: cunctaq; præſenti ignauia mutauiſtis abunde libertatem ratī, qui a tergis
abſtinentur & huc ire licet atque illuc munera ditium dominorum: atq; hæc eadem non
ſunt agreſtibus ſed ceduntur inter potentium inimicitias donoq; dantur in prouincias
magiſtratibus: ita pugnatur & uincitur paucis plebs: quocunque accidit prouicta eſt: &
indies magis erit. Siquidem maiorē cura dominationem illi retinuerint q̄ uos repetiue-
ritis libertatem.

EPISTOLA CN.POMP. AD SENATVM.

S I aduerſus uos patriamq; & deos penates tot labores & pericula ſuſcepiſ-
ſem: quotiens a prima adoleſcentia ductu meo ſceleſtiſſimi hoſtes fuſi: &
uobis ſalus quæſita eſt: nihil amplius in abſentem me ſtatuiſſetis q̄ adhuc
agitis. P.C. quēm contra ætatem proiectum ad bellum ſæuiſſimum cū
exercitu optime merito quantum eſt in uobis fame miſerrima omniū mortē confeci-
ſtis: hac in ſpe Populi Ro. liberos ſuos ad bellum miſit? hæc ſunt præmia pro uulne-
ribus? & totiens ob rempubli. fuſo ſanguine: feſſus ſcribendo mittendoq; legatos om-
nis opes & ſpes priuatas meas conſumpſi: quum interim a uobis per triennium uix an
nuus ſumptus datus eſt: per deos immortalis utrum cenſetis me uicem ærarii præſta-
re an exercitum ſine frumento & ſtipendio habere poſſe? Equidem fateor me ad hoc
bellū maiore ſtudio q̄ conſilio p̄fectū: quippe qui nomine modo īperii a uobis accepto
diebus. xl. exercitū paraui: hoſtiſque in ceruicibus iā Italiæ agentis ab alpibus in Hiſpa-
niā ſūmoui: per eas iter aliud: atque Annibal nobis opportunius patefeci: recepi Galliā:
Pyreneū Lacetaniā: īdigetis: & primū īpetū Sertorii uictoris nouis militibus & multo
paucioribus ſuſtinui: hyemēq; ī caſtris īter ſæuiſſimos hoſtes nō p oppida neq; ex ābitio

ne mea ægi: Quid deinde prælia aut expeditiones hybernas: oppida exciſa aut recepta enumerem? quando res plus ualet q̃ uerba: caſtra hoſtium apud Sucronem capta: & prælium apud flumen Durium: & Dux hoſtium. C. Herennius cum urbe Valentia: & exercitu deleti ſatis clara uobis ſunt: proque hiis O grati patres ægeſtatem & famem redditis: itaque meo & hoſtium exercitui par conditio eſt. Nanque ſtipendium neutri datur: uictor uterque in Italiam uenire poteſt. Quod ego uos moneo: quæſoq; ut animaduertatis neu cogatis neceſſitatibus priuatim mihi conſulere. Hiſpaniam citerio rem quæ non ab hoſtibus tenetur: nos aut Sertorius ad internitionem uaſtauimus præter maritimas ciuitates ultro nobis ſumptui oneriq;: Gallia ſuperior anno Metelli exercitum ſtipendio frumentoq; aluit: & nunc malis fructibus ipſa uix agitat. Egonõ rem familiarem modo uerum etiam fidem conſumpſi: reliqui uos eſtis qui niſi ſubueni tis inuito & prædicente me exercitus hinc & cum eo omne bellum Hiſpaniæ in Italiam tranſgredientur.

EPISTOLA MITHRIDATIS. Rex Mithridates Regi Arſaci. S.

Omnes qui ſecundis rebus ſuis ad belli ſocietatem orantur conſiderare debent: liceat ne tum pacem agere: deinde quod quæritur ſatis ne pium: tutum: glorioſum an indecorum ſit: tibi perpetua pace frui liceret: niſi hoſtes opportuni & ſceleſtiſſimi? egregia fama ſi Romãos oppreſſeris futura eſt: neq; petere audeam ſocietatem & fruſtra mala mea cum bonis tuis miſceri ſperem: atq; ea quæ te morari poſſe uidetur. Ita in Tiranẽ recentis belli & mea res parum proſpere: ſi uera exiſtimare uoles maxime hortabuntur: ille enim obnoxius: qualem tu uoles ſocietatem accipiet: mihi fortũa multis rebus ereptis uſum dedit bene ſuadendi: & qđ floren tibus optabile eſt: ego non ualidiſſimus præbeo exemplum quo rectius tua componas. Nanq; Romanis cum nationibus populis regibus cunctis una & ea uetus cauſa bellandi eſt. Cupido profunda imperii & diuitiarum: qua primo cum rege Macedonum Philippo bellum ſumpſere: dum a Carthaginenſibus premebantur amicitiã ſimulantes ei ſubuenientẽ Anthiochum conceſſione Aſiæ per dolũ auertere: ac mox a Philippo Anthiocus omnicis aurũ agro & decem milibus talentoꝝ ſpoliatus eſt. Perſen deinde Philippi. F. poſt multa & uaria certamina apud Samothracas deos acceptum in fidem calli di & repertores perfidiæ: quia pacto uitã dederant in ſomniis occidere eũ. En cuius amicitiam glorioſe oſtentant initio prodidere: Anchioco pacis mercedem poſt habitũ cuſto di agri captiui ſumptibus & contumeliis ex rege miſerrimũ ſeruorũ effecere: ſimulatoq; impio teſtamento filiũ eius Ariſtonicum quia patrium regnum petiuerat hoſtiũ more per triũphum duxere: Aſia ab ipſis obſeſſa eſt: poſtremo bithyniã Nicomede mortuo diripuere: cũ filius Nuſa quem regiam appellauerat genitus haud dubie eſſet. Nã quid ego me appellem: quem diſiunctum undiq; regnis & tetrarchiis ab imperio corũ: quia fama erat diuitem neq; ſeruiturum eſſe. per Nicomedẽ bello laceſſiuerunt ſceleris corũ haud ignarum & ea quæ accidere teſtatum. antea Cretenſes ſoli omniũ liberi ea tẽpeſta te & rex Ptolomeus: atq; ego ultus iniurias Nicomedem: Bithynia expuli: Aſiamque ſpolium regis Anthiochi recepi. Et græciæ dempſi graue ſeruitium: incœptam ea poſtremus ſeruorũ Archelaus exercitu prodito impediuit: Illique quos ignauia aut praua

calliditas

calliditas: ut meis laboribus tuti essent armis abstinuit: acerbissimas pœnas soluunt Ptolomæus precio diei bellū prolatans Creteuses impugnari semel iam neq; finē nisi excidio habituri. Equidē cum mihi ob ipsorū inter ea mala dilata prœlia magis q̄ pacem data intelligerē abnuētē. Tigrane qui mea dicta sero probat te remoto procul omnibus aliis obnoxiis: rursus tamē bellū cœpi. M. q; Cotam Romanū ducē apud Calcedona terra fudi: mari exui classe pulcherrima apud Cizicū magno cū exercitu in obsidio morari frumentum defuit: nullo circū adnitente: simul hiems mari prohibebat ita sine ui hostium regredi conatus in patrium regnum naufragiis apud parum & heracleam militum optimos cum classibus amisi: restituto deinde apud Caberam exercitu: & uariis iter me atq; Lucullum prœliis inopia rursus ambos incessit. Illi suberat rēgnum Ariobarzanis bello intactum. Ego uastis circū omnibus locis in Armeniam concessi: secutique romani non me: sed more suo omnia regna subuertendi: quia multitudinem arctis locis prohibuere: imprudentiam Tigranis pro uictoria ostentant. Nunc quæso considera nobis oppressis utrū firmiorem te ad resistendū: an sinē belli futurum putes. Scio equidē tibi magnas opes uirorum: armorum & auri esse: & ea re a nobis ad societatem ab illis ad prædam peteris. Cæterū consilium est Tigranis regno integro meis militibus procul ab domo paruo labore per nostra corpora bellum conficere. quomodo neq; uincere neq; uinci sine tuo periculo possumus. an ignoras romanos postq̄ ad occidentem pergētibus finem oceanus facit: arma huc conuertisse? neq; quicq̄ a principio nisi partum habere: domum: coniuges: agros: imperium: conuenas: olim sine patria: sine parētibus: peste conditos orbis terrarum quibus non humana ulla neq; diuina obstant: quin socios amicos procul iuxtaq; sitos inopes potentisq; trahant excindantque: omnia q; & maxime regna hostilia ducant: nam quæ pauci libertatē: pars magna iustos dominos uolunt: nos suspecti sumus æmuli & in tpe uindices affuturi: Tu uero cui Seleucea maxīa urbiū regnumq; præsidis inclytis diuitiis est quid ab illis nisi dolum in præsens & postea bellum expectas. Romani arma in omnes habent acerrima in eos: quibus uictis spolia maxima sunt audendo & fallendo. & bella ex bellis serendo magni facti: per hunc morem extinguent omnia: aut occident: quod difficile est: si tu Mesopotamia: nos Armenia circumgredimur. exercitus sine frumento: sine auxiliis: fortuna autem nostris uitiis adhuc incolumem. teq; illa fama sequetur auxilio profectum magnis rēgibus latrones gentium oppressisse: quod uti facias moneo: hortorque neu malis pernicie nostra tuum prolatare q̄ societate uictori fieri.

AD CAESAREM SENEM DE REP.

Opulus romanus antea tenebat regna atq; imperia fortunam dono dare: itē alia quæ per mortalis auide cupiūtur: qa & apud indignos sæpe erant: qua si p libidinē data: nēq; cuiq̄ incorrupta pmānerant: sed res docuit id uex eē: qđ in carmīnibus Appius ait fabrū eē quenq; fortunæ: atq; in te maxīe q tātū alios pgressus es ut pus defessi sint hoies laudādo facta tua q̄ tu laude digna faciendo cætex ut fabricata sic uirture parta q̄ magna industria haberi decet. Ne in curia deformētur aut corruāt infirmata. Nēo n. alteri imperiū uolens concedit: & quāuis nouus atq; clæmēs sit q plus pōt, tamen quia malo esse licet formidatur. Id conuenit: quia

malo esse licet formidatur: Id conuenit: quia plæriq; rerum potentes peruerse consulũt: & eo se munitiores putant: quo illi quibus imperitant nequiores fuere: at contra id eniti decet: cum ipse bonus atq; strenuus sicuti q̃ optimis imperites: nam pessimus quisque asperrime rectorem patitur: sed tibi hoc grauius est q̃ ante te omnibus armis parta cõponere: bellum aliorum pace mollius gessisti: ad hoc uictoriæ præda petunt: uicti ciues sunt. Inter has difficultates euadendum est tibi atq; in posterum firmanda respu. nõ armis modo neq; aduersum hostis: sed quod multo multoq; asperius est bonis pacis artibus: Etgo omnes magna mediocris sapientia res huc uocat: quæ quisq; optima potest: uti dicant: ac mihi si uidetur qualicunq; modo uictoriam composueris: Ita alia omnia futura: sed iam quo melius faciliusq; constituas paucis quæ me animus monet accipe. Bellum tibi fuit imperator cum homine claro magnis opibus auido potentiæ maiore fortuna: q̃ sapientia: quem secuti sunt pauci per suam iniuriam tibi inimici. Item quos affinitas aut alia necessitudo traxit. Nam particeps dominationis neq; fuit quisquam. neq; si pati potuisset orbis terrarum bello concussus foret. Cætera multitudo uulgi more magis q̃ iudicio post alius aliũ quasi prudentiorem secuti: per idem tempus maledictis iniquoꝝ occupandæ reipublicæ in spem adducti homines: quibus omnia probro ac luxuria polluta erant: non currere in castra tua: & aperte quietis mortem rapinas: postremo omnia quæ corrupto animo iubebat minitari: ex quis magna pars ubi neq; creditum condonare: Neq; te ciuibus sicuti hostibus uti uident defluxere: pauci restitere quibus maius ocium in castris q̃ Romæ futurum erat: tanta uis creditorũ impendebat: sed ob easdẽ causas: immane dictu est: quanti & q̃ multi mortales postea ad Pompeium discesserunt: eoq; per omne tempus belli quasi sacro atq; inspoliato fano debitores usi. Igitur quoniam uictori de bello atq; pace agitandum est hoc uti ciuiliter deponas illa quæ iustissima & diuturna sit: deq; teipso primũ quia eompositurus es quod optimũ factu est existima. Eq dem ego cuncta imperia crudelia magis acerba quã diuturna arbitror. Neq; quenquam in multis mètuendum esse: quin ad eum ex multis formido recidat: eam uitã bellũ æternum & anceps gerere: quoniam neq; aduersus neq; ab tergo aut lateribus tutus sis semper in periculo aut metu agites. Contra qui benignitate & clæmentia imperiũ tẽperaue re: iis læta & candida omnia uisa etiam hostes æquiores quã alii ciues: an qui me hiis dictis corruptorem uictoriæ tuæ nimisque inuictos bona uoluntate prædicent: scilicet q̃ ea quæ externis nationibus natura nobis hostibus nosq; maioresq; nostri sæpe tribuere: ea ciuibus danda arbitror. Neq; barbaro ritu cæde cædem & sanguine sanguinẽ expiandum. An illa quæ pauloante hoc bellum in Cn. Pompeium uictoriamq; Syllam increpabantur: obliuio inrerfecit Domitium: Carbonem: Brutum: alios item non armatos neque in prœlio belli iure: sed postea supplices per summum scelus interfectos plæbem Romanam in uilla publica pecoris modo conscissam. Heu quam illa occulta ciuium funera & repentinæ cædes in parentum aut liberorum sinum: fuga mulierum: & puerorum: uastatio domuum: Ante partã a te uictoriam immania atque crudelia erãt Ad quæ te iidem illi hortantur: & scilicet id certatum esse utriusq; uestrum arbitrio iuriæ fierent: neq; receptã: sed captam a te rempublicam. & ea causa exercitus stipẽdiis confectis optimos & ueterrimos oĩum aduersum fratres parentisq; alii liberos armis cõtendere: ut ex alienis malis deterrimi mortales uentri atque profundæ libidini sumptus quærerent: atque essent opprobria uictoriæ quorum flagitiis commacularetur bonoꝝ laus

laus: neq; n. te præterire puto qualis quisq; eorũ more aut modestia etiam tum dubia victoria sese gesserit: quoq; modo in belli administratione scorta aut conuiuia exercuerint nõnulli quorum ætas ne per ociũ quidem talis uoluptas sine dedecore attigerit. De bello satis dictum: De pace firmanda: quoniã tuq; & omnes tui agitatis: Primũ id quæso cõsidera qualis sit de quo consultas ita bonis malisq; dimotis patenti uia ad uerum perges. Ego sic existimo: quoniã orta omnia intereunt: qua tempestate urbi Romanæ fatũ exciderit aduentarit: ciuis cum ciuibus manus conserturos: ita defessos & exãguis regi aut nationi prædæ futuros aliter non orbis terrarum neq; cunctæ gentes conglobatæ mouere aut contundere queunt hoc imperiũ. Firmanda igitur sunt uel concordiæ bona: & discordiæ mala expellenda: id ita eueniet si sumptuũ & rapinarum licentiã dempseris nõ ad uetera instituta reuocans: quæ iampridẽ corruptis moribus ludibrio sunt. Sed si suam cuiq; rem familiarẽ finem sumptuũ statueris: quoniã is incessit mos ut hoĩes adolescentuli sua atq; aliena consumere: nihil libidini atq; aliis rogantibus denegare pulcherrimũ putent: eam uirtutẽ & magnitudinem aĩ pndorem atq; modestiaz pro secordia æstimat Ergo aĩus ferox praua uia ingressus ubi consueta non suppetunt fertur accensus in socios modo: modo in ciuis mouet composita: & res nouas ueteribus acquirit. quare tollendus fœnerator in posterum uti suas quisq; res curemus: Ea uera atq; simplex uia est magistratũ populo non creditori gerere & magnitudinẽ animi in addendo nõ demendo reipublicæ ostendere. arq; ego scio q̃ aspera hæc res in principiõ futura sit: præsertim iis qui se in uictoria licentius liberiusq; q̃ arctius futuros credebant: quorũ si saluti potius q̃ libidini consules: illosq; nosq; & socios in pace firma constitues: si in eadẽ studia artesq; iuuentutis erunt ne ista egregia tua fama simul cũ urbe Roma breui concidet. Postremo sapientes pacis causa bellũ gerunt: laborem spe ocii sustentant. Nisi illam firmã efficis: uinci an uicisse quid rettulit? quare capesse per deos rempub. & omnia aspera uti soles persuade. Nanq; aut tu mederi potes: aut omittenda ẽ cura omnibus: Neq; quisq̃ te ad crudelis pœnas aut acerba iudicia inuocat: qbus ciuitas uastatur magis q̃ corrigitur sed ut prauas artis malasq; libidines ab iuuentute prohibeas. ea uero clæmentia erit cõsuluisse: Ne immerito ciues patria expellerentur retinuisse: ab stultitia & falsis uoluptatibus: pacem: concordiam stabiliuisse: non si flagitiis obsecutus delicta: perpessus præsens gaudium cum mox futuro malo concesserim ac mihi animus. Quibus rebus alii timent maxmie fretus est negocii magnitudine: & quia tibi terræ & maria simul omnia componenda sunt: quippe res paruas tantum ingenium attingere nequit: magnæ curæ magna mercẽs est. Igitur prouideas oportet uti plæbes largitionibus & publico frumento corrupta habeat negocia sua: quibus ab malo publico detineatur iuuentus: probitati & industriæ non sumptibus neq; diuitiis studeat: id ita eueniet: si pecuniæ: quæ maxima omnium pernicies est: usum atque dedecus dempseris. Nam sæpe ego cum ad moneo reputant quibus quisque rebus clari uiri magnitudine inuenissent qnæ res populos nationesue magnis auctoribus auxissent ac deinde quibus causis amplissima regna & imperia corruissent: eadem semper bona atq; mala reperiebam: omnesq; uictores diuitias contempsisse: & uictos cupiuisse: neq; aliter quisq̃ extollere sese & diuina mortalis attingere potest: nisi omissis pecuniæ & corporis gaudiis animo indulgens nõ assentando neque concupita præbendo peruersam gratiam gratificans: sed in labore patientia bonisq; præceptis & factis fortibus exercitando. Nam domum aut uillam extruere

eam ſignis auleis aliiſq; operibus exornare: & oĩa potius q̃ ſemet uiſendũ efficere idẽ nõ diuitias decori habere: ſed ipſum illis flagitio eẽ porro eis qbus bis die uentrem onerare nullam noctẽ ſine ſcorto quieſcere mos ẽ ubi aĩum quem dominari decebat ſeruitio oppreſſere: nequaquã eo poſtea hebeti atq; claudo pro exercitio uti uolunt: Nã imprudentia plæraq; & ſe præcipitant. Verũ hæc & oĩa mala pariter cu3 honore pecuniæ deſinent. Si neq; magiſtratus neq; alia uulgo cupienda uenalia erunt: ad hoc prouidendum ẽ tibi quonam modo Italia atq; prouinciæ tutiores ſint: id quod factu haud obſcurum ẽ. Nam iidem oĩa uaſtant ſuas deſerendo domos: & per iniuriam alienas occupãdo. Itẽ ne uti adhuc militia iniuſta aut inæqualis ſit: cum alii triginta: pars nullũ ſtipendium faciet: & frumentum id quod antea præmiũ ignauiæ fuit: p municipia & colonias illis dare conueniret: ſtipendiis meritis domos reuerterint. quæ reipublicæ neceſſaria tibiq; glorioſa ratus ſum q̃ pauciſſimis abſolui. Non peius uidetur pauca nunc de facto meo differere. Plærique mortales ad iudicandũ ſatis ingenii habent aut ſimulant: uerum enim ad reprehẽdenda aliena facta aut dicta ardet oĩbus animus: uix ſatis apertum os aut lingua prompta uidetur: quæ edicta pectore euolat: quibus me ſubiectum haud pœnitet: magis reticuiſſe pigeret: nã ſiue hac ſeu meliore alia uia perges a me qdẽ pro uirili parte dictũ & adiutum fuerit reliquũ ẽ optare utiq; tibi placuerint ea dii immortales approbẽt bñq; euẽire ſinãt.

AD. C. CAESAREM ORATIO DE REPVBLICA.

Cio ego q̃ difficile atq; aſperum factu ſit conſiliũ dare regi aut imperatori: poſtremo cuiq̃ mortali: cuius opes in excelſo ſunt. Quippe cũ & illis conſultorum copiæ adſint: neq; de futuro quiſquam ſatis callidus: ſatiſq; prudens ſit. Quinetiam ſæpe praua magis q̃ bona conſilia proſpere eueniunt: quia plærasque res fortuna ex libidine ſua agitat. Sed mihi ſtudium fuit adoleſcẽtulo rempublicã capeſſere: atq; in ea cognoſcenda multã magnãq; curam habui: nõ ita ut magiſtratũ modo caperem: quem multi malis artibus adepti erant. Sed etiã ut republica domi militiæq; quãtũq; armis uiris opulentia poſſet cognitum haberi3. Itaq; mihi multa cum animo agitanti conſilium fuit famam modeſtiamq; meam poſt tuã dignitatẽ haberi: & cuius rei iubet periculũ facere dum quid tibi ex eo gloriæ acciderit. Idq; non temere ex fortuna tua decreui: Sed quia in te præter cæteras artem unam egregie mirabilem cõperi ſemper tibi maiorẽ in aduerſis q̃ in ſecundis rebus animũ eſſe: ſ3 per cæteros mortalis illa res clarior eſt: q; & pus defeſſi ſunt hoĩes laudando atq; admirando munificentiã tuam: q̃ tu faciundo quæ gloria digna eſſent. Equidem mihi decretum eſt: nihil tã ex alto reperiri poſſe: quod non cogitanti tibi in promptu ſit: Neque ego quæ uiſa ſunt de republica tibi ſcripſi: quia mihi conſilium atq; ingenium meum amplius æquo probaretur. Sed interq; labores militiæ inter prœlia: uictorias imperium ſtatui admonendum te de negociis urbanis: Nanq; tibi ſi id mõ in pectore conſilii ẽ ut te ab inimicorum impetu tuendices quoquo mõ contra aduerſum conſulẽ beneficia populi retineas indigna uirtute tua cogitas: ſin in te i le animus eſt: qui iam a principio nobilitatis factionem diſturbauit plæbem ro. ex graui ſeruitute in libertatem reſtituit in prætura inimicorum arma inermis diſiecit: domi militiæq; tanta & tam præclara facinora fecit: ut ne inimici quidem quæri quicquam audeant: niſi de magnitudine tua: quin accipe tu ea quæ dicam de ſumma Republica: quæ profecto aut tu uera inuenies: aut certe haud procul a uero. Sed

quoniam

quoniam Cn. Pompeius aut animi prauitate: aut quia nihil maluit quod tibi obeēt. Ita lapsus ē: ut hostibus tela in manus iaceret. Quibus ille rebus rempu. conturbauit eisdē tibi restituendum ē primū oīum summā ptātem moderandi: de uectigalibus sumptibus iudiciis senatoribus paucis tradidit plæ. Ro. cuiuis antea summa potestas erat: neq; iis quidem legibus in seruitute reliquit iudicia: tametsi sicut antea tribus ordinibus tradita sunt: tamen idem illi factiosi regunt: dant: adimunt: quæ iubet innocentes circūueniunt: suos ad honorē extollunt. Non facinus: non probrum aut flagitiū obstat: quominus magistratus capiant: quod cōmodum ē trahunt: rapiunt. Postremo tanquam urbe capta libidine: ac licētia sua pro legibus utuntur: ac me quidem mediocris dolor angeret: si uirtute paratam uictoriā more suo per seruitiū exercerent. Sed hoīes inertissimi quorum in omnis uis uirtusq; lingua sita ē: forte atq; alterius secordia dominationem ablatā insolentes agitant. Nam quæ seditio aut dissensio ciuilis tot tam illustris familias ab stirpe euertit: aut quorū unquā uictoria aīus tam præceps tamq; īmoderatus fuit. L. Sylla: cui oīa in uictoria lege belli licuerunt: tam & si supplicio hostium partis suas muniri itelligebat: tamen paucis interfectis cæteros beneficio q̄ metu retinere maluit. At hercule Catone. L. Domitio: cæterisq; eiusdem factionis quadraginta senatores multi præterea cū spe bona adolescentes sicuti hostiæ mactati sunt. Cum interea importunissima genera hoīum tot miserorū ciuium sanguine satiari nequiuere. Non orbi liberi: non parētes exacta ætate. Non gemitus uirorum: luctus mulierum īmanem eorum animū inflexit: quin acerbius indies male faciundo ac dicundo dignitate alios: alios ciuitatem euersum irent. Nam quid ego de te dicā cuius contumeliam hoīes ignauissimi uita sua cōmutare nolunt: scilicet neq; illis tantæ uoluptati est Tametsi in sperantibus accidit dominatio: quanto mœrore tua dignitas: qui optatius habent ex tua calamitate periculum libertatis facere q̄ per te. p. r. imperiū maximū ex magno fieri: quo magis tibi etiam atq; etiā animo prospiciendū est quonāmodo rē stabilias: cōmunicesq; mihi quidē quæ mens suppetit eloqui non dubitabo. Cæterum tui erit ingenii probare quæ uera atq; utilia factu putes. In duas partes ego ciuitatē diuisam arbitror: sicut a maioribus accepi in patres: & plæbem antea in patribus summa auctoritas erat: uix multo maxima in plæbe. Itaq; sæpius in ciuitate secessio fuit. Semperq; nobilitatis opes diminutæ sunt: & ius populi amplificatum: sed plæbes eo libere agitabat: quia uullius potentia super leges erat: neque diuitiis aut superbia: sed bona fama: factisq; fortibus. Nobilis ignobilem anteibat humilimus quisq; in armis aut militia nullius honestæ rei egens satis sibi satisq; patriæ erat. Sz ubi eos paulatim expulsos agris inertia atq; inopia: incertas domos habere subegit: coepere alienas ōpes petere: libertatē suam cū repub. uenalem habere: ita paulatim populus qui dominus erat cunctis gentibus imperitabat dilapsus est: & pro communi imperio priuatim sibi quisq; seruitutem peperit. Hæc igitur multitudo primum malis moribus imbuta: deinde in artis uitasq; uarias dispalata nullo modo inter se congrūens parū mihi quidem idonea uidetur ad capessendam rempu. Cæterum additis nouis ciuibus magna me spes tenet forte ut omnes expergiscantur ad libertatē: quippe cū illis libertatis retinendæ: tū his seruitutis amittendæ cura orietur: hos ego censeo permixtos cū ueteribus: nouos in coloniis constituas. Ita & res militaris opulentior erit: & plæbs bōis negociis īpedita malū publicū facere desinet. Sed nō inscius neq; īprudēs suz: quo mea res agetur: quæ sæuitia: quæue tēpestas hoīuz nobiliū futuræ sint: quum indignabūtur oīa

funditus miſceri antiquis ciuibus hanc ſeruitutem imponi: regnum denicq; ex libera ciuitate futurū ubi unius mūere multitudo ingens in ciuitatē peruenerit. Equidē ego ſic apud aīum meū ſtatuo malū facinus in ſe & mittere qui incōmodo reipublicæ gratiā ſibi cōciliet: ubi bonū publicū etiā priuatū uſui ē: id uero dubitare aggredi ſecordiæ atque ignauiæ duco. M. Lubio druſo ſemper cōſiliū fuit in tribunatu ſumma ope niti pro nobilitate: neq; ullam rē in principio agere intendit: niſi illi auctores fuerant hoīes factioſi: quibus dolus atq; militia fide cariora erant ubi intellexerūt per unū hoīem maximū beneficium multis mortalibus dari: uidelicet & ſibi quiſq; conſcius malo atq; infido aīo cēde. M. Lubio druſo iuxta ac ſe exiſtimauerunt. Itaq; metu ne per tantā gratiam ſolus rerum potiretur: contra eā nixi ſua ipſius conſilia diſturbauerunt: quo tibi impator maiore cura fideq; amici & multa præſidia paranda ſunt: hoſtē aduerſum deprimere ītrēnuo hoī haud difficile ē: occulta pericula neq; facere neq; uitare bonis in promptu eſt. Igitur ubi eos in ciuitatē adduxeris: quoniā quidē renouata plæbs erit: in ea re maxime animū exercitato: ut colantur boni mores concordia inter ueteres & nouos coaleſcat: ſed multo maximū bonum patriæ: ciuibus tibi liberis: poſtrēo humanæ genti pepereris ſi ſtudium pecuniæ aut ſuſtuleris: aut quo ad res referet minueris: aliter neq; priuata res: neq; publica: neq; domi neq; militiæ regi poteſt: nā ubi cupido diuitiarū inuaſit: neq; diſciplina neq; artes bonæ: neq; ingenium ullū ſatis pollet: quin aīus magis aut minus mature poſtremo tamen ſuccūbat: ſæpe iā audiui qui reges quas ciuitates & nationes per opulentiam magna imperia amiſerint: quæ per uirtutē inopes cœperāt. ideo haud mirandū ē. Nā ubi bonus deteriorē diuitiis magis clarū magiſq; acceptū uidet: primo æſtuat: multo q; in pectore uoluit: Sed ubi gloria honorē magis indies: uirtutem opulentia uincit aīus ad uoluptatē a uero deficit: quippe gloria: induſtria alitur ubi eā dempſeris: ipſa p ſe uirtus amara atq; aſpera ē. Poſtremo ubi diuitiæ claræ habentur: ibi oīa bona uilia ſunt. Fides: probitas: pudor: pudicitia: nā ad uirtutem una ardua uia ē: Ad pecuniā qua cuiq; lubet nititur & malis & bonis rebus ea creatur. Ergo imprimis auctoritatē pecuniæ demito: neq; de capite: neq; de honore ex copiis quiſq; magis aut minus iudicauerit: ſi ut neq; prætor neq; conſul ex opulentia uerū ex dignitate creetur: ſed de magiſtratu facile populi iudiciū fit. iudices a paucis probari regnū eſt. ex pecunia legi inhoneſtū: quare oēs primæ claſſis iudicare placet. ſed nūero plures q; iudicant: neq; Rhodios: neq; alias ciuitates unq; ſuorū iudiciorū pœnituit: ubi promiſcue diues & pauper: ut cuiq; ſors tulit de maximis rebus iuxta ac de minimis diſceptat: ſed magiſtratibus creandis haud mihi quidē abſurde placet lex quā. C. Gracchus in tribunatu promulgauerat: ut ex confuſis quinq; claſſibus ſorte centuriæ uocarentur: ita coequātur dignitate pecunia uirtute anteire alius aliū properabit. nec ego magna remedia contra diuitias ſtatuo. nā perinde oēs res laudantur atq; appetūtur: ut earū rerū uſus ē: malitia præmiis exercetur: ubi ea dēpſeris: nemo oīum gratuito malus ē. Cæterū auaritia bellua fera: immanis intoleranda ē: quo intēdit: oppida: agros: fana atq; domoſ uaſtat: dīna cū hūanis permiſcet: neq; exercitus: neq; mœnia obſtāt: quominus ui ſua penetret: fama: pudicitia: liberis: patria: atq; parentibus cunctos mortalis ſpoliat. Verū ſi pecuniæ decus ademeris: magna illa uis auaritiæ facile bonis moribus uincetur: atq; hæc ita ſeſe habere tametſi omnes æqui atque iniqui memorent tamen tibi cum factione nobilitatis aut mediocriter certandum eſt: cuius ſi dolum caueris: alia omnia in procliui erunt: Nam ii ſi uirtute ſatis ualerent: magis æmuli

bonorum

bonorum q̃ inuidi essent:quia desidia & inertia stupor eos atq; torpedo inuasit: strepũt: obtrectant:alienam famam bonam suũ dedecus æstimant. Sed quid ego plura quasi de ignotis memorem. M. Bibuli fortitudo atq; animi uis in consulatũ erupit:hebes lingua: magis malus q̃ callidus ingenio. Quid ille audeat cui consulatus maximũ imperiũ maximo dedecori fuit. An. L. Domitii magna uis est:cuius nullũ mẽbrum a flagitio aut facinore uacat:lingua uana:manus cruentæ:pedes fugaces:quæ honeste nominari nequeũt inhonestissima. unius tamen. M. Catonis ingenium uersutũ:loquax:callidum haud cõtemno:parantur hæc disciplina græcorũ. Sed uirtus:uigilantia:labor apud græcos nulla sunt:quippe qui domi libertatem suam per inertiam amiserunt:censes ne eorum præceptis imperium haberi posse. Reliqui de factione sunt inertissimi nobiles: in quibus sicut instituto præter bonum nomen nihil est additamenti. L. Postumius. M. Fauonius mihi uidentur quasi magnæ nauis superuacua onera esse:ubi salui peruenire uisi sũt. Si quid aduersi cohortũ est de illis potissimũ iactura fit:quia præcii minimi sunt. tunc quoniam sic ut mihi uideor de plæbe renouanda corrigendaq; satis disserui. De senatu quæ tibi agenda uidentur dicam. postq̃ mihi ætas ingeniumq; adoleuit:haud ferme armis atq; equis corpus exercui:sed animũ in litteris cogitaui: quodnam firmius erat in laboribus habui:atq; ego in ea uita multa legendo atq; audiendo ita cõperi omnia regna item ciuitates & nationes usque eo prosperum imperium habuisse:dum apud eos uera consilia ualuerũt:ubicunque gratia timor uoluptas ea corrupere. Post paulo ĩminutæ opes: deinde ademptũ imperiũ:postremo seruitus imposita est. Equidem ego sic apud animũ meum statuo cuicũq; in sua ciuitate amplior illustriorque locus q̃ aliis est:ei magnã curã esse reipublicæ. Nam cæteris salua urbe tantũmodo libertas tuta est:qui per uirtutem sibi diuitias: decus honorem pepererunt. Vbi paulum inclinata respublica agitari cœpit multipliciter animus curis atque laboribus fatigatur aut gloriam aut libertatẽ aut rem familiarẽ defensat. omnibus locis adest:festinat quanto in secundis rebus florentior fuit:tanto in aduersis asperius magisque anxie agitat. Igitur ubi plæbs senatui: sic ubi corpus animo obedit:eiusque consulta exequitur patris consilio ualere decet:populo supuacanea est calliditas. Itaque maiores nostri cum bellis asperrimis premerentur equis:uiris:pecunia amissa nunquã defessi sunt armati de imperio cẽrtare: non inopia æratii: nõ uis hostiũ:nõ aduersa res ingentem eorum animum subegit: Quin quæ uirtute ceperant simul cum anima retinerent: Atque ea magis fortibus consiliis quã bonis præliis patrata sunt. Quippe apud illos una respubli. erat Ei omnes consulebant: factio contra hostis parabatur. Corpus atque ingenium patriæ non suæ quisq; potentiæ exercitabat:at hoc tempore contra ea homines nobiles: quorum animos secordia atque ignauia inuasit:ignari laboris hostium militiæ domi factione instructi per superbiam cunctis gentibus moderantur. Itaque patres quorum cõsilio antea dubia respu. stabilieba tur oppressi ex aliena libidine huc atque illuc fluctuantes agitantur interdum alia deinde alia decernunt uti eorũ qui dominantur simultas arrogantia fertur. Ita bonũ malũq; publicũ æstimant q̃ si aut libertas æqua oĩum:aut sententia obscurior esset maioribus opibus respu. & minus potens nobilitas esset. Sed quoniam cœquari gratia oĩum difficile est quippe quum illis maiorum uirtus partam reliquerit gloriã: dignitatẽm: clientelas cætera multitudo plæraq; inscia sit: Sententia eorum a metu libera ita occulto sibi

quiſq; alterius potentia carior erit:libertas iuxta bonis & malis ſtrenuis atq; ignauis optabilis eſt. Verū eam plærīq; metu deſerūt:ſtultiſſimi mortales q; in certamine dubiū quorſū accidat:id per inertiam in ſe quaſi uicti recipiunt. Igitur duabus rebus confirmari poſſe ſenatum puto ſi numero auctus per tabellā ſnīaȝ feret. Tabella obtentui erit:quo magis animo libero facere audeat:in multitudine & præſidii plus & uſus amplior eſt. Nam fere his tempeſtatibus alii iudiciis publicis:alii priuatis ſuis atq; amicorum negociis implicati haud ſane reip.conſiliis adfuerunt Neq; eos magis occupatio q̄ ſuperba imperia diſtinuere:Homines nobiles cum paucis ſenatoriis quos additamenta factionis habent quæcunq; libuit probari:reprehendere:decernere: ea uti libido tulit fecere. Verum ubi numero ſenatorum aucto per tabellam ſententiæ dicentur:illi ſuperbiā ſuam dimittent: ubi iis obediendū erit:quibus antea crudeliſſime imperitabant. Forſitan imperator per lectis litteris decernes quē numerū ſenatorum fieri placeat quoquo modo in multa & uaria officia diſtribuatur. Iudicia quoniam primæ claſſis mittenda putem:quæ deſcriptio: qui numerus in quoq; genere futurus ſit. Ea mihi oīa generatim deſcribere haud difficile factu fuit.ſed prius laborandum uiſum eſt de ſumma conſilii:idq; tibi probandū uerum eſſe.ſi hoc itinere uti decreueris cætera in promptu erunt. Volo ego conſiliu meū prudens maximeq; uſui eſſe. Nā ubicūq; tibi res proſpere cedet:ibi mihi bona fama euenit. Sed me illa magis cupido exercet:ut quocūq; modo q̄ primum reſp.adiuuetur libertatem gloria clariorem habeo. Atq; ego te oro:hortorq; ne clariſſimus Imperator Gallica gente ſubacta. P.R.ſummū atq; inuictum imperiū tabeſcere uetuſtate: ac per ſūmā ſecordiam dilabi patiaris:profecto ſi id accidat:neq; tibi nox:neq; dies curam animi ſedauerit:quin in ſomniis exercitus furibundus:atq; ea mens alienata mente feraris:Namq; mihi pro uero conſtat oīum mortaliū uitam diuino numine inuiſeri:nēq; bonū neq; malum facinus cuiuſq̄ pro nihilo haberi. Sed ex natura diuerſa præmia bonos maloſq; ſequi. Interea forte ea tardius procedunt. ſuus cuiq; aīus ex conſcīa ſpem præbet. quod ſi tecum patria atq; parentes poſſent loqui.ſ.hæc tibi dicerent:O Cæſar:Nos te genuimus fortiſſimi uiri in optima urbe decus præſidiūq; nobis:hoſtibus terrorem:quæ multis laboribus & periculis cœperamus:ea tibi naſcenti cū aīa ſimul tradidimus:patriā maximā in terris domū familiamq; in patria clariſſimam.præterea bonas artis:honeſtas diuitias: poſtremo oīa honeſtamenta pacis:& præmia belli pro iis ampliſſimis beneficiis non flagitiū a te neq; malum facinus petimus: ſed uti libertatem euerſam reſtituas: qua re patrata:profecto per gentis oīs fama uirtutis tuæ uolitabit:Namq; hac tempeſtate tametſi domi militiæq; præclara facinora ægiſti:tamen gloria tua cū multis uiris fortibus æqualis eſt. Si uero urbem ampliſſimo noīe & maximo imperio prope iā ab occaſu reſtitueris:quis te clarior quis maior in terris fuerit? quippe ſi morbo iam aut fato huic imperio ſecus accidat:cui dubium eſt quin per orbem terrarum uaſtitas: bella cædes oriantur. Quod ſi tibi bona lubido fuerit patriæ parentibus gratificandi poſteroq; tēpore Re.P. reſtituta ſuper oīs mortales gloria agnita tuaq; unius mors uita clarior erit. Nam uiuos interdum fortūa ſæpe inuidia fatigat: Vbi aīa naturæ ceſſit demptis obtrectatoribus ipſa ſe uirtus magis magiſq; extollitur:quæ mihi utiliſſima factu uiſa ſunt:quæq; tibi uſui fore credidi q̄ pauciſſimis potui perſcripſi:cæterum deos immortalis obteſtor: ut quocunq; modo ages ea res tibi Reiq; P. proſpere eueniat.

FINIS.

C.Criſpi

INVECTIVA.C.SALVSTII IN CICERONEM.

C.CRISPI SALVSTII VITA.

c Rispus Saluſtius genus ex Amiterno Sabinorum ducit. C. Saluſtio patre genitus: ex liberalibus artibus in quibus educatus erat præter eruditionem nihil accepit: omnibus uoluptatibus tutpiſſime indulſit: paternam domum uendidit: ut crimine adulterii ſe redimeret. ex quæſtura & tribunatu nullam laudem eſt aſſecutus: fauente. C. Cæſare prætor aphricam ſortitus prouinciã expilauit: & exhauſit: tantũq; idẽ pecuniarũ reportauit ut amœniſſimos hortos ſub Quirinale extra pomeriũ ad collinam portã titulo ſui noĩs empto loco habuerit: atq; adornauerit non uulgares illius ſæculi & poſteriorũ ætatibus delitias atq; ſeceſſum: uſq; ad exactam ætatem libidinis auidus & potens: in amicitia uarius & inconſtans: Sæpius tamen liuido dente momordit: habitus eſt ore ĩprobo: & animo inuerecundo: manes Pompeii magni exiſtimans hac uia ſe Cæſari gratiorẽ fore: lacerare auſus eſt: unde in Saluſtiũ Læneus Põpeii libertus ſcripſit: moreſq; eius ſigillatim paucis uocabulis expreſſit: Nebulonẽ lurconẽ: popinonẽ: & laſtaurũ appellãs: uox poſtrẽa indicat fuiſſe hominem ualidæ libidinis. Scripſit Stilo non abhorrente a ueteribus. extat coniuratio Catilinæ & bellũ Iugurthinũ: & quædã conciones e libris bellorũ ciuilium: Vt ſecreta inimici fidelius intelligeret Terentiã a Cicerõe repudiatã duxit uxorẽ: & quæ tertio nupſit Meſſalæ Coruino.

INVECTIVA.C.SALVSTII IN CICERONEM.

g Rauiter & iniquo animo maledicta tua patẽrer. M. Tulli ſi te ſcirem iudicio magis q̃ morbo animi petulantia iſta uti. Sed quum in te neq; modum neq; modeſtiã ullam animaduerto rñdebo tibi: ut ſi quam maledicendo uoluptatem cœpiſti: eam male audiendo amittas: ubi quærar? quos implorem. P. C. diripi rempu. atque audaciſſimo cuiq; eſſe perfidiæ locum: an apud Populum Ro. qui ita corruptus eſt largitionibus ut ſeſe ac fortunas ſuas uenales habeat? An apud uos. P. C. quorum auctoritas turpiſſimo cuiq; ludibrio eſt? Vbi. M. Tu. leges iudicia Po. Ro. defendit atq; in ordine ita moderatur quaſi unus reliquus ex familia uiri clariſſimi Scipionis Af. ac non reptitius accitus ac pauloante inſitus huic urbi ciuis. an uero. M. Tulli facta tua ac dicta obſcura ſunt? an non ita a pueritia uixiſti ut nihil flagitioſum corpori tuo putares quod alteri collibuiſſet: an. ſ. iſtam immoderatam tuã eloquentiam apud. M. Piſonem non pudicitiæ iactura prædidiciſti. Itaq; minime mirandum eſt q̃ eam flagitioſe uenditas quam turpiſſime paraſti. Verum: ut opinor: ſplendor domeſticus tibi animos attollit uxor ſacrilega: ac periuriis nobilitata: filia matri pellex: tibi iucundior atque obſequentior q̃ parenti par eſt: domum ipſam tuam ui & rapinis funeſtam tibi ac tuis comparaſti uidelicet ut nos commonefacias q̃ conuerſa Reſpubli. ſit: quum in ea domo habitares homo flagitioſiſſime quæ. P. Craſſi uiri clariſſimi fuit. atque quum hæc ita ſint: Cicero ſe dicit in conſilio deorum immortalium fuiſſe: inde miſſum huic urbi ciuibuſque cuſtodem abſque carnificis nomine. Quiciuitatis incommoda in gloriam ſuam ponit: quaſi uero non illius cõiurationis cauſa fuerit cõſulatus tuus. Et iccirco Reſp. diſiecta eo tpe quo te cuſtodem habebat. Sed: ut opinor:

illa te magis extollunt quæ post cōsulatū eū uxore de rep.cōsuluisti quū legis Plantiæ iudicia domi faciebatis:ex coniuratis alios pecuniæ condēnabas. Cū tibi alius Tusculanam alius pōpeianā uillā ædificabat:alius domū emebat:quero nihil poterat hic erat cū lūniæ proximus:hic aut domū tuā oppugnatū uenerat:aut insidias senatui fecerat:deniq; de eo tibi cōpertū erat:quasi tibi falsa obiicio redde rationē quantū patrimonii acceperis. Quid tibi litibus accreuerit:qua ex pecunia domū paraueris: Tusculanū & pompeianū infinito sumptu exædificaueris? Aut si reticeas cui dubiū potest esse qui opulentiā istam ex sanguine & miseriis ciuiū parasti? uerū:ut opinor: homo nouus arpinas ex M:Crassi familia illius uirtutem imitatur. Contēnit simultatē hominum nobiliū.P.R: curam habet:neq; terrore neq; gratia mouetur. Illud uero amicitia tantū ac uirtus est animi? īmo uero homo leuissimus:supplex inimicis:amicis contumeliosus:modo hac modo illarum partiū:fidus nemini:leuissimus senator mercēarius patronus: cuius nulla pars corporis a turpitudine uacat:lingua uana:manus rapacissimæ:gula īmensa:pedes fugaces:quæ honeste nominari non possunt inhonestissima: Atq; is cū eiusmodi sit tamē audet o fortunatā natā me consule Romā. Te fortunatā consule Cicero? īmo uero infœlicem & miserā quæ crudelissimā proscriptionē ciuium ppessa est:quū tu perturbata rep. metu pulsos omnes bonos parere crudelitati tuæ cogebas:quū oīa iudicia oēs leges in tua libidine erant:quum tu sublata lege portia erepta libertate oīum nostrum uitæ nēcisq; potestatem ad te unum teuocaueras:atq; pax quidem uel parū est quod īpune fecisti uerū etiam cōmemorando exprobras:neq; licet obliuisci ius seruitutis suæ egeris oro te Cicero feceris quid libet:satis est ppessos esse:ne ēt aures nostras odio tuo onerabis? etiā molestissimis uerbis insectabere.cedant arma togæ concedat laurea linguæ. Quasi uero togatus & non armatus ea quæ gloriaris confeceris: Syllāq; dictatorem præter nomen imperii quicq̄ interfuerit:sed quid ego plura de tua insolentia cōmemorem? quem minerua oēs artes edocuit:Iuppiter optimus maximus in concilium deox admisit: Italia exulem humeris suis reportauit:oro te Romule arpinas:qui egregia tua uirtute oēs paulos:fabios:scipiones superasti:quē tandem locū in hac ciuitate obtines? quæ tibi partes.r.p.placēt? quem amicū quē inimicū habes? cui in ciuitate feciſti insidias: quo iure de exilio tuo durachio redisti? cū sequebaris quos tyrannos appellabas eorum potentiæ faues:qui tibi ante optīates uidebantur eosdem dementes ac furiosos uocas. Vatinii cām agis:de sextio male estimas. Bibulū petulantissimis uerbis lædis:laudas Cæsarem quem maxime odisti:& ei maximæ obsequeris:aliud stans:aliud sedens sentis de repu.his maledicis.illos odisti:leuissime transfuga neq; in hac neq; in illa parte fidem habes.

.M.T.C.RESPONSIO CONTRA.C.SALVSTIVM.

A demum magna uoluptas est Cris. Salusti æqualez ac parem uerbis uitā agere neq; quicq̄ tam obscænum dicere cui non ab initio pueritiæ omnigenere facinoris ætas tua repsondeat ut omnis oratio moribus consonet.neque enim qui ita uiuit ut tu aliter ac tu loqui pōt:neq; qui tā illoto sermone utitur uita honestor est. Quo me uertā.P.C.unde initium sumā? maius.n.nihil dicendi onus īponitur quo notior est uterq; nostrū:qd' si aut de mea uita atq; actibus nris hic cōuitiatori respondero:Inuidia gloriā consequetur:aut si huius factā:mores:omnem

ætatem

ætatem nuda uero: in idem uitiū incidā procacitatis quod huic obiicio id uos si forte offendimini iustius huic q̄ mihi succēsere debetis qui initiū introduxit: ego dabo operam ut & pro me minimo cū fastidio respondeā & in hunc minime mētitus esse uidear: Scio me P. C. in respondendo non habere magnā expectationē q̄ nullū uos sciatis nouum crimen in Salustiū audituros: sed oīa uetera recognituros. Q uibus & meæ & uestræ iam & ipsius aures calent: uerū eo magis odisse debetis hoīez qui ne incipiens quidē peccare minimis rebus posuit rudimentū sed ita ingressus est ut neq̄ ab alio uinci possit neque ipse se oīo reliqua ætate præterire: itaq̄ nihil aliud studet nisi ut luculentus cū quouis uolutari. Longe uero fallitur opinione: non enī procacitate linguæ uitæ sordes eluūtur: sed est quædam calūnia quā unusquisq̄ nostrū testante aīo suo fert de eo quod falsum crimen obiectat: q̄ si uita istius memoriā uicerit aliā. P. C. non ex oratiōe sed ex moribus suis spectare debetis iā dabo operā q̄ maxime potero breue ut faciā neq̄ nostra uobis inutilis altercatio erit. P. C. plærūq̄. n. resp. priuatis crescit inimicitiis ubi nemo ciuis qualis sit uir potest latere. Primū igitur quoniā oīum maiores Cri. Salustius ad unū exēplū & regulā quærit uelim mihi respondeat nunquid hi quos protulit Scipiones & metelli ante fuerunt aut opinionis aut gloriæ q̄ eos res suæ gestæ & uita īnocentissime acta cōmendauit q̄ si hoc fuit illis initium noīs & dignitatis? cur non æque de nobis existimetur cuius & res gestæ illustres sunt & uita inregerrime acta? quasi uero tu sis ab illis uiris Salusti ortus: q̄ si esses: nōnullos iam tuæ turpitudinis pigeret. ego meis maioribus uirtute me præluxi ut si prius noti non fuerint: a me accipiant initiū memoriæ suæ tu tuis uita quā turpiter egisti: magnas effudisti tenebras ut ēt si fuerint egregii ciues certe uenerint in obliuionē: quare noli mihi ātiquos uiros obiectare satius est. n. me meis rebus gestis floreī q̄ maiorū opīone niti & ita uiuere ut sim posteris meis nobilitatis initiū & uirtutis exemplū: neq̄ me cū his conferre decet. P. C. qui iam decesserunt: oīq̄ odio carent & inuidia: sed cū his qui mecū una in repu. uersati sūt. sed si fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitiosus non hanc dico popularē ambitionē cuius me principē confiteor: sed illā pernitiosā contra leges cuius primos ordines Salustius duxit aut in gerundis magistratibus aut in uindicandis maleficiis tam sæuērus aut in rep. tā uigilans quantū proscriptionē uocas credo q̄ non oēs tui similes incolumes in hac urbe uixissent at quāto meliore loco resp. staret si tu par ac similis sceleſtorum ciuiū una cū illis annumeratus esses: an ego tunc falso scripsi: Cedant arma togæ: qui togatus armatos & pace bellū oppressit: an illud mentitus sum fortunatā me consule Romā qui tantū intestinū bellū ac domesticū urbis incendiū extinxi neq̄ tui piget te hō leuissime cū ea culpas quæ in histo riis mihi gloriæ ducis? an turpius est scribentē mentiri q̄ illū palā hoc ordine dicentē? nā quod in ætatem increpuisti tantū me abesse puto abīpudicitia q̄tū tu a pudicitia. Sed qd ego de te plura quærar. quid. n. mentiri turpe duces qui ausus mihi sis eloquentiam ut uitium obiicere? cuius semper nocens eguisti patrocinio: an ullū existimas posse fieri ciuem egregiū qui non his artibus & disciplinis sit eruditus? an ulla alia putas rudimenta & incunabilia uirtutis quibus aī ad gloriæ cupiditatem aluntur? Sed minime mirū est. P. C. si qui desidiæ ac luxuriæ plenus sit hæc ut noua ac inusitata miratur: nam q̄ ista inusitata rabie petulanter in uxorem & in filiam meam inuasisti: quæ facilius mulieres sea uiris abstinuerunt q̄ tu uir a uiris satis docte ac perite feciſti: non enim me speraſti mutuam tibi gratiam relaturum ut uicissim tuos compellerem: unus enim satis

es materiæ habens:neq; quicq̃ turpius est domi tuæ q̃ tu:multũ te uero opinio fallit qui mihi putasti parare inuidiam ex mea re familiari:quæ multo mihi minor est q̃ habere dignus sum:atq; utinam ne tanta quidem esset quanta est ut potius amici mei uiuerent q̃ ego testamentis eorũ locupletior essem. Ego fugax Cri.Salustii furore tribuni plebis cessi:utilius duxi q̃uis fortunam unus experiri q̃ uniuerso popu.Ro.ciuilis essem dissensionis causa.Q̃ui postea q̃ ille suum animũ in repub.debacchatus esset omniaq; quæcunq; cõmouerat:pace & ocio resederunt hoc ordine reuocante atq; ipsa repub. manu retrahente me reuerti:qui mihi dies si cum omni reliqua uita conferatur animo quidem meo superet:cũ uniuersi uos populusq; Ro. frequens aduẽtu meo gratulatus tantũ me fugacem mercenarii patronum hi æstimauerunt neq; hercle mirũ est:si ego semper iustas oĩum amicitias existimaui.Non enim uni priuatim ancillatus sum neq; me addixi. Sed quantum quisq; reipu.studuit tantũ mihi fuit aut amicus aut aduersarius. Ego nihil plus uolui ualere q̃ pacẽm:multi priuatorũ audacias metuerunt:ego nihil timui nisi leges:multi arma sua timeri uoluerũt ego nunq̃ uolui quicq̃ posse mihi præ uobis: multi ex uobis potentia freti uobis suis uiribus abusi sunt.Itaq; non est mirũ si nullius amicitia usus sum qui non perpetuo reipub.amicus fuit:neq; me pœnitet si aut petenti Vatinio reo patrociniũ pollicitus sum:aut Sexti insolentiam repressi: aut Bibuli patientiam culpaui aut uirtutibus Cæsaris faui:quæ si tu mihi ut uitia obiicis: temeritas tua reprehendetur:non mea uitia culpabuntur.Plura dicerem si apud alios mihi esset differendũ, P.C:non apud uos quos habui oĩum actionum mearum monitores:sed ubi rerum testimonia adsunt quid opus est uerbis?nunc ad te ut reuertar Salusti patremq; tuũ præteream qui si nunq̃ in uita sua peccauit tamen maiorem iniuriam reipu. facere non potuit q̃ q; te talem filium genuit:neq; tu si qua in pueritia peccasti exequar ne parẽtem tuum uidear accusare q; eo tempore sũmam tui potẽstatem habuit sed qualem adolescentiam egeris:hæc enim demonstrata facile intelligetur q̃ petulanti pueritia q̃ impudicus & procax adoleueris:postea q̃ immensæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit & ætas tua ad ea patienda quæ alteri facere collibuisset exoleuerat:cupiditatibus infinitis efferebaris ut quæ ipse corpori tuo turpia non duxisses in aliis experiri ita non est facile reputare.P.C.utrum inhonestioribus corporis partibus rem quæ sierit an amiserit:domum paternã uiuo patre turpissime uenalem habuit uendidit: nec cuiq̃ dubium esse potest quin mori coegerit eum: quo nondũ mortuo pro hærede gesserit omnia nec pudet a me quærere quis in:P.Crassi domo habitet cum ipse respondere nequeat quis in ipsius habitet paterna domo? At hercule lapsus ætatis tyrocinio postea se correxit non ita est:sed habuit in sodalicium sacrilegi Nigidiani bis iudicis ad subsellia attactus extrema fortuna stetit & ita decessit ut non hic innocens esse sed iudices peieraſſe existimaretur. Primum honorem in quæstura adeptus secutus est hunc locum & hunc ordinem despectum cuius aditus sibi quoque sordidissimo hominum patuit. Itaque timens ne facinora eius clandestina clara uobis essent: quum omnibus matrum familiarum uiris obprobrio esset confessus est uobis audientibus adulterium:neque erubuit ora uestra:uixeris ut libet Salusti egeris quæ uolueris satis est unũ te tuorum scelerum esse conscium:noli nobis langorem & soporem nimium exprobrare sumus diligentes in tuenda pudicitia uxorum nostratum sed ita experrecti non sumus ut a te cauere possimus: audacia tua uincit studia nostra. Et quod hunc mouere

possit

possit factum aut dictum turpe quem non puduerit palã uobis audientibus adulteriũ confiteri? q; si nihil pro me tibi respondere uoluissem sed illud censorium eloquium Appii Claudii &. L. pisonis palam uniuersis recitarem: non ne tibi uiderer æternas iniicere maculas quas reliqua uita tua eluere non posset? nẽq; post delectum senatus te unquaz uidimus nisi forte in ea te castra coniecisti quo omnis sentina reipu. confluxerat: atq; idẽ Salustius qui in pace nec senator quidem mãserat posteaq̃ respu. armis oppressa est: & idem uictor qui exules reduxit in senatum post quæsturam reductus est: quem honorem ita gessit ut nihil uenale non in eo habuerit cuius aliquis emptor fuerit: Itaq; egit ut nihil non æquum atq; uerum duxerit quod ipsi facere eollibuisset. neq; aliter uexauit ac debuit si quis prædæ loco accepisset magistratum: pacta quæstura posteaq̃ magna pignora eis dederat cum quibus similitudine uitæ se cõiunxerat: unus iam ex illo grege uidebatur. Eius. n. ptis exemplar erat Salustius: quod tantum in unam uoraginem cœtus omnium uiciorum excesserat quicquid impudicorum cillonum: parricidarum: sacrilegorum: debitorum fuit in urbe: municipiis: coloniis Italia tota sicut in fretis subsederãt nominis perditi ac notatissimi nulla in parte casti nisi licentia uitiorum ac cupiditate rerum nõuarum atq; posteaq̃ prætor est factus: modeste se gessit: & abstinenter non ita pro uinciam uastauit ut nihil neq; passi sint neq; expectauerint grauius socii nostri in bello q̃ experti sunt in pace: hoc aphricam in terrore obtinente: Vnde tãtum hic exhausit. P. C. quantum uoluit. ne causam diceret: sestertia duo decies cum cẽsore paciscitur: q; si quidpiam eorum falsum est hic palam refelle unde qui non modo ne paternam quidem domum redimere potueris: repentẽ tanq̃ somnio beatus hortos præciosissimos: uillam Tiburtii. C. Cæsaris Reliquas possessiones praueris: neq; piguit quærere ut ego. P. Crassi domum emissem: quum tu ueteris uillæ dominus sis cuius pauloante fuerit Cæsar: modo inq̃ patrimonio non comeso sed deuorato quibus rationibus repente factus es tam affluens & tam beatus? Nam quis te faceret hæredem? quem ne amicum quidem satis honestum quisq̃ sibi ducit nisi similis ac par tui? at hercule egregia facta maiorum tuorum: te extollunt? quorum siue tu similis es siue illi tu nihil ad tuum scelus ac nequitiam addi potest. Verum: ut opinor: honores tui te faciunt insolentem Tu. Cri. Salusti totidem te putas esse bis senatorem & bis quæstorem fieri q; bis consularis & bis triumphalis. carere debet omni uitio qui in alterum dicere paratus est: demũ maledicit qui nõ potest uerum ab alio audire. Sed tu oĩum mensarũ affecla: oĩum cubiculorum in ætate pellex & idem postea adulter oĩs ordinis turpitudo & simul belli memoria. Quid enim hoc grauius pati potuimus q̃ q; te incolumẽ in hoc ordine uidemus. desine bonos petulantissima cõfectari lingua. desine morbo procacitatis isto. desine unũquemq; moribus tuis æstimare: his moribus amicum tibi efficere non potes: uideris uellẽ inimicum habere. Finem dicendi faciã. P. C. sæpe enim uidi grauius offendere animos auditorum eos qui aliena flagitia aperte dixere q̃ eos qui cõmisere. Mihi quidẽ ratio habenda est non quæ salustius merito debeat audire sed ut ea dicam si qua ego honeste effari possum.

Mnis homines qui in maximis principatibus uitam agunt: aut q̃ de rebus publicis: aut priuatis consultāt: decet in primis aīaduertere: ne cuiq̃ uoluptati temere assentiant: ne ue liberum ingenium furore: aut iracundia pessundent. Sed uigilantius enitendum est: ut durēt inuictis aīs: ut omniū rationes æque circūspiciāt. Nec in alterutram partem declinēt donec in luce clariores in apertū deductæ: & satis peroratæ uideaī. Difficile est enim cōmotis aīs: & cōcitatis ingeniis uerȳ cuiq̃ psuadere. Tanta fit plærūq; uis: ac frequētia oratiōis. hæc si fuisset uobiscū. P.C. aīaduersio: dū pperam de meis moribus cōsul noster tāta acerbitate loquebaī: cū pniciosa: & insolenti facūdia in caput meū uestros cōcitabat animos: modulabaī oratione. confidere pfecto: ut illius pcacitas hodierna die īnocentia nostra deleretur. Sed uideo iam suggestiōe consulis pectora uestra rebus īcudere: uix meā perpeti orationem: Credere iam illius auctoritati: meæ pudicitiæ diffidere Q uāobrē facile uereor ne sera sit nostræ salutis defensio. Nā paucorū inuidia plerunq; īnocentes iure aut iniuria suppeditātur. Q uæ res pfecto neq; cōstantiæ uirorū illustriū neq; romanæ disciplinæ: neq; senatoriæ dignitatis officia uidētur. Q uare p deos īmortales uos. P.C. atq; humanitatē uestrā appello ut in tātis rebus: nō facile iudiciū excipiatis: demulsos ac deuictos animos facūdia Ciceronis pristinæ ītegritati restituite: & ita restituite: ut aliquādo R.o. patricii: atq; Catilinæ uerba ītelligatis; Si quid in patriā peccaui qrites: neq; gratiā neq; misericordiā īploro: Erigite tū ab hac luce animā. Trucidate hoc corpus: & mēbra hæc īpudētia diuellite. Nō eo tendit oratio nostra: ut Catiliæ misereamini Sūma ē enī misericordia in parricidam subitū suppliciū animaduertere. Sed hāc uerbis clementiā postulo. P.C. ne omnino innocentiā deseratis: nedū libertatē defēditis paucorum iniquitate plærosq; īnoxios pditum eatis. Ostendā uobis atq; elucidabo: acerbas in consilio nostro mecum inimicitias non salute reipu: fuisse exagitandi imperii causa non manu tenendæ libertatis desiderio cuncta. Nam quantæ primum in superioribus annis īmoderatæ in me illum discordiæ agitauerint: quātisq; atq; q̃crebris postea inuicem contumeliis uersati fuimus non referam: uobis enim omnibus nota sunt quirites. Sed ea malo dicere: quæ proximis comitiis postq̃ consul designatus est impudenter & temere: quæ tandem euomit: se nihilo magis q̃ excidio Catilinæ cōsulatum petere. Testes hic duo uiri clarissimi. M. An. consul: &. C. Cæsar: quorum auctoritate terminatio illa eo tēpore ueluti parum consulta reprobata est. Item nunc. P.C. talibus animis īperia tribuite qui curiosius priuatas inimicitias q̃ totius reipub. salutem persequatur. Non cupit Cicero consulatum: ut opem referat miseris: ut potentiam improborum arceat: ut ciuitatem defendat: ut reipu. consulat. Sed ut maxime Catilinā delere & circūscribere possit Hæc sūt officia uiri cōsularis: & glorioſi & sāctissimi ciuis īstitutōes. Tales homines ī dandis magistratibus nobilitati ātepōite: qbus tātus & uastus est aīus extinguendi nobilitatem. Nam quod mihi huius uiri interminatū est diligētius in uos omnes cōuerteret. Credite mihi. P.C. Crēdite rata est inter tam dissimiles animos beniuolentiæ caritatisq; consensio: Ille ex municipio arpinati nouus hospes huic urbi insitus: eam uelut ingenitam

nitam rabiem atq; inuidiã animo uolutat: q̃ nouus exteris ciuibus: non tantũ mores sed ueteri consuetudine natura comparauit. Pridie ibi in petitione consulatus patria expro bata est: aliquando nouitas generis obiecta æquo animo tantã contumeliã tolerasse: tũc impatientissimũ hominem existimatis Incitabatur eo tempore truculento spiritu laeesʃitum ingeniũ: & ueluti uipera serpens inflãmato ac uenefico pectore ferox eius & cru delis animus agitabatur. Hic qui se patrem patriæ nominat: qui dicere solitus est hanc rempu. suo splendore decoratam: qui uirorum oĩum illustrium: ac præstãtissimorũ: fa milias non modo æquasse: aut aliquando suis moribus: uerum tamen oĩum maiorũ uir tutem superasse: cum obiectari sibi nouitatem uideret: quo putatis eum ingenio pferre potuisse. Infremebat tunc dentibus: atq; in uos omnes rabido rictu conceptam latenter iram acuebat: quã neq; lenitã adeptione consulatus in posterum putetis. Cũ non uestra gratia: sed suis maximis uirtutibus consequi tantã dignitatem debere arbitrẽtur. Nunc itaq; priores illos impetus exequitur. Nunc his artibus perturbare ciuitatem instituit. Nunc se his cõsiliis ulcisci & nobilitatem eo deducere: ut nũq; sibi nouitas obiiciatur. Fa ciet hoc. P. C. faciet nisi uester prudentissimus animus aliquando nostræ oĩum saluti: & uniuersæ reipu. consulat. Iam hoc primum initio ab hõc principe scelerũ: ab hoc flagitio rum artifice: ita ciuitas nostra dira ac pestilenti labe conspersa est. Ita pnitiosum semen diffundit in patriam: ut si aliquãdo consitũ radicibus paulum altius coaluerit delebitur quidem hæc respu. pulcherrimum hac a stirpe concidet imperium. Nihil enim est tam periculosum ciuitatibus q̃ cum delecti ciuẽs inter se dissident. Inimica nanq; est rerum maximarum discordia. Ea res fortes dissipat: & demolitur. Ea quidem hanc nunc inser uit nostre ciuitati. Hanc inter nos calamitatem ingessit: quæ si nõ mutaræ prouideatur: uideo iam summam fortunæ coniunctam hanc rempu. Video iam arma in manibus ue stris: alterum alteri obsistere: hunc proscribi alterum uero trucidari. Vtinam enim retũ malarum innocens Catilina finis esset: uti est initium. Nullum foret mihi graue pro re pu. periculum subire: patriæ equidem proscribi: patriæ abdicari: emori paterer Sed non semper cunctis mortalibus idem animus est. Erit alter impatientior: qui ulcisci malit q̃ improborum perpeti iniurias. Tunc necesse est: ut ciuili bello res agitentur periclitabit tunc patria: & in ancipites casus: eertumq; utbis excidium concidet repente: & uentura tunc ingente lætitia efferentur: & optatis sese rebus potiri gloriabitur. Cum hanc uide bit armis splendere patriam: & istam admõtis ignibus urbem lucere. Tunc laudabit sua consilia: & extollet inuictum animum: & pro suis contumeliis satis se maioresq; suos ul tum iri existimabit. Nam prædicare aliquando solitus originẽm se generis habuisse ex tulli hostilii familia uolscorum regis quidem Po. R. o. inimicissima: quæ sola prorsus no ta est occasio ut uniuersum sit sibi nomen Po. R. o. odio semperq; exhorreat hanc rem publicã cuius ditione obscurata est maiorum suorum familia: & subactum eius: ac de molitum imperium quæ res quantæ curæ habentur humanis ingeniis: uos ipsi exi stimate. Hoc ego tantum de Cicerone existimare possum: ut præside illa maiorum suo rum inuidia: ueteres illæ inimicitiæ impacientis animi suum semper ingenium agitent nunq; impetu aut rabie quiescant. Tanta est illius animi immoderata euertendi huius imperii libido uidelicet placato enim orbe terrarum tot profligatis regibus: tot popu lis: tot gentibus: tot exteris nationibus subactis: terras undique: & maria imperio no stro parere nullum superiorem hostem Populi. Romani cui non nostra uirtus lon

ge probata sit. Defluit itaq; illi spes omnis extrinsecus huius imperii demoliendi. Tute nobis omnia quiescunt: omnes ultro obtemperant. Cum uero sese maioresq; suos uindicatum iri malit: nec possit unquã ab illa opinione durus & crudelis animus quescere. Ad has confugit perturbationes: quibus priuatis inimicitiis: mecum primo postremo in uniuersam rẽp. conferre putat. Accusat itaq; amicũ sibi Catilinã: & plærosq; alios eiusdem conscios coniurationis uelle remp. inuadere: euertere patriam urbẽ deformare: domibus tẽplis: aris incẽdia parare: stupra: uirgines: senes: plæbem: ac patricios iugulare: nusq; iræ: aut ferro parcere: donec pulcherrima ista oĩum impatrix a stirpe intereat: Sed per deos ĩmortales nescio quorsum tendat uana hæc hominũ existimatio. Vt quisquis mortalium credat aliquem esse tam perditũ: aut tam prorsus ignarũ rationis: Cui non quandam intelligat insitam patriæ pietatem: quæ semper quadam tacita ac uæhementissima ui naturæ humanis pectoribus infunditur. Quis itaq; romanus animus tantã reipublicæ calamitatem afferre cupiat? Quis enim tam acerrimus populi romani hostis ille etiam carthaginensium dux Hannibal maiora nobis aut paria excogitare potuisset? Ego ne rempu. inuadere uelim: qui & pro repu. ingentia pericula suscepi? Ego ne senatuũ urbem deformare: tot amplissimis beneficiis nostræ familiæ dceoratam auderẽ? Ego ne romanorũ templa incendere: quæ tot signa: tot tabulas maiorũ nostrorũ ostendunt? Ego ne togatos patricios aut senatores iugulare qui inter dignitates modo honore præfectus sum? Ego ne candidatus reliquis sceleribus deturpare ciuitatẽ qui plærũq; ne quis deturparet sũma ope propulsaui? Quæ spes? Quis aĩus? quæ occasio me ad tale facinus impellunt? Nũ causa forte quam pauloante Cicero differuit libido dominandi. Nonne quiete dignitatem oĩum adeptus sum? Nonne in spe mihi agendi tales reliquiæ parantur: quales cuiq; ĩmortalium fas est optare. Neq; enim patriciatus: neq; senatoria dignitas defuit. Neq; in posterum consulatus: aut dictatura deesse poterũt. Quæ tantæ & tales sunt: ut non modo in hac præstantissima urbe: Sed in omni orbe terrarũ: omnium gentium: omnium nationum imperia & principatus antecellãt. Quid igitur opus erat ut difficile in bello quæreretur: quod mihi in pace ultro parabatur: An forte inuidia me concitauit: quod pariter Cicero docebat: grandæ æs alienum. Angustia rei familiaris: & ĩmoderata potiendarum rerũ audacia. Sed de temerario aut uesano homine hoc existimandum esset: ut plærisq; qui pro potiundis opibus inconsulte tantam parare posset Populi Romani seditionem: non præsertim in uiro patricio: & consulari: in tam opulentissima ciuitate cui honestæ sunt opes quid dubitas sibi unq; deesse posse? Tot ultro sese sibi questus offerunt & ex publico ærario prouentus: q; si quis paululum labefactare maluerit: neque omnino parere honestati incredibile est quãuis facile in immensis opibus affluere possit. Vt reliqua præteream: ut mihi in apertum exemplum es Cicero: qui pridie pene hanc urbem congressus omnium rerum egens. Cum te ad magistratum contulisti: tantam conglutinasti repente diuitiarum molem: ut omnes huius urbis coloniæ uix emptoribus tuis sperasse uideantur. Temere igitur mihi obiicis auaritiam paupertatem: instans onus æris alieni. Quæ cuncta tutiore uia sedare potuissem: quam rempub. inquietare: incerta pro certis capere paruo commodo ingentia pericula subire. Sed neq; quibus arguor priuatarum inimicitiarum causa tantum facinus iniciassem. Nemo est in hac repu. quem inimicum habeam. Hic Cice. tantum mihi molestus est: quod eius flagitia quæ in occultum habet nunquam reticere

potui

potui: cuius ineptias si tandē a me propulsare maluissem sine discrimine publico multi mihi ad ultionem aditus patebant. Nō etat opus ad perniciē reipu. cōfugere: neq; metus mihi: neq; pericula obstabant: cum si ex hoīum uita deleretur: non mō ad uindicandum sed nec ad lugēdū funus quisq̄ supereſſet. Sed dii prohibeant ne hunc aīum illius temetitate dehonestē: Nullam. n. illustribus uiris in abiectis hoībus ultio laudem afferre pōt Illam tamen si casu maluissem. Non est putandū quirites eo tempore susceperiz opportunitatis minimū sibi: mihi uero plurimū adesse poterat. Porro si quibus armatoruz copiis domū meam circūsepsi: socios induxi: permisi uigiles: neq; horum. n. quicq̄ inficior. Feci patres. C. non ut cuiq̄ facerē iniuriam: sed ut prohiberē consulis impetū: Verebar: ingeniū noueram. Sciebā inimicitias. intellexerā hanc ab illo instructam coniurationem Formidabam itaq; ne illius facundia subito momento animi uestri indignarētur: & cō tra quæstionem meā licentia uestra designatis periculis de me suppliciū sumeretur. At si semel in eius designatus manus concidissem frustra meæ in posterū loeus defensiōi parabatur. Vitam igitur meā summa ope in hunc diem prbduxi. Et in tanta rerum perturbatione nunc persuasu tuo ne me oēs reum facerent pene transiit. Nūc tibi minus opus erat Cice. præter spem in senatū ueni. Et quantū mihi satis uidebatur: minora quædē scelera elucidaui: ex auditu quorū iri in obscuro maluisse q̄ ipsis tam enormibus sceleribus uiam dedisse. Nihil tuorū facinorū expaui. Non tunc oratio tua: nō ultro coniecti motus territauerunt. Quis enim terror in tanta senatorū frequentia: in tanto splendidorū ciuium cœtu insontē cuiusq̄ aīum turbare pōt: Habeo igitur diē quē maxīe cupiui: quē uero mīme existimabas. Habeo senatū qui innocentiā meā intelligat apud quē flagitia tua in aperto habeantur. Optimo igitur periculo meis periculis prospexi: siquando armatorū copia furorē tuum propulsaui. Si quādo intrepidus in repu. pstiti: fugā dum mihi oī obtentu psuadebas: instare mihi cōtra fuit aīus. Sed o dii īmortales ubinā sumus: quis potentē calūniā nō uidet? Quid aliud nisi ut fugerē tota tua oratio pertimuit. Sed si: ut ais: oīa mea tibi facta illustrātur: si luce clariora sunt mea cōsilia. Quid nunc mihi fugaz persuades? hic sum nullis meis præsidiis circūuentus. Adest senatus q tibi fieri uim phibebit. Ostende hæc facinora: elucida seditionē: affer suppliciū. Nū decet in tātis piculis īmisericordiā uideri. Cunctatio qdē oīs obesse pōt. Nullū uero præsidiū afferrē: si hēs p̄ncipiū cōiuratiōis. Si impatorē hostiū tenes: qd rēoraris? qd eiicere cupis? Vtilius ē. n. ut luce careāt exercitus: fient ilico ad bellū segniores. Sed uideo utiq; fieri soles in mediis malis. Tibi maoꝛe cā tīore aīus frigescit. Casū. n. quē mihi aut reip. parabas ī te cōferri uides Res p̄ter opīonē tuā nūc agitur tui capitis piculo. Dubitas nūc de fortunis tuis non obiecturū me tibi: in senatū uēire existīabas. Ideo cū ueni ilico trepidus factus es. Putas minitando nūc mihi terrorē incutere ignorās q̄ liber q̄ uastus sit īnocēs aīus. Vis ut fugiā Cicero: utiq; nō fugiā: sed psistā acrius petulantiā tuā oppugnādo. Necesse ē ut oīuz cōsiliorū tuorū flagitia refellā. Veniāt in hunc locū testes quorū tibi tantā copiā supesse dicis: ut nihil tibi meorū operū tectū aut occultū sit: Quos produces? Quin. curiū hominem qdē sanæ opīonis: integræ uitæ. at uero q suis flagitiis celeberrime hunc ordinē deuastauit. Propterea p̄bari genere abdicatus ē? At Fuluiā produces eius consortē libidīs: quæ nullius unq̄ cædis cōscia fuit. Nullius stupri aut incesti alūna cōcubitus: aut uero ita uixit: ut uelut quoddam sceleris exemplum: omnes meretricū artes egregiæ sola ipsa su

perauit. Hi ſunt hoīes clariſſimi: quibus nunc, inquietudo ciuitatis ſuſpecta eſt: quorum aduerſum me teſtimonia parantur. Sed per deos īmortales tu te iā Cicero moribus tu is oſtendis: furore tuo paulū non impudentius abutere. Non erat ex apertis coniuratio nibus petenda fides popu'i Ro. ſi me delere cupiebas. Eos eligere debuiſti: quorum ob ſcurior uita & parūper occultiora latrocinia fuiſſent. Multi mortales eadē pecunia utili us ambitioni tuæ obtēperaſſent. Illorū autem maledicta nēo bonus ciuis timere debet. Facile refelli poſſunt: utpote cum fortuna eorum & fides facta ſatis uulgata ſit qui nihi ſe fauere debeant aduerſari mallem eſſe iniurios: ne uitā meam eorum familiaritas æque in contemptū deduceret. Nunc itaq; patres con. omnia uobis facta conſulis & cogitata i luſtrantur. Nunc etiā uobis innocentia mea patere poteſt: Q uæ res illū inpulerit ad ca tilinæ interitū: ad perturbandā rempublicā uidetis. Mecū priuatis inimicitiis agitatur. Obiectū uero nouitatis uniuerſam odit nouitatem more maiorum ſuorum. Naz hanc patriam abhorret. Ea proprer ſeditiones parat. Serit diſcordias: nunquā ad perniciē no ſtram impatiens eius aīus quieſcit. Facit imprimis reū paricidii mero patriciuz Senato rem cuius tot res geſtæ: tot imperia: tot magiſtratus: tot maiorū meorum beneficia am pliſſimo ſplēdore reipublicæ luceſcunt. Obiicit ægeſtatē quæ in ampliſſima ciuitate mi noribus etiā magiſtratibus nunq̄ obeſſe potuit. Obiectat inimicitias: quæ mihi ad ptur bandā rempub. non utiq; ſatis eſſe uidērētur. Teſtes quos producit uidetis: q tales ſunt ut omniū ſceleratorum exuperent ingenia. Q uæ tentata poſtquā ſibi præter ſpem euē tibus non reſpondent: neq; in ſenatum ſperat: timore illico ſuppreſſus eſt. Fugam mihi imperat quando ſi deliquiſſet: ad uendicandū nephas nulla magnitudo ſupplicii ſatis eē poſſet. Si ergo patres con. innocentiam meā uidetis. Si illius animi ferocitatem intelligi tis. Si pericula reipublicæ ingeniis ueſtris aperta ſunt. Expergiſcimini igitur aliquando & imperii romani uitæ miſeremini. Habetis hñtē colubruz in uiſceribus uīris: habetis in hoc ordine incluſam reipub. calamitatē: quæ uigilat ad perniciē po. ro. Vos illum in ſum mo honore poſniſtis. Cauete nēquando per licentiā ea pars peſtis totum corpus ambi at: & ueluti contagio quædā in uobis adoleſcat. Expiate ocius: & eneruate hanc ſententi am ſcelerum. Abducate hunc hominem conſulatu: ne claram & ampliſſimā dignitatem fœda illius flagitia deturpent. Eripite hunc ab hac republica: nequando eum ad excidiuz noſtræ ciuitatis anhelantem hæc ſanctiſſima intra mœnia ſe conſpiciāt. Si cara ſunt uo bis huius urbis monumenta: ſi periucundi liberorum conſpectus. Si grata eſt ueſtrarū uirginum pudicitia: ſi templa potentatus: ſacerdotiæ ſocietates: domus. opes. familiæ. eli entelæ. fortunæ omnium: & uniuerſæ patriæ commoda uobis accepta ſunt. Iam iam ab hac republica ſemen hoc malorum omnium eradicate: hunc a conſpectu ciuium eripite: qui uos & omnia bona ueſtra extinguere cogitat: qui claritudinem imperii Romani in ſimultatibus atque diſcordiis perturbare inſtituit. Succurrite his periculis: obuiate hu ic calamitati: Tunc omnis ſuſpitio ſedabitur. Tunc dolus ille a cohortibus confeſtim diſ ſipabitur. In hoc uno hoſe omnis ſpes eorū ſita eſt. Q uis. n. aliū huic maximo imperio huic capiti orbis terrarū paucorū ſceleratorū aīos erigere aut concitare potuit? Q uis ci uis in hac repub. tā atrox facinus excogitare? Hic hic tantū nouus Cicero arpinas ex tul liorū familia ſtruit clā noſtro capiti inſidias. Catilinæ coniurationis ſimulat: quo liberior ſibi ad conſiliū opportunitas patere poſſit. Nos plæroſq; in quæſtionem deducit. p. con.

Vt nomine

ORATIO LVCII CATILINAE RESPONSIVA IN M.T.C.

Vt nomine noſtro comparatis copiis facilior ſibi pateat aditus ad inuadendum rem pub. Vos patres con. nonne ueſtra pericula uidetis? Capeſſite remp. miſeram & nutantem. Subuenite patriæ: parentum & ſimul ſalutis omnium miſereamini. Me q; conſulatrem patricium ciuem: & amicum populi a faucibus inimici conſulis eripite. Supplicem atq; inſtantem priſtiæn claritudini omniū ciuiū gratiæ ac beniuolētiæ reſtituite: dixi.

FINIS.

REGISTRVM.

Omnes ſunt terni præter e & t qui ſunt duerni.

Petrus Bernhardo Haarlem Canonico Traiectensi

(c. 1490)



colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
x-rite
mm
0
1
2
3
4
5
6